quod immite fuerit abusive agreste vocamus (ISID. orig. 4, 7, 30. 12, 1, 27). PLAVT. Truc. 246 velut hic agrestis est adulescens. 253. TER. Ad. 866 ego ille agrestis saevos tristis parcus truculentus tenax. CIC. S. Rosc. 74 hominem ferum atque agrestem (Phil. 2, 33. 8, 9 or. frg. A XIII 20 M. agresti ac rustico. rep. 1, 23. 2, 20. ITALA gen. 25, 27 [Aug. civ. 16, 37. VVLG. agricola]. AMM. 22, 12, 4). agr. 2, 95 Ligures montani duri atque agrestes (Cael. 36 orat. 148 PLIN. epist. 6, 30, 4 MIN. FEL. 21, 5). Mil. 26 servos agrestis et barbaros. p. red. 1, 13 quem ... etiamsi agrestem et inhumanum existimares, tamen. Phil. 10, 22 Saxa et Cafo ... rustici atque agrestes. Cato 47 domino agresti ac furioso. Brut. 286 ut veros illos *Atticos* prae se paene agrestis putet. de orat 1, 115 *quidam* voltu motuque corporis vasti atque agrestes. part. 92 nemo est ... tam agrestis, quem. 90 hominum esse duo genera, alterum indoctum et agreste ... alterum humanum et politum (SALL. Catil. 6, 1 LIV. 1, 8, 2. 40, 25, 3 SEN. contr. 1 praef. 14. CVRT. 7, 3, 6 *syn.* inconditum. 8, 9, 31 *syn.* horridum. APVL. apol. 23 *syn.* inculti. CASSIOD. var. 12, 5, 4). orat. 12 Musis (LVCR. 5, 1398 VERG. ecl. 6, 8). SALL. Iug. 18, 8 Numidarum (ISID. orig. 15, 12, 4 LIV. 30, 7, 11. 30, 8, 7). VERG. georg 1, 343 pubes. 2, 493 deos (OV. fast. 3, 315 AVG. civ. 4, 21. MART. CAP. 9, 906 semidei). Aen. 3, 34 nymphas (STAT. Theb. 4, 684). 7, 681 legio. 10, 309 turmas. HOR. carm. 3, 1, 21 virorum (MART. 3, 24, 4 agresti ... rudique viro. APVL. apol. 10 agrestis ... et barbarus). 3, 30, 11 populorum (CASSIOD. var. 5, 42, 3). epist. 2, 1, 157 *metonymice*: Latio (PORPH. *ibid.* non semper, sed tunc agresti). 2, 2, 125 Cyclopa. ars 221 Satyros (AVSON. Mos. 170). OV. met. 8, 787 oreada. fast. 2, 193 Fauni. LIV. 7, 25, 8 iuventute. 9, 28, 4 Nolani. 9, 31, 7 transfugae. 21, 25, 3 multitudo. 34, 27, 2 castellanis (34, 27, 9). SEN. Phaedr. 405 numen deae. Ag. 733 alumnus. PLIN. nat. 18, 314 vulgus. 37, 44 feminis (HERM. vulg. sim. 9, 9 *ubi* Pal. sim. silvaticae. ISID. orig. 16, 8, 7). STAT. silv. 3, 1, 10 Alcidae. TAC. ann. 4, 27 servitia. 12, 55 Cilicum. GROM. p. 302 *Silvanus* agrestis, pastoribus consecratus (*opp.* domesticus. CORP. VI 646). GRAMM. suppl. 187, 26 Graeci. COLL. Mos. 5, 3, 1 agreste illud a priscis conditoribus robur. GELL. 12, 10, 3 agrestes ... et indomitos certatores. APVL. flor. p. 12 Oud. *Marsyas* (*opp.* eruditus). HERM. vulg. sim. 9, 26 nec ad dominum rursus redierunt, sed agrestes (χερσωθέντες) evaserunt. RVF. FEST. brev. 23 Syrorum. AVIEN. ora 485 Bebryces, gens agrestis et ferox. Arat. 112 Curetas. AMM. 18, 8, 13 convenarum. 25, 9, 3 anu. 29, 6, 6 plebem. HIER. epist. 66, 7 corpora *militum.* AMBR. Isaac 7, 60 Esau hispidus erat et indecorus et ideo agrestis erat. CLAVD. 17, 174 agrestem dudum me ... reverti cogis ... ad tua signa. CASSIOD. var. 6, 8, 1 *famulorum.* 7, 4, 2 feras et agrestissimas gentes. CORP. VI 68 Bonae deae. CIC. S. Rosc. 75 vita ... haec rustica, quam tu agrestem vocas (leg. 2, 36 ex agresti immanique. de orat. 1, 33 a fera agrestique. LIV. 7, 4, 7. VITR. 2, 1, 6 *opp.* mansuetus. SEN. dial. 5, 2, 1. VEG. mil. 4 praef. agrestem incultamque. AVIAN. fab. 29 COD. Theod. 1, 5, 3. 12, 19, 1). Arch. 17 animo agresti ac duro (VERG. Aen. 7, 482. LIV. 7, 5, 2 rudis ... atque agrestis. QVINT. inst. 1, 10, 9 AMM. 30, 6, 2 MACR. sat. 1, 7, 27. *cf.* FIRM. err. 9, 2 *de leone*). Catil. 2, 5 luxuria. Cael. 26 fera ... sodalitas et plane pastoricia atque agrestis. rep. 2, 4 cultu laboreque (LIV. 3, 6, 7 STAT. Theb. 6, 56). div. 1, 60 immanitas. fin 3, 37 institutis. leg. 1, 6 vires (MART. CAP. 6, 704 robore). off. 1, 130 agrestem et inhumanam neglegentiam. de orat. 2, 10 *libros.* 3, 42 rustica vox et agrestis (MORET. 30. HIL. in psalm. 65, 3 pastoralis agrestisque). *ibid.* sono ... vocis. orat. 172 aures tam inhumanas tamque agrestes (GELL. 10, 3, 15 tam agresti ... ac tam hispida). VERG. ecl. 10, 24 capitis ... honore. georg. 2, 531 palaestrae. Aen. 7, 523 certamine. HOR. epist. 1, 18, 6 asperitas agrestis et inconcinna gravisque. PROP. 2, 33, 13 figuram. OV. met. 9, 96 vultus. 11, 767 pectus (EPIST. Sapph. 207). 14, 521 saltu. LIV. 3, 26, 9 operi (VAL. MAX. 6, 9, 1 COLVM. 1 praef. 17. 28. 1, 8, 10. 5, 1, 1). 10, 4, 9 *sermoni* (*opp.* urbano. [NOVATIAN.] tract. 20 rustico agrestique). 10, 17, 3 populationibus. SEN. contr. 1 praef. 16 fortem et agrestem ... morem (VAL. MAX. 5, 3 ext. 3. APVL. met. 9, 27 morum squalore). SEN. benef. 4, 6, 5 agreste atque inconditum carmen (ANTH. 2 praef. 5). COLVM. 1 praef. 33 res agrestis administrari (11, 1, 29 PALLAD. 1, 6, 3 SERV. ecl. 5, 32). 11, 1, 16 negotio (PLIN. nat. 18, 274). PLIN. nat. 18, 5 usus. SIL. 14, 224 pectoris iram. PLIN. epist. 9, 36, 6 querellae. QVINT. inst. 9, 4, 56 ἄρρυθμον. FRONTO p. 52, 9 N. orationem absurdam et agrestem et incognitam (?). GELL. praef. 12 turpi ... agrestique rerum ... imperitia. APVL. met. 5, 28 *quod* incorrupta et agrestia et horrida cuncta sint. HERM. mand. 12, 2 mala concupiscentia. CHALC. comm. 156 inelegantia. AVR. VICT. Caes. 41, 26 vecordia. PAVL. NOL. carm. 10, 200 ritu. MACR. sat. 1, 15, 5 ingenio. THEOD. PRISC. eup. faen. 58 impetigines (*bis*). MART. CAP. 5, 425 bello. 9, 998 plasmate. CASSIOD. var. praef. 3 dictio. 4, 14, 2 spiritu. ARATOR act. 2, 1267 corda.

II *substantivum,* *interdum translate*: **1** *masculine*: ACC. trag. 494 in segetem agrestis (*nominativ., ut videtur, cf. p. 1417, 68*) cornutos cient. AEM. MAC. carm. frg. 1 nunc agrestis inter Picumnus habetur. CIC. Catil. 2, 20 qui non nullos agrestis ... in spem rapinarum ... impulerunt. Muren. 61 in ... conventu agrestium. Cael. 54 in alicuius agrestis periculo. leg. 1, 41 in qua *re* non modo docti, sed etiam agrestes erubescant. parad. 33 apud aliquos agrestes. LVCR. 5, 1383 sibila primum agrestis docuere ... inflare cicutas. SALL. Iug. 73, 6 opifices agrestesque omnes. or. Macr. 27 haec eadem non sunt agrestibus. VERG. georg. 1, 10 agrestum praesentia numina. 1, 41 ignaros ... viae ... miseratus agrestis. 1, 160 quae sint duris agrestibus arma. Aen. 7, 504 duros conclamat agrestis. 8, 349 relligio pavidos terrebat agrestis. 9, 11 collectos armat agrestis. CVLEX 21 (*locus adhuc obscurus*). TIB. 1, 1, 39 fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis. 2, 1, 17 purgamus agrestes. PROP. 3, 13, 25 agrestum ... iuventus. OV. met. 6, 122 est illic agrestis imagine Phoebus. 6, 344 agrestes illic ... legebant vimina. 7, 419 agrestes aconita vocant. 9, 346 ut referunt ... agrestes. 11, 379 dixerat agrestis. 14, 635 vim ... agrestum metuens. 15, 203 delectat agrestes. fast. 4, 811 contrahere agrestis ... convenit. LIV. 1, 14, 5 cum magna trepidatione agrestium. 1, 22, 3. 2, 50, 4 agrestium fuga vasti relicti agri. 2, 51, 4 non usquam pecora tuta, non agrestes erant. 2, 63, 2. 3, 3, 3 agrestes ... pavidi incidentes portis. 3, 6, 2 pecoribus agrestibusque in urbem acceptis. 3, 6, 3 agrestem confertum in arta tecta (*opp.* urbanos). 3, 38, 4. 3, 69, 2. 4, 30, 8 in agrestes ingruerant. 5, 37, 5. 5, 53, 8 ritu pastorum agrestiumque. 7, 20, 6 quosdam agrestium populationis ... comites. 8, 27, 9 ad concitandam in arma multitudinem agrestium. 9, 13, 7 montani atque agrestes depopulabantur. 9, 36, 12 tumultuariae agrestium Etruscorum cohortes. 9, 38, 3 agrestes exuerunt praeda. 22, 10, 8 non urbana multitudo tantum, sed agrestium etiam. 25, 1, 4 turbae agrestium servorumque. 25, 9, 2. 25, 9, 5 terrorem ... agrestibus iniecisse. 25, 13, 10 inmixtis agrestibus et servis. 26, 10, 8. 27, 32, 7. 28, 36, 6. 29, 28, 6 prius ... quam clamor agrestis conciret. 29, 28, 3 pecora ... prae se agrestes agebant. 30, 28, 3. 30, 45, 2. 32, 11, 4 satisne credendum super tanta re agresti censeret. 33, 15, 15 ut ab ipsis agrestibus errantes circumvenirentur. 37, 13, 5 ex agrestibus cognito hostium naves ad Aethaliam stare. 37, 29, 2 agrestis quidam ad praetorem adductus. 44, 6, 3 quamquam ... agrestis peregrino frumento alerent. 44, 30, 9 agrestium concursu. 44, 32, 8 ut ... ferrent agrestibus opem. SEN. contr. 1, 6, 12. VAL. MAX. 1, 7 ext. 4 cum agrestium strage. CELS. 6, 9 p. 247 agrestium experimento. PHAEDR. 3, 2, 3 videre agrestes. SEN. dial. 2, 2, 2 *feras* consectari venatoris agrestisque est. CVRT. 3, 8, 24 Dareo adventum hostium pavidi agrestes nuntiaverunt. 3, 13, 4 agrestes ... excipi iussit. 4, 2, 24 agrestes ... Macedonas adorti. 8, 12, 12 maiore militum quam agrestium manu. 9, 9, 5 qui agrestes vagos exciperent. COLVM. 7, 2, 1 casei lactisque abundantia non solum agrestes saturat, sed. 8, 1, 1 *quia* agrestibus magis quam urbanis prosint. 8, 2, 1 an sint agrestibus possidenda. 10, 303 vos agrestes ... qui. 10, 425 imperioque tuo paremus agrestes. 11, 1, 13 complurium agrestium formatus artibus. PLIN. nat. 16, 35 in magno usu agrestium. 22, 94 qui nisi agrestes possunt ... ? 25, 16 quod eas *herbas* agrestes ... experiuntur. VAL. FL. 1, 684 coit agrestum manus (2, 461). SIL. 12, 466 subito stimularat agrestis. STAT. Theb. 4, 99 agrestum si quis per gramen hianti *angui* obvius. 5, 667. silv. 5, 3, 75 extinctum ... crimine agrestum ... Icarium. 5, 3, 150 quantumque pios ditarit agrestes Ascraeus Siculusque senex. TAC. ann. 4, 45 facinus admissum a quodam agresti nationis Termestinae. 13, 57 agrestes quidam eminus saxa iacere. 16, 3 populus agrestium efficiendo operi adsumptus. hist. 2, 13 inopes agrestes. 4, 50 quae (*discordiae*) ... inter agrestes ... exercebantur. PLIN. epist. 6, 16, 13 agrestium trepidatione ignes relictos. paneg. 81 obsidione quadam liberatus agrestium labor. APVL. met. 9, 35 agrestis verecundus alioquin ... amicos ... corrogarat. MIN. FEL. 12, 7 satis est pro pedibus aspicere maxime indoctis inpolitis rudibus agrestibus. PORPH. Hor. carm. 3, 18, 15 agrestes ... in terra tripudiare. EPIT. Alex. Wagn. 86 quosdam agrestes inventos ad regem adduxerunt. PALLAD. 1, 42 tit. de instrumentis agrestium. AVR. VICT. Caes. 3, 5 quae (*natura*) ... agrestes ex doctioribus ... seu contra gignit. EVTR. 9, 20 agrestes domuit. AMM. 15, 10, 5 agrestibus praeviis. 18, 7, 3 conpulsuri agrestes ad tutiora transire. 27, 4, 14 omnes paene agrestes. 28, 6, 4 mactatis agrestibus. MARC. med. praef. 2 etiam ab agrestibus et plebeis remedia ... didici. MARCELL. chron. II p. 96, 504 agrestes rusticis intentos laboribus. NOVELL. Iust. 33, 1 qui ... terrulas infelicium agrestium sibi adquirunt. ISID. orig. 15, 13, 7 agrestium ... felicitas. **2** *neutraliter*: *fera, agrestia animalia, plurale tantum*: GLOSS. agrestia ἄγρια. VOPISC. Tac. 11, 5 mensam ... suam numquam nisi agrestibus opimavit. ITIN. Theod. 15 mulsit agrestia et fecit caseum. HEGES. 2, 9, 1 v. 47 Web. quodsi norunt sibi consulere agrestia, quanto magis in hominibus ... ? VVLG. sap. 19, 18 agrestia ... in aquatica convertebantur. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 26 *partem* mediae qualitatis materiae ..., ... volantum, ... agrestium, ... porcinae carnis (2, 1, 30. 2, 7, 107). 5, 11, 136 avium sicciora vel agrestium. 4, 3, 74 agrestium *pulmenta*, hoc est leporum atque capreae, danda. *aliter*: CIC. de orat. 3, 227 clamare agreste quiddam est. Att. 12, 46 exculto ... in animo nihil agreste, nihil inhumanum est. SEN. epist. 90, 21 ne quid fortuitum et agreste succrescat, quod necet segetem. MELA 1, 73 opaca silvae quiddam agreste resonantis. QVINT. inst. 6, 3, 107 in qua (*urbanitate*) nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum .... SERV. ecl. 2, 4 incondita id est incomposita, subito dicta, agrestia. PAVL. NOL. carm. 1 praef. patri familias ... terrenum aliquid et agreste praebere.

syn. et iuxta posita: *ad I A 1. 2*: rusticus, ferus. *ad I B*:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

saevus, tristis, inhumanus, ferus, rusticus, durus, barbarus, indoctus, inconditus, horridus, incultus, rudis, indomitus, ferox, immanis, pastoricius, pastoralis, hispidus, inconcinnus, gravis, fortis, absurdus, turpis, incomptus. *ad II 1*: indoctus, impolitus, rudis, plebeius. *ad II 2*: absonum, inconditum, peregrinum, incompositum, subito dictum.

opposita: *ad I A 1*: silvestris, mitis, cicur, domesticus, mansuetus, villaticus. *ad I A 2*: silvaticus, usualis, rusticus, domesticus, maritimus, qui in hortis nascitur, hortinus, hortualis. *ad I A 3*: urbanus. *ad I B*: verus, humanus, politus, domesticus, eruditus, mansuetus, urbanus. *ad II 1*: doctus. *ad II 2*: aquaticus, volans, avis.

adv. compar. SPART. Hadr. 3, 1 orationem imperatoris ... a g r e s t i u s pronuntians. *Bannier.*

2. agrestis *vulgariter i. q.* argestes *v. II p. 529, 18.*

Agrestis *cogn.* TAC. hist. 3, 54 centurio Iulius Agrestis post multos sermones, quibus Vitellium ad virtutem frustra accendebat, perpulit ut .... CORP. VI 14910 memoriae Claudi Agrestis et Claudiae Romanae. X 4923 (*Venafri*) Agresti vita felix fuit. II 1398 (*in Hispan. Baetica*) T. Domitius T. f. Pap. Agrestis. 4398 (*in Hispan. Tarrac.*) A. Postumio Agresti. XIII 2137 (*Luguduni*) Q. Firmidi⟨o⟩ Agresti. III 12014, 106 (*in vase*) A g r e s t u s f(ecit). **Agrestius** *nom. vir.* COD. Theod. 11, 30, 42 (*a. 384*) ad Agrestium proconsulem Palaestinae. ACTA Sebast. 38 (Ambros. Migne 17) Agrestius Chromatius urbis Romae praefectus (*ca. a. 300*). HYDAT. chron. II p. 22, 102 (*a. 433*) Agresti Lucensis episcopi. CONC. Arausic. a. 441 (Mansi VI 441B) Agrestius episcopus. CONC. Aurelian. a. 549 (Mon. Germ. leg. III 1 p. 112, 5) Agrescio episcopo ecclesiae Toronnicae. CONC. Paris. a. 552 (Mon. Germ. leg. III 1 p. 117, 18) Agrestius episcopus. VITA Ioh. († *ca. a. 544*) abb. Reomaensis (*Lingonensis*) (Mon. Germ. Merov. III p. 510, 27) quidam etenim vir Agrestius nomine. CORP. VI 47 Agrestius v. c. A g r e s t i a: CORP. IX †1392 (*Aeclani, a. 515*) Agrestia Spes. **Agrestinus** *cogn.* CONC. Matiscon. a. 613—628 (Mansi X 587D *sqq.*) Agrestinus *monachus Luxoviensis.* CORP. VI 1815 Plasidiena L. f. Agrestina *filia Liviae divae Aug. l. Culicinae.* V 4388 (*Brixiae*) Aemil(iae) Agrestinae. III 8953 (*Salonis*) C. Acrestina, Val. Var. con(iugi). *adi.* **Agrestīniānus**, -a, -um, *quod pertinet ad Agrestinum monachum* (*supra l. 33*). CONC. Matiscon. a. 613—628 (Mansi X 590A) Agrestinianae partis fautores. *sed ibid.* (Mansi X 588D) assentator A g r e s t i a n a e partis. *Otto.*

? agrestīvus, -a, -um. COMM. instr. 2, 26, 7 inter agrestiva (*sic C, alii* agrestina) benefactis lilia sitis. *Bannier.*

Agrestus *v.* Agrestis. **Agrētia** *v. sub* Agroecus.

Agreus, *acc.* Agrea, Ἀγρεύς, *nom. myth.* **1** *nom. myth.* STAT. Theb. 6, 912 *claudit hexametrum* Epidaurius Agreus. STAT. Theb. 8, 441 *exit in* Calydonius Agreus. STAT. Theb. 10, 681 iam iamque recedens instantem vallo Pylium tamen Agrea fixit. HYG. fab. 161 p. 15, 6 Agreus (Argeus *F*) ex Euboea Macarei filia *Apollinis filius. cf.* Agre *et* Agraeus. **2** *cogn. vir.* CORP. XIV 472 (*Ostiae, a. p. Chr. 144?*) Sex. Aufustius Agreus.

agria *v.* agrios.

Agria *nom. gent. et cogn. vide sub* Agrius *1 et 2.*

Agrianē *statio Ponti in via a Tavia Sebastiam.* ITIN. Anton. 204. *cf.* Agrianes.

Agrianes (-ī), -um (-ōrum), Ἀγριᾶνες, *gens Thraciae. graece declinatur a* CIC. LIV., *latine a* CVRT. EPIT. Alex. CIC. Pis. 91 ex oppidis Agrianum (*Turnebus,* aggrinarum *codd.*) atque Dolopum. LIV. 42, 51, 5 Agrianes *nomin.* (43, 11, 7). 33, 18, 9 Agrianas (33, 18, 15). 44, 12, 2 Agrianum (28, 5, 12, *ubi* aenianum *Put.*). CVRT. 4, 13, 31 Agriani (5, 3, 6. 9, 8, 19). 3, 9, 10 Agrianos (8, 11, 9. 8, 14, 24. 9, 8, 18). 5, 3, 3 Agrianis. 4, 15, 21 equites Agriani (4, 15, 22 equitibus). EPIT. Alex. 10. 3 Agrianos (*trad.* argianos). *cf.* Agrienon *et* Agrianios. *Diehl.*

Agrianios (agrantos *cod.*) Byzantinorum lingua Augustus mens dicitur. GLOSS. V 165, 3. *cf. Goetz, Corp. Gloss. VI p. 692. V.*

Agrianomē, -ēs, *quasi* Ἀγριανόμη, *nom. myth.* HYG. fab. 14 p. 45, 14 (*in Argonautarum catalogo*) Oileus Leodaci et Agrianomes, Personis filiae, filius ex urbe Naryce.

Agriānus *v. sub* Agrius.

Agricē, -ēs, *quasi* Ἀγρική, *cogn. mul.* CORP. X 1208 (*Abellae, a. 155, periit*) ...⟩mus et Agrice. XII 3988 (*Nemausi*) d. m. Valeriae Agrices Sex. Aurelius Zosimus uxori optumae. *fort. huc pertinet* INSCR. christ. Rossi I 221 (*a. 371*) ego Constantius compari meae A ☧ grige (*sic edd.*). *cf.* Agroecius. *Diehl.*

(**agricior**) *vix recte* (*ut sit comp. adi.* agroecus) *traditur* ITIN. Alex. 26 Darius ipse exemplo hostis et pudore agricior etiam tunc agminis sui in medio naviter bellans. *recte opinor* acrior *coni. Haase. V.*

Agrīcius, -a *v.* Agroecius.

agricola, -ae *m.* (*at* PRISC. gramm. II 144, 5 *et* GRAMM. suppl. 96, 13 hic et haec agricola) [*cf. c.* ager *et c.* colere. *Th.*]. *de etymologia*: VARRO ling. 5, 13 si ab agro ... ad agricolam pervenero. AVG. serm. ed. Mai 128, 5 quis est agricola nisi qui colit agrum? civ. 10, 1 ex hoc verbo (*colere*) et agricolae et coloni ... vocantur. 12, 25. 26. agricula: ITALA gen. 49, 14 (cod. Ottob. *cf.* cod. Fuld. Ranke) NOT. Tir. 37, 24 GLOSS. agriculae: FAVST. REI. grat. 1, 11 p. 39, 25 *cod. P* GLOSS. V 263, 37. agriculam: FAVST. REI. grat. 2, 4 p. 66, 24 *cod. P. gen. plur.* agricolum: LVCR. 4, 586 DRAC. Romul. 7, 99. *adiectivorum more adhibetur*: TIB. 1, 1, 14 deo. 1, 5, 27. 2, 1, 36 caelitibus. PROP. 2, 34, 74 agricolae domini. *cf.* SIDON. epist. 4, 21, 6 dominus agricola. OV. met. 8, 276 agricolis *superis.* Pont. 4, 14, 32 esset perpetuo sua quam vitabilis Ascre, ausa est agricolae musa docere senis. NVX 10 agricolas ... deos. ITALA gen. 49, 14 (cod. Ottob.) vir agricula. *cf.* VVLG. gen. 9, 20 *et* HIER. in Is. 14, 24 p. 260 Vall. VVLG. gen. 25, 27 *et* Zach. 13, 5 homo agricola. PRISC. perieg. 181 agricolasque boves.

I *generatim de a g r i c o l a r u m o r d i n e, sim.*: PLAVT. Rud. 616 vostram ego imploro fidem, agricolae. VARRO rust. 1, 1, 4 illos XII deos, qui maxime agricolarum duces sunt. 1, 2, 13 pastio magis ad pastorem quam ad agricolam pertinere videtur. 1, 2, 16 pastorum vitam esse incentivam, agricolarum succentivam *tibiam.* 3, 1, 3 inmani numero annorum urbanos agricolae praestant. 3, 1, 7 factum, ut dicerentur alii agricolae, alii pastores. CIC. Font. 46 omnes illius provinciae publicani, agricolae, pecuarii. VERG. ecl. 5, 80 ut Baccho Cererique, tibi sic vota quotannis agricolae facient. georg. 4, 272 flos..., cui nomen amello fecere agricolae. priap. 1, 4 vereor, ne ligneus ignem hic deus ignaris praebeat agricolis. OV. met. 8, 276 coeptus ab agricolis superos pervenit ad omnes ambitiosus honor. fast. 3, 61 omnibus agricolis armentorumque magistris Iliadae fratres iura ... dabant. NVX 10 domini ... sertis ornare solebant agricolas ... deos. SEN. nat. 5, 18, 3 velamentis..., quae folliculos agricolae vocant. *cf.* COLVM. 2, 2, 25. 2, 9, 7. 5, 5, 16. 5, 6, 11. 5, 11, 1 arb. 26, 1. CORP. IV 490 M. Casellium Marcellum aed. agricolae rog(ant). QVINT. inst. 12, 9, 18 in iis actionibus omni, ut agricolae dicunt, pede standum est. ITALA gen. 49, 14 (cod. Ottob.) vir agricula. *cf.* VVLG. gen. 4, 2. 9, 20. 25, 27 Zach. 13, 5. Ier. 31, 24 agricolae et minantes greges. AMBR. hex. 3, 10, 45 nondum enim erat formatus agricola. HIER. epist. 3, 4 nullus ibi agricolarum, nullus monachorum. 53, 6 agricolae, caementarii, fabri ..., lanarii quoque et fullones. TIB. 1, 1, 14 pomum ... libatum agricolae ponitur ante deo (deum *trad.*). 1, 5, 27 deo agricolae ... ferre dapem. 2, 1, 36 redditur agricolis gratia caelitibus.

II *varia de v i t a rusticorum*: VARRO rust. 1, 4, 1 agricolae ad duas metas dirigere debent, ad utilitatem et voluptatem. 1, 15, 1 primum haec ... quattuor videnda agricolae *sunt.* 1, 20, 5. 1, 40, 1. 1, 18, 7 antiquissimi agricolae temptando pleraque constituerunt. 1, 61 amurcam periti agricolae ... in doleis condunt. CIC. Cato 56 hortum ipsi agricolae succidiam alteram appellant. NEP. Cato 3, 1 agricola sollers ... fuit *Cato.* VERG. georg. 1, 101 hiemes orate serenas, agricolae. 1, 48. 1, 259. 1, 355. 1, 429. 2, 36 [PS. VERG. Aen. 1, 4]. CELS. med. 1 praef. p. 6, 5 agricolam ... usu fieri. SEN. epist. 86, 15. 90, 21 COLVM. 1 praef. 28. praef. 32 ille quem nos perfectum esse volumus agricolam. 1, 1, 3 prudentissimos agricolas de quaque re consulat. 1, 1, 8. 1, 3, 7. 1, 3, 9 imbecilliorem agrum quam agricolam esse debere. 1, 4, 2. 8. 1, 9, 6. 9. 2, 1, 4. 2, 2, 2 eas (*varietates*) enumerare non est artificis agricolae. 2, 2, 21. 2, 4, 3. 2, 6, 2. 4. 2, 8, 2 sic enim servant prudentes agricolae, ut. 2, 8, 4. 2, 9, 13. 2, 10, 20 cicer ... arietinum ... improbatur a callidioribus agricolis. 2, 10, 34. 2, 11, 6 mihi videtur pessimi agricolae committere, ut. 2, 13, 4. 2, 14, 8 parum ... diligentes existimo esse agricolas, apud quos. 2, 15, 2. 2, 16, 4 quod ... doctissimum et diligentissimum agricolam ... usurpasse memoria repeto. 2, 17, 2. 7. 2, 18, 3. 2, 20, 5 quem (*favonium*) opperiri lenti est agricolae. 2, 21, 1. 3, 20, 1. 6. 3, 21, 6. 4, 1, 5. 6. 4, 3, 2. 4, 8, 1. 4, 10, 2. 4, 13, 1. 4, 17, 6 quam tamen formam non omnes agricolae probaverunt. 4, 24, 14. 4, 29, 3. 7. 15 antiquam terebram, quam veteres agricolae noverant. 4, 30, 1 agricolarum provincialium vincaticos ... cultus traditurus *sum.* 4, 33, 6. 5, 1, 3. 5, 3, 1. 5, 5, 3. 5, 4, 2 pastinationis expertes sunt exterarum gentium agricolae. 5, 5, 8. 5, 5, 15. 5, 6, 24. 6 praef. 1 prudentes agricolas pecoris abnuisse curam ... quasi sit agricolae contrarium pastoris propositum. 7, 2, 4 illustris agricola ... admisit. 7, 12, 1. 2. 8, 2, 1. 8, 11, 1. 9, 2, 4. 5. 10 praef. 1. 10, 340. 11, 1, 1. 11, 1, 3 poteritque satis validi fungi muneribus agricolae. 11, 1, 6 vigentis sensus adulescentulos ... peritissimis agricolis commendemus. 11, 1, 24. 11, 2, 80. 11, 2, 91 inertis est agricolae exspectare diei brevitatem. 12, 20, 7. 12, 21, 4. 12, 52, 16 ceraturam nostrorum temporum agricolae repudiaverunt. 12, 52, 18 arb. 17, 1 CALP. ecl. 4, 54 tibi ... venturos dicere ventos agricolis ... attribuere dei. PLIN. nat. 11, 127. 14, 3 Hesiodo praecepta agricolis pandere orso. 14, 44. 16, 174 aliae *salices* firmiores corbibus ac plurimae agricolarum suppellectili. 16, 177. 17, 28. 17, 94. 17, 101 agricola sedulus casam saepis munimento cingens. 17, 202. 17, 212 Novariensis agricola ... patibulis palmites circumvolvit. 18, 24. 18, 31 agricolam vendacem esse oportere. 18, 40 nequam agricolam esse quisquis emeret, quod praestare ei fundus posset. 18, 79 sapientes agricolae triticum cibariis tantum serunt. 18, 133. 18, 137. 18, 226. 18, 238. 18, 249. 18, 251. 18, 258. 18, 265. 18, 329 illinc (*a meridie*) flatu veniente materiam vinumque ne tractes, agricola. 18, 335. 19, 57. QVINT. inst. 1, 12, 7 cur non ... suademus agricolis, ut ...? 5, 10, 48 bonus agricola, magnos sustulit fructus. FRONTIN. grom. p. 42, 10 diligentes agricolae ... parum se tutos credunt, nisi ita fundaverint agros, ut. AVREL. ad Front. p. 29, 18 N. videtur mihi agricola strenuus, summa sollertia praeditus, latum fundum ... vitibus occupasse. PORPH. Hor.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 2, 2, 186 officium est agricolae non quiescentis. COMM. apol. 65 agricola doctus tempestiva longe dinoscit. ANTH. 2, 1, 2 quid faciat laetas segetes, quae sidera servet agricola ... docuit *Vergilius*. PALLAD. 1, 1, 1 neque ... formator agricolae debet artibus et eloquentia rhetores aemulari. 1, 1, 2 quae ... facere ... oportet agricolam ratione voluptatis et fructus. 3, 17, 6. AVSON. 469, 1 agricolam si flava Ceres dare semina terrae ... iubeat. SERV. auct. georg. 1, 176 vel o agricola: hoc est enim 'tibi'. CORP. XI 600 (*Fori Livii*) qui corporis cultus, quod maxime opus est ⟨agricolis, curam gerant⟩.

III *varia de negotiis*: VARRO ling. 5, 137 *spinas* ab terra agricolae solvunt ... utuntur in vinea alligando fasces, incisos fustes, faculas. CIC. de orat. 2, 38 neque enim si de rusticis rebus agricola quispiam ... diserte ... dixerit, idcirco illius artis putanda est eloquentia. fin. 5, 39 scientia atque ars agricolarum, quae circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculet. Cato 52 *vitem* serpentem multiplici lapsu et erratico ferro amputans coercet ars agricolarum. VERG. ecl. 9, 61 ubi densas agricolae stringunt frondes, hic, Moeri, canamus. georg. 1, 494 finibus illis agricola incurvo terram molitus aratro. 2, 401 redit agricolis labor actus in orbem atque in se sua per vestigia volvitur annus. *cf.* AMBR. in Luc. 7, 127 eo quod lilia nullius annui usus cultum requirant nec ... erga generationem istius floris sollicitis in orbem redeat labor actus agricolis. VERG. georg. 2, 445 hinc (*ex silvis Caucasi*) radios trivere rotis, hinc tympana plaustris agricolae. 513 agricola incurvo terram dimovit aratro. TIB. 2, 3, 7 versarem valido pingue bidente solum agricolaeque modo curvum sectarer aratrum. OV. ars 1, 725 agricolae, qui vomere semper adunco et gravibus rastris sub Iove versat humum. FEST. 108, 6 dicuntur ... agricolae pangere plantas. STAT. Theb. 6, 353 hinc saxeus umbo, arbiter agricolis, finem iacet inter utrumque. MART. 14, 34 pax me certa ... placidos curvavit in usus. agricolae nunc sum (*falx*). FRONTIN. grom. p. 41, 12 arboribus, quas finium causa agricolae relinquunt. AMBR. hex. 4, 4, 19 bis inpiger depresso aratro terram scindit agricola, nudus arat, nudus serit, nudus sole ferventi tostas aestu in area terit fruges. ISID. orig. 17, 6, 18 virgultum ... ad radicem arboris ... quasi inutile ab agricolis amputatur.

IV *de commodis, spebus rusticorum*: CATO agr. praef. 2 *maiores nostri* virum bonum quom laudabant, ita laudabant, bonum agricolam bonumque colonum. 4 ex agricolis et viri fortissimi et milites strenuissimi gignuntur. *cf.* PLIN. nat. 18, 11 *et* 26. CIC. S. Rosc. 47 quasi ... mihi difficile sit quamvis multos nominatim proferre, qui suos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas adsiduos esse cupiunt. agr. 2, 67 quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret? Deiot. 27 ut ... diligentissimus agricola ... haberetur. Cato 25 nec dubitat agricola ... quaerenti, cui serat, respondere ... dis immortalibus. 51 venio nunc ad voluptates agricolarum. Tusc. 1, 31 arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet bacam ipse nunquam. div. 1, 112 agricolae ... multa praesentiunt. CATVLL. 34, 19 tu (*Diana*) rustica agricolae bonis tecta frugibus exples. LVCR. 2, 22*sqq.* 5, 1357 agricolae donec vitio vertere severi, ut. VERG. georg. 1, 300 frigoribus parto agricolae plerumque fruuntur mutuaque inter se laeti convivia curant. 2, 459 o fortunatos, sua si bona norint, agricolas. Aen. 7, 521 concurrunt undique telis indomiti agricolae. CVLEX 58*sqq.* HOR. sat. 1, 1, 9 agricolam laudat iuris legumque peritus. epist. 2, 1, 139 agricolae prisci fortes parvoque beati condita post frumenta levantes tempore festo corpus et ipsum animum. TIB. 1, 7, 39. 1, 7, 61 te, *Messallam*, canit agricola. 2, 1, 51. 55 agricola ..., Bacche, ... primus inexperta duxit ab arte choros. 2, 6, 21 spes alit agricolas. PROP. 2, 34, 74 Alexin, agricolae domini delicias. OV. Pont. 2, 5, 61 rusticus agricolam ... amat. GERM. 340 frg. IV 14 incipit *Iuppiter* agricolis in Virgine solvere vota. SEN. benef. 6, 38, 3 agricolam annonae caritas erigit. nat. 4, 2, 9. COLVM. 2, 11, 3 Aegypti et Africae, quibus *regionibus* agricola post sementem ante messem segetem non attingit. 11, 2, 98. 11, 3, 62 religiosiores agricolae, qui, cum ... serant, precantur, ut sibi et vicinis nascantur. PLIN. nat. 5, 24 cum centesima fruge agricolis fenus reddente terra. PLIN. paneg. 31 stupebant agricolae plena horrea. epist. 7, 25, 3 hunc ... ut bonum patrem familiae, ut diligentem agricolam intuebar. FLOR. 1, 5, 14 sic expeditione finita redit ad boves rursus triumphalis agricola. *cf.* SIDON. carm. 7, 379 *sq.* PORPH. Hor. epist. 2, 1, 145 per hunc morem veterum agricolarum etiam Fescennina inventa sunt, in quibus exprimebantur iocosa convicia. AVSON. 377, 120 sementis ... faenore laetus october cupidi spem fovet agricolae. VEG. mil. 1, 3 *Romanus* idem bellator, idem agricola genera tantum mutabat armorum. AMBR. hex. 3, 8, 35. 36 quae vero species pleni agri, qui odor, quae suavitas, quae voluptas agricolarum! 3, 9, 41 agricolas, quibus deus, si bona sua norint (*cf.* VERG. georg. 2, 459), universa donavit. AVG. civ. 18, 15 a quo peritissimo agricola inventum ferunt, ut fimo animalium agri fecundarentur. SIDON. epist. 4, 21, 6 dominus agricola ... facit sumptum, quod auget et reditum. CORP. X 6592 (*Velitris*) Iuliano marito optimo ... agricolae optimo.

V *de agricolarum vitiis, incommodis et condicione mala*: CIC. S. Rosc. 94 at ego, ut tute arguis, agricola et rusticus. 143 putat homo imperitus morum, agricola et rusticus, ista omnia ... iure gentium facta. Att. 7, 7, 5 agricolas, quibus optatissimum est otium, ..., qui id (*sub regno esse*) nunquam, dummodo otiosi essent, recusarunt. LVCR. 2, 1161 conterimusque boves et viris agricolarum. 4, 586. 6, 1260 languens ... agricolarum copia conveniens ex omni morbida parte. VERG. georg. 1, 317 cum flavis messorem induceret arvis agricola ..., omnia ventorum concurrere proelia vidi. HOR. sat. 1, 7, 26 Canem illum, invisum agricolis sidus, venisse. PROP. 2, 19, 8 spectabis, Cynthia, montes et pecus et fines pauperis agricolae. 4, 8, 14 clamantque agricolae 'fertilis annus erit'. OV. met. 11, 210 opesque abstulit agricolis et fluctibus obruit agros *Neptunus*. Pont. 3, 8, 6. fast. 6, 556 ab illa comperit agricolis semina tosta dari. VITR. 6, 6, 1 agricolae ... non putant oportere aliam regionem caeli boves spectare nisi ortum solis. SEN. suas. 3, 1 *sidera* negatis imbribus exurunt sŏlum et miseri cremata agricolae lugent semina. GERM. 268. SEN. Phaedr. 29 hic versatur, metus agricolis, vulnere multo iam notus aper. dial. 1, 4, 13 sunt ... agricolis manus tritae. COLVM. 9, 14, 12 notior est ista vetus agricolis concepta opinio nec ... Hipparchi subtilitas pinguioribus, ut aiunt, rusticorum litteris necessaria est. LVCAN. 1, 583 tollentemque caput ... agricolae Marium fracto fugere sepulchro. 3, 452 curvoque soli cessantis aratro agricolae raptis annum flevere iuvencis. PLIN. nat. praef. 6 humili vulgo scripta sunt, agricolarum, opificum turbae. 17, 85. STAT. Theb. 2, 54 Letique triformis ianitor agricolas campis auditus abegit. 4, 442. 5, 512 Inachio sanctum (*sc. serpentem*) dixere Tonanti agricolae. 7, 420. MART. 7, 36, 6 stella, tegis villam, non tegis agricolam. 12, 72, 6. 12, 76, 1 ebrius et crudus, nil habet agricola. APVL. Plat. 2, 24 illam vero desideriorum tertiam partem plebi et agricolis parem ducit. SYMF. poet. min. IV 440, 24, 1 curculio: non bonus agricolis neque frugibus utilis hospes. ANTH. 466, 8 error iussit inanis agricolas primos Cereri dare messis honores. AVIEN. Arat. 1828 pavet ... aestus agricola et sicco iam deflet mergite culmos. AVSON. 362, 5 quod vitae sectabor iter, ... si vexat labor agricolam? AMBR. hex. 2, 3, 12 terra ... aestu soluta fatiscit in pulverem miserandi agricolae labore consumpto. HIER. in Ioel 1, 11 p. 178 Vall. ipsi agricolae et vinitores confusi sunt et ululaverunt. *cf.* VVLG. Ioel 1, 11 Ier 14, 4. IV reg. 25, 12 de pauperibus terrae reliquit vinitores et agricolas. *cf.* Ier. 52, 16. Iob 31, 39 si fructus eius (*terrae*) comedi absque pecunia et animam agricolarum eius afflixi. I par. 27, 26 agricolis, qui exercebant terram, praeerat ... Chelub. Is. 61, 5 filii peregrinorum agricolae et vinitores vestri erunt. Ier. 51, 23 collidam in te agricolam et iugales eius. Am. 5, 16 vocabunt agricolam ad luctum. CLAVD. 24, 344 agricolae reserant iam tuta mapalia Mauri. AVG. civ. 22, 22 agricolae quot et quantos a caelo et terra vel a perniciosis animalibus casus metuunt agrorum fructibus. COD. Theod. 11, 24, 5 his quoque agricolis terrarum suarum dispendio feriendis (*abl. abs.*), qui ad patrocinia confugerint. SIDON. epist. 8, 8, 1 quousque tua te Taionnacus patriciae stirpis lassabit agricolam? DRAC. Romul. 7, 99 durosque labores agricolum. COD. Iust. 1, 3, 36 (37) idemque hoc super illis agricolis decernimus observari, qui ... sese monasteriis contra voluntatem dominorum fundorum duxerint offerendos.

VI *usus translatus, similitudines, proverbialia*: CIC. Brut. 16 nec enim ex novis, ut agricolae solent, fructibus est, quod tibi reddam. phil. frg. V 24 M. ut ... segetes agricolae subigunt aratris multo ante quam serant. div. 2, 16 ut agricola, cum florem oleae videt, bacam quoque se visurum putat. Cato 70 non magis dolendum est quam agricolae dolent praeterita verni temporis suavitate aestatem ... venisse. leg. 1, 1 nullius ... agricolae cultu stirps tam diuturna quam poetae versu seminari potest. CATVLL. 62, 53 ut vidua in nudo vitis ... hanc nulli agricolae, nulli coluere iuvenci. *cf.* 55. VERG. Aen. 2, 628 ac veluti ... in montibus ornum ... instant eruere agricolae. 10, 804 ac velut ... si quando nimbi praecipitant, ... omnis ... agricola ... tuta latet arce. 12, 453 qualis ubi ... nimbus it ... miseris — heu — praescia longe horrescunt corda agricolis. OV. met. 11, 192 ut primum pleno maturuit anno *lucus*, prodidit agricolam (*sc. famulum Midae*). epist. 12, 48 illast agricolae (*sc. Iasoni*) messis iniqua suo. FEST. 186 tenensque falcem effingitur *Saturnus*, quae est insigne agricolae. SEN. Phaedr. 455 seges illa magnum fenus agricolae dabit quaecumque laetis tenera luxuriat satis. dial. 6, 16, 7 agricola eversis arboribus ... subolem residuam fovet. benef. 2, 11, 4 perdit agricola, quod sparsit, si labores suos destituit in semine. 4, 9, 2 diligenter eligendos, quibus beneficia demus, quia ne agricolae quidem semina harenis committant. 7, 32, 1 et tanquam bonus agricola cura cultuque sterilitatem sŏli vincam. clem. 2, 7, 4 agricolas bonos imitabitur, qui non tantum rectas procerasque arbores colunt. epist. 9, 7 quod interest inter serentem et metentem agricolam, hoc inter eum, qui amicum paravit et qui parat. 34, 1 si agricolam arbor ad fructum perducta delectat, ... quid evenire credis iis, qui ...? 109, 8. CVRT. 9, 2, 26 nolite, quod pigri agricolae faciunt, maturos fructus per inertiam emittere e manibus. PLIN. nat. 14, 50 *Remmius Palaemon*, dum agricolam imitatur. VAL. FL. 3, 578 ceu pectora congelat ... agricolis ... cum coit umbra minax. SIL. 6, 324 sic ubi ... portat turbo globum ... omnis et agricola et ... pastor ... trepidat. STAT. silv. 5, 1, 123 velut Apula coniux agricolae parci. Theb. 1, 8 trepidum ... Martis operti

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

agricolam infandis condentem proelia sulcis (*sc. Cadmum*). 1, 132 sic ubi delectos per torva armenta iuvencos agricola imposito sociare adfectat aratro. QVINT. inst. 2, 19, 2 sicut terrae nullam fertilitatem habenti nihil optimus agricola profuerit. FRONTO p. 213, 12 N. ut agricola, agrum intactum si conserat, laboriosus est. COMM. instr. 2, 14, 4 omne ⟨lolium⟩ agricola collectum separat. IVVENC. 2, 795 agricolae simile est regnum sublime Tonantis. AMBR. hex. 3, 12, 51 propagantur ea *sarmenta*, quae bonus agricola iudicaverit fructuosa. 3, 13, 56 amygdalis ... hoc genere medicari feruntur agricolae, ut ex amaris dulces fructus fiant. 4, 4, 19. HIER. in Is. 14, 24 p. 260 Vall. ut ... supponant cervices suas iugo Christi ad laborandum et fiant viri agricolae. epist. 129, 2 huius terrae cultores et agricolae apostoli sunt. VVLG. Ioh. 15, 1 ego sum vitis vera et pater meus agricola est. Iac. 5, 7 patientes ... estote ... ecce agricola exspectat ... fructum terrae patienter ferens. II Tim. 2, 6 laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. OROS. apol. 33, 1 qui (*sc. deus*) est verus agricola. FAVST. REI. grat. 1, 11 p. 39, 25 expectatio increpantis agricolae (agriculae *P*) ostendit hanc vineam dare fructus potuisse iustitiae. **Agricola** *titulus Novii.* NON. p. 165 Novius Agricola (p. 81 p. 500). *Zimmermann.*

Agricola, -ae *m. cogn. virorum tam nobilium quam humilium. notabilis prae aliis titulus* CORP. XI 600, *ubi agnomen datur ob merita erga agricolas*: C. Castricius T. f. Calvus trib. mil. ... Stellatina Agricola, bonorum libertorum benevolus patronus maximeque eorum qui agros bene ⟨et strenue colant⟩. *sculptum* A g r i c u l a CORP. X 3563 C. Claudius Agricula *in titulo vitioso; graece est* Ἀγρικόλας CASS. DIO 39, 50, 4. 66, 20, 1. 76, 5, 6, *semel* Ἀγρικούλας *in papyro, v. Wessely, Wien. Stud. 24, 1902, p. 112; episcoporum christianorum nomina a scribis quos gr.* ἀγροῖκος *ludificabatur varie corrumpebantur in* Agroecola Agroecula Agrecola Agrigola; *rusticus est gen.* Agricolanis SCRIPT. hist. Merov. II p. 108, 5. *nominis* Nicolaus *erat memor qui scripsit* Agricolaus *p. 1426, 3. in versibus* PAVL. NOL. carm. 27, 429 martyres Agricola et Proculo Vitalis adhaerens. 432. SIDON. carm. 15, 152 Agricolam contingat avum. CARM. epigr. 856, 1 Agrīcola *male in versibus rusticis. notissimus et, ut videtur, aetate supremus* Cn. Iulius Agricola, vetere et inlustri Foroiuliensium colonia ortus, utrumque avum procuratorem Caesarum habuit, quae equestris nobilitas est (TAC. Agr. 4), *celebratus a Tacito genero libello clarissimo, cos. suff. a. 77.* c o n s u l e s a l i i: Q. Glitius P. f. Stel. Atilius Agricola *cos. suff. II a. 103* (CORP. V 6974—6984. III dipl. 32. VII 1193); Sex. Calpurnius Agricola *cos. suff. cum Ti. Claudio Iuliano inter annos 145—161* (CAPITOL. Pius 8, 8 CORP. III dipl. 70. 7505. VII 225. 758. 773. 774); L. Virius Agricola *cos. ord. cum S. Catio Clementino Priscilliano a. 230* (CORP. VI 1984, 46. III dipl. 87. 3515. 5647. 5690. VIII 826. XIII 5038 frg. 2. 6681 INSCR. Rhen. 202. 231. 1444 COD. Greg. 3, 8, 1 COD. Iust. 1, 26, 1. 2, 2, 1 *passim*); Agricola (Vrbanus?) *fortasse cos. 234* (CORP. III 5460; *cf. PIR. I 325 p. 42*), Agricola *cum Eustathio cos. 421* (CORP. III 12857. COD. Theod. 2, 27, 1 *et passim.* COD. Iust. 1, 2, 6. 9, 40, 3. *cf.* SIDON. carm. 15, 152). *n o t a b i l e s praeterea*: CORP. III 2026 T. Flavio T. f. Tro. Agricolae. 13826 Cn. Serto⟨rio⟩ C. f. Brocc⟨ho⟩ Aquilio ... Agricola⟨e⟩ Ped⟨an⟩io F⟨usco⟩ Salinat⟨ori⟩ Iulio Servian⟨o⟩ V. C. Comi⟨nio⟩ Agricol⟨ae⟩ praef. eq. XII 672 Cominio ... Claud. Bo ... i ... Agricola⟨e⟩ Aurelio Apro. VI 211 M. Antíus M. f. Stel. Agricola Taurinis missus honesta missione. 10241 M. Herennius Agricola. 36488 memoriae Valerii Agricolae c. v. q. d. XIV 125 (*Ostiae, a. 224*) Agricola Aug. lib. proc. p(ortus) u(triusque). CASS. DIO 76, 5, 8 Καικίλιος ... Ἀγρικόλας. Agricola *frater uxoris Apollinaris Sidonii, filius imp. Aviti (Seeck, PW. I 892), ad quem datae sunt* SIDON. epist. 1, 2 *et* 2, 12; *cf.* RVRIC. epist. 2, 32 p. 415. *h u m i l e s v e l o b s c u r i*: CORP. VI 8553 Agricolae Caesar. n. ser(vo). 17985ª (= CARM. epigr. 856) Tibur mihi patria, Agricola sum vocitatus, Flavius idem ego sum. 19256 C. Helvius Agricola *verna.* 32627, 17 (centuria) Agricolae. 36174 M. Porcio Agricolae. IX 1432 C. Aldius Agr⟨i⟩cola. XI 4587 Tifano ⟨Ag⟩ricolae ... IIIIvir(o) i. d. 6689, 213 (*in tegula*) C. Saf(ini) Agric(olae). XIV 1101 M. Helvius Agricola. 2614. II 2034 M'. Cor(nelii) Agricolae. 4015 L. Agricolae (*lectio incerta*). VIII 15939 C. Avianus Agricola. III 11796 C. Iulio Agricol. 9792. 9558. 12014, 107. V 3707 P. Pontio Agricolae filio. 6345 Blandio Agricola. 6558 Victoris Agricole. VII 25 Fl. Agricola mil. leg. VI vict. 912ᵇ sub Agricola optione. XII 283 M. Coelio Agricolae. 2473ᵇ C. Sentio Agricolae. 4108 G. Annio Agricolae. 3390. 5683, 25. 5687, 31. XIII 5210 Gelli Agricolae. 6571 Iulius Agricola. 6669 Albanius Agricola. 10010, 63. *christiani*: *martyr Bononiensis, de quo* AMBR. exhort. virg. 1, 6 Agricola, qui bonos fructus spiritalis gratiae seminaret et sacri sanguinis effusione meritorum suorum omniumque virtutum rigaret plantaria. PAVL. NOL. carm. 27, 429 (*v. supra l. 33*). 432 Vitalem Agricolam Proculumque Bononia condit. GREG. TVR. Franc. 2, 16 glor. mart. 43. *noti erant sexto saeculo episcopi Cabilonensis (Krusch ad Greg. Tur. glor. conf. 85), Nevernensis Gabalensis Trecensis Agaunensis* (CHRON. min. II 237, 565, 1), *quorum nomen* Agricola *in codd. maxime* GREG. TVR. *scriptum est* Agroecula: Franc. 5 capit. 45. 9, 41. CONC. Aurel. a. 538 p. 86, 6. a. 541 p. 99, 12, Agroecola: Franc. 4, 24, Agrecola: CONC. Matisc. a. 583 p. 172, 28, Agricula: CONC. Paris. a. 614 p. 192, 18. 201, 16, Agrigola: CONC. Paris. a. 614 p. 191, 35. *haereticus Pelagianus* CHRON. min. I 472, 1301. *episcopus Caesareae* CONC. Ancyr. Migne 56 p. 754ᶜ A g r i c o l a u s. **Agricola** *nom. equi.* INSCR. rev. archéol. 41, 1902, p. 436, 12. ? **Agricolānus** *cogn.* COD. Theod. 9, 1, 3 (*a. 322*) Imp. Constantinus ad Agricolanum (afr-, agricul-, agriculam *pars codd.*). **Agricolia** *nom. mul.* INSCR. Rhen. Bramb. 1526 d. m. memoriae Secundi Agricole negotiatori artis cretariae Agricolia Agripina filia patri pientissimo f. c. *V.* batinius (?) rusticus **agricolānus** GLOSS. V 591, 53.

agricolāris, -e *ab* agricola *poetice.* PALLAD. 14, 3 bis septem parvos, opus agricolare, libellos.

agricolātio, -ōnis *f. cf.* agricolari. COLVM. 1 praef. 6 agricolationis neque doctores ... neque discipulos. 10 unum genus liberale ... rei familiaris augendae ... ex agricolatione contingit. 11 discendi cupidiores agricolationem pernoscerent. 26 cum separata sit ab agricolatione pastoralis scientia. 1, 1, 1 qui studium agricolationi dederit, sciat. 1, 1, 9 agricolationis prudentiam. 1, 1, 12 ut agricolationem Romana ... civitate donemus. 1, 1, 15 priusquam cum agricolatione contrahas. 1, 1, 17 compos agricolationis. 1, 9, 3 agricolatio frugalitatem requirit. 2, 2, 15 agricolationis ... prudentem virum. 3, 21, 2. 2, 16, 1 in agricolatione. 6 praef. 5. 2, 21, 6 agricolationis totam disciplinam. 4, 1, 1 compluribus agricolationis studiosis. ISID. orig. 17, 1, 1 Mago ... in XXVIII voluminibus studium agricolationis conscripsit. *translate*: AVELL. p. 615, 8 fructus vestrae agricolationis.

agricolor, -ātus sum, -ārī *ab* agricola. RVFIN. Clement. 9, 22 apud Gelos quoque mos est, ut mulieres agricolentur. AVG. gen. ad litt. 8, 8 p. 243, 3 nisi videremus cum tanta voluptate animi agricolari quosdam. 9, 15 p. 288, 15 more agricolandi vel medendi. SALV. eccl. 2, 46 qui agricolantur, id sibi fructuosum esse existimant. *translate*: AVG. gen. ad litt. 9, 16 p. 289, 13 quemadmodum ... angeli in hoc mundo ... agricolentur, non utique novimus.

agrī cultio, -ōnis *f. in unam vocem nondum coaluit*: CIC. Cato 56 num ... horum senectus miserabilis fuit, qui se agri cultione oblectabant? Verr. 4, 226 quid est enim Sicilia, si agri cultionem sustuleris?

agrī cultor, -ōris *m. in* agricultor *hic illic coaluisse potest*: LIV. 26, 35, 5 servos agricultores rem publicam abduxisse (*at* 4, 25, 4 cultoribus agrorum. 27, 12, 6 cultoribus agri). CVRT. 8, 12, 12 quaerenti Alexandro plures agricultores haberet an milites ..., maiore militum quam agrestium manu opus esse respondit *Omphis.* COLVM. 1 praef. 6 sine agricultoribus. 8, 16, 1 *piscium* reditum quamvis alienissimum agricultoribus putem (1, 1, 6 non dissimulanda agrorum cultori). *t r a n s l a t e*: ITALA Ioh. 15, 1 (Pacian. epist. 3, 16 p. 76) ego sum vitis vera et pater meus agricultor est (VVLG. agricola). ZENO tract. 2, 27, 1 p. 468 hic mihi rustico vestro beatissimi ignoscite agricultores. PACIAN. epist. 3, 16 p. 77 vides etiam agricultorem (*sic PR*) deum.

agrī cultūra, -ae *f. postea hic illic in* agricultura *coaluisse videtur; raro* agrorum cultura *vel* cultura agri (agrorum) *dicebant. duo verba testatur versus* LVCRETI 5, 1148 (*l. 81*), *compositionem sequiori aetati vindicat usus translatus p. 1427, 48.* CATONIS *liber inscribitur*: de agri cultura liber. VARRO ling. 6, 26 paganicae *feriae* eiusdem agriculturae causa susceptae *sunt.* rust. 1, 1, 6 sine aqua omnis ... misera agricultura, sine successu ... frustratio est, non cultura. 1, 2, 12 ad te, *Scrofa*, rudem esse agriculturae. 1, 2, 13 qui de agri cultura scripserunt, *cf.* capp. 1. 2. 3. 4. 5. 1, 1, 11. 1, 2, 28. 3, 1, 9 (*bis*). 1, 1, 5 *deos invocabo*, qui omnis fructus agri culturae caelo et terra continent. 1, 1, 11 quae non arbitror pertinere ad agri culturam. *cf.* 1, 2, 23. 24. 1, 55, 7. 1, 2, 10 *Scrofa* de agri cultura Romanus peritissimus habetur. 1, 2, 12 docete nos agri cultura quam summam habeat, utilitatemne an voluptatem an utrumque. 1, 2, 13 pastio, quae coniungitur ... cum agri cultura. *cf.* 1, 2, 15. 2 praef. 4 *et* 5. 2, 1, 5. 3, 1, 7. 3, 1, 8. 1, 2, 16 ab iis inferiore gradu aetatis susceptam agri culturam. 1, 2, 20 nec ullae pecudes agri culturae sunt propriae nisi quae. 1, 2, 21. 23 agri culturae partes. *cf.* 1, 5, 3 *et* capp. p. 6. 1, 2, 23 agri culturae acceptum referre. 1, 2, 26 in agri cultura. 2, 9, 6 (*at* 1, 37, 3 ⟨in⟩ cultura agri). 1, 2, 28 quae omnia sunt diversa ab agri cultura. 1, 17, 3 operarios ... ad agri culturam dociles. 2 praef. 5 agri cultura factum, ut. 3, 6, 5 quod ... ad agri culturam idoneum est. 3, 7, 5 *columbarium* adpositum ad agri culturam. 2, 6, 5. capp. p. 4 artem esse agri culturam. p. 5 agri culturae quod sit initium et quis finis. 1, 5, 1 (*at* 2 praef. 4 culturam agri). 3, 1, 4. 2, 4, 3 agri enim culturae ab initio fui studiosus. CIC. off. 2, 12 neque agri cultura ... sine hominum opera ulla esse potuisset. 1, 151 omnium rerum ... nihil est agri cultura melius. *cf.* Cato 54. fin. 3, 4 agri cultura quae abhorret ab ... elegantia. Manil. 15 agri cultura deseritur. de orat. 1, 249 si mandandum aliquid procuratori de agri cultura sit. rep. 5, 5. Cato 59 agri cultura laudatur in eo libro qui (*at* Cato 54 de cultura agri scriberet *Hesiodus.* 56 hominum generi universo cultura agrorum est salutaris). LVCR. 5, 1448 navigia atque agri culturas moenia leges ... experientia mentis ... docuit. CAES. Gall. 4, 1, 6 neque agri cultura ... intermittitur. 6, 22, 1 *Germani* agri culturae non student. 6, 29, 1. 6, 22, 3 ne ... studium

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

belligerandi agri cultura commutent. 3, 17, 4 quos ... studium ... bellandi ab agri cultura revocabat. 4, 1, 2. PAVL. FEST. p. 93, 4 cum pater filio de agri cultura praeciperet (*at* FEST. p. 325, 6 *Saturnus* culturae agrorum praesidere videtur. VAL. MAX. 8, 13, 1 exactissimae agrorum suorum culturae). CELS. med. 1 praef. alimenta ... agri cultura, ... sanitatem ... medicina promittit. COLVM. 1 praef. 25 quasi agri culturae partem, cum separata sit ab agricolatione pastoralis scientia. 1, 1, 2 maximeque in agri cultura, in qua. 11, 2, 79. 1, 1, 5 *librum* de agri cultura scriptum. 1, 8, 2 quas *ineptias* ... in agri culturam transtulit *id genus mancipiorum*. 6 praef. 7 hominis socius in agricultura. 11, 1, 10 agriculturae ... praeceptores. PLIN. nat. 1, 8 ind. auctor. Androtione, qui de agri cultura scripsit (*cf.* ind. auctor. 1, 10. 14. 15. 17. 18). 1, 18, 1 antiquorum studia in agri cultura. 1, 18, 5 inlustres de agricultura (*at* nat. 8, 180 socium ... laboris agrique culturae. 15, 3 culturam agrorum). nat. 18, 22 de cultura agri praecipere, *at* 18, 201 qui princeps hominum de agri cultura praecepit. 18, 44 nihil sero faciendum in agri cultura. FRONTIN. grom. p. 45 in adsignato agro ... solet tempus inspici et agri cultura (PLIN. epist. 1, 20, 16 in cultura agri. SVET. Aug. 42 cultura agrorum. Vesp. 1 ad culturam agri ... commeare). AVREL. ad Front. p. 69, 11 N. legi ex agricultura Catonis. DIOM. gramm. I 368, 26 tyrannus de agri cultura. VLP. dig. 7, 1, 13, 5 si nihil agriculturae nocebit (*at* NERAT. dig. 25, 1, 15 agrorum quoque cultura). PALLAD. 1, 1, 2 de omni agricultura et pascuis. 1, 23 stercus avium maxime necessarium est agriculturae. SERV. ecl. praef. agriculturae amor. 4, 32 per agriculturam famis ostendit timorem (*at* georg. 2, 1 culturam agri consiti). georg. 1 praef. agriculturam ... in ... sequentibus libris invenire. agriculturae ... praecepta. 1, 43. 1, 12 de agricultura locuturus. 1, 106 post ... generalem agriculturam. 1, 147 omne agriculturae genus. 1, 176 *Hesiodus* primus de agricultura scripsit. 2, 412 Cato ... in libris ad filium de agricultura. 2, 514 anni labor ex agricultura habet totius anni substantiam. 3, 135 quas *translationes* ... ab agricultura traxit. AMBR. hex. 3, 13, 56 agricultura convertit stirpium qualitates. VVLG. II par. 26, 10 agriculturae deditus. II Macc. 12, 1 Iudaei ... agriculturae operam dabant. HIER. epist. 106, 49 proprie σκαλισμός in agricultura dicitur. AVG. in psalm. 72, 32 eligant ... alii agriculturam. civ. 7, 19 falcem habet *Saturnus* propter agriculturam ... illo regnante nondum erat agricultura. 7, 24 ad exercendam agriculturam. 10, 1 propter agriculturam ..., non ⟨ab⟩ agricultura. 18, 6. 22, 24 in agricultura. 18, 15 Stercutium ... agriculturae deum. AVIAN. apol. 12 rusticus aratro suo agriculturae insistens vidit. COD. Iust. 11, 10 (9), 7 nullus fabricensium ... agriculturae alienarum rerum se posthac immiscere conetur. ISID. orig. (17, 2 *inscribitur*: de cultura agrorum. 17, 2, 1 cultura agri cinis, aratio ... *est*). 17, 1, 3 *Stercutus* plura instrumenta agriculturae reperit (17, 3, 18 stipula ... uritur propter culturam agri). GLOSS. III 356, 40 agricultura γεωργία, *cf.* 495, 30. NOT. Tir. 99, 10 cultura. 99, 10^{a} agricultura. *translate*: VVLG. I Cor. 3, 9 dei agricultura estis, dei aedificatio. *cf.* HIER. epist. 129, 2 *et* Is. 5, 10 p. 75 Vall. PROSP. c. coll. 13, 5 p. 342 Vall. ut ... dignos aeternis horreis fructus dei agricultura producat. PS. PROSP. vocat. gent. 1, 23 p. 678^{d} cuius *(dei)* agricultura ... sumus. *Zimmermann.*

agridium *v.* acridium.

agrielaea, -ae *f.*, ἀγριελαία. DIOSC. 1, 114 (*gr.* 1, 136) de agrielea (agruelea *P*) id est oleastrum. *cf. p. 1429, 24.* *V.*

Agriēnōn *gen. plur., gens Persica.* RAVENN. p. 51, 19. *cf.* Agriane *et* Agrianes.

pāgus **Agrifānus**. CORP. X 1278 (*Nolae, descr. et recogn. Mommsen*).

Agrigē *v.* Agrice.

colōnia Claudia āra Agrippīnēnsis. *sic interpretandae sunt litterae* C. C. A. A., *nomen oppidi rhenani, quod legitur in arcu portae* INSCR. Bonn. Jahrb. 98 p. 50, *in vasculo* (INSCR. Bonn. Jahrb. 89, 188), *in nummis* (INSCR. numm. Eckhel I p. 74 INSCR. de Witte, Recherch. sur les Emper. p. 9 n. 17 *in nummis*). *plane eadem vel simillima compendia exhibuisse puto lapidem Beneventanum qui stat fide Sim. Vallamberti apud Metellum, ubi nunc quidem traditur* col. Claud. Aug. Agrippinensium (CORP. IX 1584). *nomen integrum perscriptum nusquam legitur, proxime accedit* INSCR. numm. de Witte *l. c.* p. 8, 16 col. Cl. Agrip. *cognomen inditum est coloniae quae antea appellabatur* oppidum *vel* civitas *vel* ara Vbiorum *ab* Agrippina Claudi (*p. 1434, 23*): TAC. ann. 12, 27 Agrippina quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci impetrat, cui nomen inditum e vocabulo ipsius. ... eam gentem ... avus Agrippa in fidem *acceperat* (Germ. 28). *exhibeo conspectum variorum nominum*: colonia Agrippinensis: PLIN. nat. 4, 106 in Vbiis colonia Agrippinensis (TAC. hist. 1, 57. 4, 25. 4, 55. 4, 56. 4, 63 *bis*). CORP. X 3896 (*Capuae, Alexandri aetate*) natus col. Agrippinense. SVET. Vitell. 10 in Agrippinensem coloniam (GREG. TVR. Franc. 2, 9 p. 72, *ubi* agripenensi *unus liber*). TAC. hist. 4, 20 *trad.* colonia Agrippinensiū vitata: *merito* ū *propter dittographiam deleverunt.* col. Agripp. *miliariorum rhenanorum ad hanc normam potius interpretaberis quam* colonia Agrippina (*v. l. 60 sqq.*): INSCR. Rhen. Bramb. 1931 (*a. 162*). 1934 (*a. 202/5*). *cf.* 1930 (*a. 140/145*). *item fort. res se habet* INSCR. Rhen. Bramb. 239 d(ecurio) c. Ag. 549 (*a. 352*) dec. c. A. *cetera nomina*: PTOL. 2, 9, 8 Ἀγριππινησίς. CORP. XIII 1836 (*Luguduni*) diis manib. M. Atti M. f. Cla. Marcel⟨li⟩ ara Agripp(inensi). III 4479 (*Carnunti*) ...⟩ Cla. Rufu⟨s⟩ ara Agrip(pinensi). CORP. V 1047 (*Aquileiae*) d. m. M. Secundi Genialis domo Cl(audia) Agrip(pinensis) negotiat.: *omnibus his locis neque de* Agrippinensium *neque de* Agrippina *cogitari posse censeo, nisus praecipue Ptolemaei loco. quin etiam* Agrippinensi *interpretari malo tam* CORP. VI 32630 Agrippin., *quam* III 14214 (*in Moesia inferiore, aevi Traiani*), a 1, 2 Agrip. 6 Agri. (15). 16 Ag⟨...⟩. Colonia Agrippina: ITIN. Anton. 375 a Colonia Traiana Coloniam Agrippinam (-p- *J*, -ppianam *R*). 376 (-p- *AJ*, -ppana *Q*). 254 (*v. l.* -p-). 370 (*sic DP*, -pine *JN*, -ppinae *vel* -ppine *rell.*). AMM. 15, 8, 19. VEN. FORT. carm. 3, 14, 3 pontificem pollens Agripina Colonia praefert. RAVENN. p. 227, 14 Colonia Agripina. Agrippina: ITIN. Anton. 372 a Treveris Agrippinam (-aniam *Q*, -ianam *R*, -p- *alii*). TAB. Peut. 3, 1 Agripina. TREB. trig. tyr. 6, 3 apud Agrippinam (VOPISC. Prob. 18, 5. EVTR. 8, 2 [ἐν Ἀγριππίνῃ]. AMM. 15, 5, 15. OROS. hist. 7, 12, 2, *ubi* -p- *Rehdiger.* 7, 24, 3. GREG. TVR. Franc. 2, 9 p. 72 Agripinam). TREB. trig. tyr. 7, 2 circa Agrippinam. COD. Iust. 5, 12, 21 (*a. 294*) d. non. Aug. Agrippinae (*sim.* 4, 27, 2 *a. 319*). EVTR. 9, 9, 3 Agrippinae occisus est (9, 17, 1 [ἐν Ἀγριππίνῃ]). COD. Theod. 3, 5, 7 (*a. 345*) dat. V Id. Iu. Agrippinae (*sim.* COD. Iust. 11, 55, 2 *a. 368*). AMM. 15, 5, 24 Agrippinam ingressi (16, 5, 2). 15, 5, 35 Silano Agrippinae ... interfecto. 15, 11, 7. 16, 3, 1. 17, 2, 1 Remos ... per Agrippinam petens. HIER. chron. a. Abr. 2113 Traianus Agrippinae in Gallis imperator factus. AVELL. p. 55, 16. SALV. gub. 6, 39 Agrippinae *locat.* (epist. 1, 5 *bis*). SIDON. carm. 7, 115 Agrippina fuit (-gg- *C*, -p- *T*). GREG. TVR. Franc. 2, 9 p. 74 Agrepinam (-ip- *et* -pp- *bini libri*) ... petiit. FREDEG. chron. p. 62, 1. ITIN. Anton. 373 Agrippina civitas (-p- *J*, -ana *Q*, -iana *R*). GREG. TVR. vit. patr. 6, 2 in Agripinam urbem (-pp- *unus liber*). glor. mart. ind. capit. 61 de sanctis aureis apud Agripinam urbem. *nota formam* Agrippini *ad analogiam ut videtur nominum* Tungri Treveri: IVL. HON. rec. A 19 (geogr. p. 35, 4) Agrippini oppidum (COSMOGR. 1, 19 *ibid.* p. 80, 23 *solum* Agrippini). *nomina reliqua*: Col. Cl. Ara (CORP. XIV 208 *Ostiae.* III 6570, 5 *in Raetia*). Cl. Ara (*sic potissimum*) *et* Ara *in laterculis militum.* Colonia (*primum* ITIN. Anton. 377. 378). *incolae* **Agrippīnēnsis, Agrippīnēnsēs.** TAC. hist. 1, 57. 4, 28. 4, 59. 4, 65 *bis.* 4, 66. 4, 79 *ter.* 4, 64 concilium Agrippinensium. PAVL. dig. 50, 15, 8, 2 in Germania inferiore Agrippinenses iuris Italici sunt. NOT. Gall. 8, 1 chron. I p. 595 metropolis civitas Agrippinensium. CORP. VI 36325 M. Sennio M. f. Vero nat. Agrippinensi. II 484 (*Emeritae*) C. Titio C. f. Cl. Simili Agripinensi proc. prov. Lusitaniae *eqs.* VIII 21117 (*Caesareae*) A⟨grip⟩pinensi (*mulieri*). XIII 2945 (*Agedinci*) Cossiae Vrsulae Agripinensi. XII 2397 (*Augusti*) Vlpiae Anthusae Agrippinens(i). III 3642 (*in Pannon. inf.*) T. F⟨l.⟩ T. fil. C⟨l. ...⟩ Agripinien⟨si⟩. 10508 (*Aquinci*). INSCR. Korresp.-Bl. der Westd. Ztschr. 1896 p. 128 T. Manlio Geniali Agrippin. CORP. XII 3559 (*Nemausi, saec. III*) Agripin(enses) Donatus pater et Iovina mater. INSCR. Rhen. Bramb. 330 (*Coloniae*) Dextrínia Iusta L. Dextríní Iustí filia Agripp. d. d. 1989 d. m. Iu⟨l.⟩ Pieridi Agripp. 433 (*Coloniae*) C. Iulio Firmino victimario mil. leg. XXX V(lpiae) v(ictricis) Agrip. CORP. V 6888 (*in Alpe Poenina*) *fort.* A⟨gr⟩ip. *traditur* Acnip. III 14214 (*in Moesia inferiore, aevi Traiani*) b 1, 7 *et* 9 Agri. 14 Agr. (15. 21). 10940 (*in Pannon. super.*) M. Appianius Vrsulus Acr. GREG. TVR. Franc. 10, 15 p. 425 Eberegiselum Agrippinensem (*sic A 1*, -p- *rell.*). *adi.* Agrippīnēnsis, -e: COD. Theod. 16, 8, 3 (*a. 321*) *imp. Constantinus* A. decurionibus Agrippiniensibus. CORP. XIII 2614 (*Cavilloni*) Natiniae Valentinae civi Agripinensi. 6968 (*Mogontiaci*) Perpetuiae Severae civis Agripinensis. III 10548 (*Aquinci*) cives Agripin⟨enses⟩ Transalpini. XII 674 (*Arelate, christ.*) vir Agripinensis nomine Geminus hic iacet. PANEG. 7, 13 Agrippinensi ponte faciundo (*v. l.* -p-). GREG. TVR. Franc. 6, 24 in Agripinensim civitatem, quae nunc Colonia dicitur (*ubi* FREDEG. chron. p. 117, 23 *cod. Paris. saec. VII/VIII* Agrepennensim). glor. mart. 61 apud Agripinensim urbem.

ab Agrippina *porro derivantur*: *adi.* **Agrippīniānus,** -a, -um *ad Agrippinam Germanici vel Claudii pertinens. sed cf.* CHAR. gramm. I 93, 29 *sub* Agrippa *p. 1430, 20.* CORP. XIV 3958 (*Nomenti*) M. Li⟨vio Herm⟩eroti vestiario de horreis Agrippinianis. VI 15616 Anthus imp. T. Caesaris Aug. ser. Agrippinianus. 24164 Phoebo Caesaris n̄. Agrippiniano. 33737 d. m. Polybius Agrippin⟨ianus⟩ imp. Caes. Aug. ser. ⟨disp. fisci?⟩ castrensis. INSCR. apud Lehmann, Beiträge zur alt. Geschichte II 1902 p. 293 adn. 5 (*in clipeo aereo, in Aegypto reperto*) Ἀγρειππινιανῆς καὶ Ῥουτιλλιανῆς οὐσίας. *demin.* **Agrippīnilla,** -ae. INSCR. graec. mar. Aeg. fasc. II 237 (*Mytilenae, apographum Cyriaci*) Πομπηίας Ἀγριππινίλλ⟨α⟩ς, *Cyriacus* -ης (236).

Agrippīnus, -ī, Ἀγριππῖνος, Ἀγριππεῖνος, *cogn. vir. scripturae varietates invenies in serie exemplorum quae secundum aetatem et originem exhibebo*: INSCR. graec. 2570 (*Cretae*) Κ. Πακωνίου Ἀγριππίνου. TAC. ann. 16, 28 Paconium Agrippinum (16, 29 Agrippino. 16, 33 Paconius). ARRIAN. Epictet. diss. 1, 1, 28 *et* 1, 2, 12 *et* frg. 21. 22 *idem appellatur* Ἀγριππῖνος. *cf.* Paconia Agrippina *sub* Agrippina *p. 1435, 20.* PLIN. nat. 7, 55 *sub Domitiano* Agrippinum senatorem, *si recte coni. Vrlichs (Mus. Rhen. 18 p. 528) pro tradito* Agrinum. CONST. veteran. 60 (Corp. III p. 1985) C. Fabio Acrippino M. Antonio Zeno(ne?) cos. *idem memoratur in nummis Perinthiorum et Topiritarum, quos affert Dessau, Prosopogr. II 44, 12.* ACT. Arv. a. 155 (Corp. VI 2086), 9 Ti. Claudius Agrippinus *frater Arvalis, Graecis quoque ut videtur memoratus, de cuius familia v. Groag, PW. III 2672, 39.* CARM. epigr. 426 (*Romae, aevi fere Hadriani*) hic sum quem cernis nunc Cassius Agrippinus. PAPYR. Wessely, Wiener Stud. 24, 1902, p. 102 Γαίου Ἰουλίου Ἀγριππίνου. CORP. XIV 251 (*Ostiae, a. 192*), 6, 29 T. Flavius Agrippinus. 281 (*ibid., saec. II/III*), 1, 5 *cogn. dendrophori.* SPART. Sept. Sev. 13, 3 Casperium Agrippinum. COD. Iust. 4, 65, 1 (*a. 213*) imp. Antoninus A. Iulio Agrippino (COLL. Mos. 10, 9). ACT. Arv. a. 214 (Corp. VI 2103 a 3) ⟨A⟩grippinus. DIO CASS. 79, 3, 4 Φάβιον Ἀγριππῖνον τὸν ἄρχοντα αὐτῆς (*sc.* τῆς Συρίας ἐφόνευσεν Ἐλεογάβαλος). CORP. V 543 (*Tergeste, a. 222/235*) L. Seugoni Agrippini evok. Aug. n. ⟨c⟩oh. VIIII praet. p(ia) v(indice) S⟨ev⟩erian. IX 338 (*Canusii, a. 223*), 4, 28 M. Aurelius Agrippinus *praetextatus.* III 870 (*Napocae, a. 235*), 24 *Asianus.* COD. Iust. 2, 4, 9 (*a. 241*) *imp. Gordianus* A. Agrippino. CORP. X 3699 (*Cumis, a. 251*) M. Iunnius Agrippinus *dendrophorus.* COD. Greg. 2, 3, 1 (*a. 259*) Iulius Agrippinus. Iust. 4, 29, 15 (*a. 294*) *Diocletianus et Maximianus* AA. et CC. Agrippino. *adde christianos*: HIER. chron. a. Abr. 2182 Alexandrinae ecclesiae VIIII episcopus praefuit Agrippinus ann. XII (PROSP. chron. I p. 428, 673). CYPR. epist. 71, 4 *episc. Carthaginiensis* (73, 3 AVG. un. bapt. 22 bapt. 2, 12. 2, 13. 3, 3. 3, 17. 4, 8 VINCENT. LERIN. commonit. 6). ALTERC. Heracl. p. 138, 4 *Arrianus.* SIDON. epist. 6, 2, 2 presbyteri Agrippini (-p- *TC*, -gg- *F*). GREG. M. epist. 9, 143 *ecclesiae Faesulanae presbyter*). CONC. Aurel. a. 538 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 85, 16 Agrepinus (*v. l.* -ip-) ... ecclesiae Aeduorum episcopus consensi (p. 84, 10 *trad.* -p- *et* -pp-). *idem memoratur in concilio* a. 533 p. 64, 24 (-p-). CONC. Narbon. a. 589 (Mansi IX 1018^{C}) Agrippinus de civitate Loteva ... episcopus (CONC. Tolet. a. 589 *ibid.* 1002^{B}). HYDAT. chron. II p. 26, 151 *comitem Galliae* (p. 33, 217 *ubi* FREDEG.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cod. Paris. 10910 saec. VII/VIII Atrepennus [ISID. Goth. 33 chron. II p. 280, 28]). *ex titulis adiungo hosce*: CORP. VI 31173 Vlp. Agrippin. XIV 414 (*Ostiae*) d. ⟨m.⟩ L. Sextius Sext⟨...⟩ Agrippinus eq. ⟨R.⟩. 1204 *v.* Agrippina *p. 1434, 78.* 2320 (*prope Albanum*) *pater et filius* Atilius Agrippinus. INSCR. Notiz. d. scavi 1895 p. 351 (*Tusculi*) L. Sep. Agrippinus. CORP. X 1679 (*Puteolis*) P. Aelio P. f. Agrippino corniculario proc. provinciae Belgicae. 2033 (*ibid., cf.* add. p. 972, *fort. christ.*) d. m. L. Agrippino. 2948 (*ibid.*) M. Fl. Agrippinus. 3751 (*Atellae*). 4553 (*Trebulae*) T. Varius Agrippinus. INSCR. graec. Sic. et Ital. 403 (*Messanae*) *Ἀγριππείνῳ μουσικῷ μνημόσυνον.* INSCR. Notiz. d. scavi 1900 p. 141 (*Spoleti*) Aggrippinus. CORP. XI 4379 (*Ameriae*) M. Antonio Agrippino sacerdoti. V 123 (*Polae*) Aur. Agrippinus. VIII 5299 (*Calamae*) C. Nicius Agrippin. *eiusdem epitaphium habes* 5449. 16549 (*Theveste*) *fort.* (centuria) ⟨A⟩gripini. 19992 (*in titulo Milevitano*) ⟨F⟩abius Agrippinus. II 2030 (*in Baetica*) C. Licinio Agrino Osq(uensium) IIviro bis L. Licinius Agrippinus f. optumo patrí. 395 *v.* Agrippa *p. 1432, 80.* VII 1336, 27 (*in patella*) ⟨Ag⟩rippini? INSCR. Jahreshefte d. österr. arch. Instit. V 1902 Beiblatt p. 121 M. Arru⟨ntiu⟩s Agrippinu⟨s⟩. CORP. III 7804 *v.* Agrippina *p. 1435, 13 sqq. alium Syrum invenies sub* Agrippa *p. 1432, 31. huc fort. pertinet titulus Calamensis* CORP. VIII 5435, *quem attulimus sub* Acrepinus *p. 431, 4.* *nom. corruptum ex* Agrippa: EXC. Barb. chron. I p. 275, 26 Gallo et Agrippino.

derivata graeca ab Agrippa: **Agrippīum,** -ī *n.* ***τὸ Ἀγρίππειον.*** HEGES. 1, 35, 9 *Herodes* addidit ... in ipsa arce regiae domus gemina habitacula maximi ambitus et mirabilis pulchritudinis .... unum eorum Caesarium alterum Agrippium nuncupabat, ut in suis aedibus tantorum amicorum diuturna memoria celebraretur (IOS. bell. Iud. 1, 21, 1 *Ἀγρίππειον*). IOS. bell. Iud. 1, 21, 8 *Ἀνθηδόνα τὴν παράλιον καταρριφθεῖσαν ἐν πολέμοις Ἀγρίππειον προσηγόρευσεν sc. Herodes Agrippa. cf. Ἀγριππιάς.* PHILOSTRAT. vit. soph. 2, 5, 3 *τὸ ἐν τῷ Κεραμεικῷ θέατρον, ὃ δὲ ἐπωνόμασται Ἀγρίππειον.* 2, 8, 2 *ἐν τῷ Ἀγριππείῳ.* DIO CASS. 55, 8, 3 *τὸ ... πεδίον τὸ Ἀγρίππειον, i.* campus Agrippae, *v. p. 1431, 20.* ***Ἀγριππιάς,*** *-άδος f.* **1** IOS. bell. Iud. 1, 4, 2 *Ἀνθηδόνα τὴν αὖθις ὑφ' Ἡρώδου τοῦ βασιλέως Ἀγριππιάδα ἐπικληθεῖσαν* (antiq. Iud. 13, 13, 3 [357]). *cf. l. 30.* **2** *cogn. mul. v. sub* Agrippa *p. 1432, 31.* **Agrippaeus,** -ī, *Ἀγριππαῖος.* GLOSS. V 165, 6 Agripeos Ellenorum lingua febroarius mensis dicitur. CATAL. cod. astrol. graec. II 144, 17 *ἀπὸ μηνὸς Νοεμβρίου καὶ Ἀγριππαίου* (145, 10. 148, 28). *v. Dittenberger, PW. suppl. I 32.*

Agrippiastae, -ārum, *Ἀγριππιασταί, collegium in honorem M. Agrippae constitutum.* CORP. III 494 (*Spartae, a. u. c. 736/742*) ⟨M. Agrippa⟩m cos. te⟨r⟩t. ⟨tribuni⟩c. potest. ⟨... A⟩grippiastae ⟨et prince⟩ps C. Iu⟨l⟩ius ⟨Dexi⟩machus Pratola⟨i f. *Μᾶρκον Ἀγρίπ*⟩*παν ὕπατον* ⟨*τὸ γ' δημ*⟩*αρχικῆς ἐξου*⟨*σίας ... Ἀ*⟩*γριππιασταὶ* ⟨*καὶ πρεσβὺς Γά*⟩*ιος Ἰούλιος* ⟨*Δε*⟩*ξίμαχος Πρα*⟨*τολάου*⟩. ***Ἀγριππεῖς Καισαρεῖς*** *appellantur incolae Phanagoriae, oppidi Pontici.* INSCR. graec. 2126[b] *Ἀγριππέων Καισαρέων ἄρχοντες. sim. legitur in nummis ibid. repertis.*

Agrippus, -ī *cogn. vir.* CAPITOL. Ver. 8, 10 habuit et Agrippum histrionem, cui cognomentum erat Memfi, quem et ipsum e Syria veluti tropaeum Parthicum adduxerat, quem Apolaustum nominavit (*cf.* LAMPR. Comm. 7, 2). *Diehl.*

Agrīs *v.* Acrae *1 sub* Acr-. **Agrisopē** *v.* Argiope.

Agrītius *v.* Agroecius.

1. Agrius, -a *nom. gent.* VARRO rust. 1, 2, 1 offendi ibi (*in aede Telluris*) C. Fundanium socerum meum et C. Agrium (Acrium *cod.*) equitem R. Socraticum. ... inquit Agrius. 1, 2, 3 inquit Agrius. 1, 2, 11 (Acrius *cod.*). 1, 2, 17 (Acrius *cod.*). 1, 2, 18. 1, 2, 21. 1, 2, 28. 1, 5, 1. 1, 12, 2. 1, 26, 1. 1, 37, 2. 1, 44, 3. 1, 56. CIC. Flacc. 31 L. Eppii, L. Agrii, C. Cestii equitum Romanorum ... testimonio doceo .... VAL. MAX. 8, 4, 1 M. Agrii argentarii servus Alexander A. Fanni servum occidisse insimulatus est. *nomen gentile frequentissimum Romae et in Africa.* CORP. VI 200 (*a. 70*), 4, 8 C. Agrius Mysticus. 4, 14 C. Agrius Eros. 1735 (*ca. a. 384*) Iulii A⟨grii Tarrutenii M⟩arciani v(iri) c(larissimi). Iulio Agrio Tarrutenio Marciano v. c. et inl. ... procons(uli) orientis .... 4648 (*in columbario Marcellae*) Agrio Secundo. 7018. 9373. 10229, 25 (*a. 108, test. Dasumi*) Agris Phoebo et Servato. 10290. 11272—11274. 11275 Vibio Agrio Severo et Vibio Agrio Fileto filio et Vibiae Agriae Lupercillae et Vibiae Agriae Pietati. 11276—11283. 21497. 22983. 26889. 32157 Agri Sereni v(iri) c(larissimi). XV 783. 784 (*in latere, saec. I*) Agriae Eutychia(nae?). 6075. 6076. 7696. XIV 56 (*Ostiae*) L. Agrius Calendio. 290. 552—554. 251, 3, 5 (*a. 192*) L. Agrius Ma⟨rc⟩ianus. 281, 1, 15. 1383. IX 338, 3, 45 (*Canusi, a. 223*) D. Agrius Pietas. 1210 (*Aeclani*) ⟨A⟩criae Q. l. Ter⟨ti⟩ae, Q. Agrio ⟨Q.⟩ l. Optato. 2226 (*Telesiae*) Q. Agrius Q. f. Celer pr(aetor), IIvir. 2677. 2720. 2774 (*Boviano vetere*) P. Agrio M. f. Clementi IIviro quinq. 6279. X 2032. 3700, 6. 3960 (*Capuae*) Agriae M. l. Hilarae. 4595 (*Caiatiae*) Gn. Agrius L. f. pater, Cerinia mater. 5190 (*Casini*) Cn. Agrius Cn. f. Pollio, L. Laufeius L. f. Apotheca IIIIvirei iour(e) deic(undo). 5191 (*ibid.*) Agria Sueia N. f. 5423. 8053, 17. XI 2681 (*Suanae*) Agria Ingenua. V 248 (*Polae*) P. Agrio Pi⟨...⟩. XII 5682, 2. XIII 6681 (*Mogontiaci, a. 230*) ⟨? A⟩grius Largu⟨s⟩. 10001, 31. III (*paene omnia exempla ex Dalmatia*) 1976. 1992 (*cf.* 8574). 2111 C. Agrius Plocamus C. Agrio Claro pedagogo. 2164 Agr(io) Secundino. 2417 Agr(iae) Hermogeniae. 8866 (= 14254). 9714. 12014, 107. 14195. VII 131 Agrius Cimarus. II 1209 (*in Hisp. Baetica*) Agria Matuna. 3503 (*in Hisp. Tarracon.*) Agriae C. f. Silvanae. 6554, 4. VIII 290. 354. 430. 499. 1224 (*in prov. procos.*) Q. Agrius Iulius Maximus. 1663. 2403, 2, 2 (*in prov. Num., saec. IV*) Agrius Praetextatus fl. p. 2554 c 5. 8843 (*in Mauret. Sitif., periit*) Acria Q. f. Tertia (*an ab* Acer?). 11163 (*in prov. Byzac., saec. III*) Q. Agrio Rusticano v. e. proc. Aug. n. tract. Karthag. .... 18068 b 25 (*in prov. Num., saec. II*) L. Agrius Ianuarius Kart(hagine). *al.* CORP. inscr. Att. III 627 *Ἄγριον Σατορνῖνον τὸν κράτιστον.* **Agriānus,** -a *cogn.* CORP. VIII 2618 c 6 (*in prov. Num., saec. III*) Iulius Agria⟨n⟩us ex sig(nifero). 6648/9 (*ibid.*) L. Valerius Agrianus. 15457 (*in prov. procos.*) ⟨...⟩atia Honorata Agriana. INSCR. Acad. des inscr. compt. rend. IV 26 (1898) p. 275 (*Mactori, saec. III*) Q. Cassio Agriano Aeliano c. v. co(nsuli). **Agranius** *nom. gent.* CORP. V 6611 (*in agro Novariensi, periit*) M. Agranius Valerius ⟨...⟩. **Agrasius,** -a *nom. gent.* VARRO rust. 1, 2, 1 C. Fundanium ... et C. Agrium ... et P. Agrasium publicanum. 1, 2, 3. 1, 2, 21. 1, 2, 25. 1, 3. 1, 23, 1. 1, 37, 2. CORP. VI 199, 10 P. Agrasius P. f. Marcellus *curator tribus Sucusanae iun.* 16603 L. Critonio Floro et Agrasiae Florae. 16698 Agrasia Dioclea. 21158 (*a. u. c. 742*) Agrasia T. l. Rufa. **Agrēius** *nom. gent.* CORP. XIV 3315 (*Praeneste*) C. Agreius C. l. Stepanus. 3316 (*ibid.*) L. Agreius ⟨...⟩, C. Agreius ⟨...⟩. **Agellius** *nom. gent.* CORP. VI 1056, 2, 33 (*a. 205*) Agelli Reddite *vigil.* PRISC. gramm. II 135, 13 servus servi Servius, servilis Servilius, agellus agelli Agellius, silva Silvius. **Agellānius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 1058, 3, 10 (*a. 210*) P. Agellan. Rufus *vigil.* VIII 592 (*in prov. Byzac.*) Agellania Donata L. f. **Agrīlius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 975, 2, 37 (*a. 136*) L. Agrilius L. f. Ampliatus. 7671 Agrilia Piste quae et Pompusidia. 7943 A. Agrilius A. f. Pal. Flaccus. 11262 C. Agrílius Firmus ... Agríliae Feliculae. 11263—11265. 11266 ⟨Ag⟩rília Íconiu dedit L. Agrílio Íanuarí vernae suo. 11267 Agriliae Successae ... Ti. Claudius Cerialis coniugi. 21121. 27777. 33492. X 7301 (*in Sicilia*) A. Agrilio A. f. Asprena⟨ti⟩. XI 3205 (*Nepet, litt. saec. I*) Agriliae L. f. 3326 (*Fori Iuli*) C. Agrili (mulieris) l. Pontici. XIII 5480 (*in Germ. sup., periit*) deo Merqurio D. Agrilies v. s. l. m. (Achilles *fort. rectius alii tradunt*). VIII 1942 (*in prov. procos.*) C. Iulius Fortis ... Agria Dona⟨ta c⟩oniugi. 3026 (*in prov. Num.*) Agrilio Prisco mil. leg. III Aug. natione Italico. **Agrīnius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 1058, 7, 139 (*a. 210*) Agrinius Saloninus *vigil.* 11268 Agrinia M. l. Felicula. V 8228 (*Aquileiae*) Q. Agrinius Glaucias. III 2163 (*in Dalmatia*) Q. Agrinius Onesimus et Agriniae Carite Agriniae Fortunatae filiae (*sic traditur*). VIII 805 (*in prov. procos., litt. saec. III*) Q. Agrinio Q. fil. Arn. Sperato Speratiano. 5080 (*ibid.*) Agrinia Gaia *uxor C. Postumi Sedati.* 5501 (*in prov. Num.*) Agrin⟨i⟩a Victoria Agrini Donati filia. *Otto.*

2. Agrius (-os), -ī, *Ἄγριος.* **1** *nom. myth.* HYG. fab. praef. p. 10, 9 (*in gigantum catalogo*) Agrius (Agrus *F*). HYG. fab. 175 tit. Agrius. p. 30, 1 Parthaonis filius *eqs.* (242 p. 135, 3). OV. Pont. 3, 9, 9 Agrius (*cod. Vatic.*, Accius *rell.*). epist. 9, 153 Agrios (*sic Misyllus*, acrios *P*, acrior *G*). *canis Actaeonis v.* Agre *1. de singulis cf. Wentzel, PW. I 896 sq., 3. 5. 8.* **2** *cogn. vir.* PLIN. nat. 11, 19 Philiscum vero Thasium in desertis apes colentem Agrium cognominatum, qui *scripsit* de his. *in titulis*: CORP. IV suppl. LXXXII 1, 8 ...⟩ Claudi Agri. XIV 1100 (*Ostiae*) d. m. L. Helvio Agrio fec. Helvia Helpis patrono et coiugi. VIII 6630 (*in titulo Mastarensi*) d. m. L. Sulpicius C. f. Florus Agrius. **Agria,** -ae, *Ἀγρία, cogn. mul.* CORP. III 2162 (*Salonis*) d. m. Agriae annuclae mesum III Cinnamis mater infelix. **Agriōn,** *Ἀγρίων, cogn. vir.* LVCIL. 240 hic est Macedo si Agrion longius flaccet. *cf. Cramer, Anecd. Oxon. II p. 182, 6 Ἀγρίων. τὸ κύριον ὄνομα διὰ τοῦ ῑ γράφεται.* **Agriophagī,** -ōrum, *Ἀγριοφάγοι.* PLIN. nat. 6, 195 Agriophagi *fabulosi sunt in Aethiopia*, pantherarum et leonum maxime carnibus viventes, Pamphagi omnia mandentes, Anthropophagi humana carne vescentes (SOL. 30, 6). IVL. VAL. 1, 1. **Agriopās, Agriopē, Agriodūs** *v. sub vocibus.*

Agriustia *cogn. vir. barb.* COMPVTVS Carth. 1, 4 Agriustia, civis municipii Thimidensium Regiorum, scribens Hilariano de ratione paschali. 2, 9 Agriustia vero primus pravitatis cultor et erroris sui amator assertionisque suae imperitissimus doctor. *Diehl.*

Agrivulfus *v.* Aiulfus.

agro, -āre *a verbo* peragrare *retro formatum.* MAR. VICTORIN. verb. script. 6 cum *sol* peragrans agrando delato spatio horas mutet. *V.*

? **Agro** *opp. Aethiopiae.* PLIN. nat. 6, 193 per ripas oppida (*acc.*) ... Navectabe † cum Agro Psegipta Candragori Arabam Summaram.

Agrobius, -ī *ab ἀγρός et βίος?, cogn. vir.* CORP. VIII 17903 (*Thamugadi*) d 2 Iul. Agrobius.

Agroecula *v.* Agricola *p. 1425, 82.*

1. Agroecus, -ī, *Ἄγροικος, tit. fabulae Plautinae.* ACC. apud GELL. 3, 3, 9 Agroecus ... Commorientes Macci Titi. NON. 196 Plautus Agroico. *cf.* PAVL. FEST. 61. *v. K. Schmidt, Hermes 37 (1902) p. 175.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2. Agroecus, -ī, Ἄγροικος, *cogn. vir.* CORP. XI 5040 (*Mevaniae*) C. Aufidi⟨us C. l.⟩ Agroec⟨us⟩. **Agroeca,** -ae, Ἀγροίκη, *cogn. mul.* CORP. V 3070 (*Patavii, periit*) *traditur*: Agraecae Vosinia⟨e⟩. *cf. l. 36.* **Agroecius, Agrīcius, Agrēcius,** -ī, Ἀγροίκιος, *agnomen et cogn. vir.*: *omnes fere Galli, nemo ante fin. saec. post Chr. quarti, plurimi christiani.* *de orthographia in universum*: AGROEC. gramm. VII 114, 7 Agroecius (-tius *CM*) cum latine scribis, per dipthongon scribendum, non, ut quidam putant, per i Agricius (per y Agrytius *codd.*). **1** *ex titulis: christiani*: CORP. XII 5336 (*Narbone, saec. V med.*) Agroeci(i) *veluti* Dynami(i) Oresi(i) Veneri(i). 2103 (*Viennae*) hic requiescit in pace Agrecius domesticus. XIII 3791 Agricius. *alius* 3792. *nota*: CORP. V 5766 (*Mediolanii, periit*) Fonti perenni Agrycius d. donum posuit *ipsa nominis forma, ab hac aetate plane aliena, suspectum reddit titulum ethnicum.* **2** *apud auctores*: AVSON. 204 tit. Censorio Attico Agricio rhetori *professori Burdigalensi.* eloquii merito primis aequande, fuisti, Agrici, positus posteriore loco. *de eodem* SIDON. epist. 5, 10, 3 Agroecii disciplina (agroetii *L*, agrocii *MPF*). *eadem familia ortus videtur grammaticus ille, de quo cf. Goetz, PW. I 902.* GRAMM. VII 113: *inscriptiones traduntur hae*: expla Agroecii ad Eucherium epm domino meo Eucherio epo Agroetius salutem *M.* incp ars Agroecii de orthografia. dno Eucherio episcopo Agroetius *B* (*cf.* p. 114, 5 *cod. B*: incip. ortographia Agroecii rethoris). incip. ars Agroetii rethoris de ortographia feliciter. domino Eucherio episcopo Agroetius *C.* *sim. edd. antiquissimae cum nomine* Agraetius. *idem rhetor memoratur* GRAMM. suppl. 187, 20 Agroecius quidem dicit in orthographia *eqs.* SCHOL. Bern. Verg. ecl. 5, 80 ut Agroecius dicit. SIDON. epist. 7, 5 inscr. Sidonius domino papae Agroecio (agroetio *MCP*, agtio *F*) salutem. 7, 5, 3 Senoniae caput. *ibid. metropolitanus* (7, 9, 6). GREG. TVR. Franc. 2, 9 p. 76 Agroetius (*sic A1, B1, D*, agroecius *B2*, agroaetius *B4. 5*, agroetius *C1*) ex primicirio notariorum Iovini. CASSIOD. var. 5, 13 tit. Eutropio et Agroecio Theodericus rex (*a. 523/526*). *episcopi vel presbyteri* (*cf. l. 28*): AVELL. p. 91, 3 de Agroecio *presbytero* (agro eicio *V*). SALV. epist. 3 Agrycio (*sic C*) *episcopo Antipolitano* Salvianus. CONC. Agath. a. 506 (Mansi VIII 337^c) Agraecius in Christi nomine episcopus de Antipoli subscripsi. *idem fort.* CONC. Arel. a. 524 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 38, 7 Agricio *episcopo Antipolitano* (p. 39, 5 agroecio *LN*, agritio *S*. CONC. Carpentorat. a. 527 *ibid.* p. 42, 35 Agroetio, *ubi* agroitio *R*). CONC. Tarrac. a. 516 (Mansi VIII 544^a) Agritius ... episcopus Barcinonensis civitatis. CONC. Gerund. a. 517 (*ibid.* 550^c) Agritius ... episcopus. GREG. TVR. Franc. 8, 31 Agricium Trecassinum *episcopum* (agrecium *A1, D5*). *idem* CONC. Matisc. a. 585 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 173, 25 Agrecius episcopus ecclesiae Tricassine subscripsi. *ibid.* p. 173, 12 Agrecius episcopus ecclesiae Glannatine. **Agrīcia,** -ae *cogn. mul.* CORP. XIII 2405 (*Luguduni, saec. ut videtur sexti*) hic iacet Agricia; *alia* 3895. VITA Caes. Arel. 2, 13 illustrissima feminarum Agretia matrona *Liberii patricii.* CAES. AREL. testam. 111 Agritia puella mea propria.

Agroitās, Ἀγροΐτας, *cogn. vir.* SEN. contr. 2, 6, 12 Agroitas Massiliensis longe vividiorem sententiam dicit quam ceteri Graeci declamatores *eqs.* *Diehl.*

? libae i. **agrone** GLOSS. III 567, 23. *V.*

Agropatēnī *v.* Atropatene.

Agror *cogn. barb.* CORP. VIII 1508 (*Thuggae*) d. m. Agror (*sic*) p. v. a. XXX h. s. e. *Diehl.*

[agrosium] *scriptum in cod. Flor.* VARRO ling. 5, 13 si ab agro ad agrosium (agrestem *Stünkel*) hominem, ad agricolam pervenero.

agrostis, -is *f.*, ἄγρωστις *gramen, v. Olck, PW. I 904.* PS. APVL. herb. 77 Graeci agrostin ... appellant, Latini gramen. ... agrostis foliis parvi calami similibus atque virgultis per terram serpentibus geniculosis, radicibus geniculatis. ... est et alia quae calamagrostis appellatur, maior supra dicta hoc est agrosti. sed est melior in Parnasso nata, cuius flos urinam commovet et eius radicis sucus acuit visum. DIOSC. 1, 8 *asaro* similis agrostis (-estis *prior scriptura*) idest gramen. ... nascitur etiam locis umbrosis et montuosis in Phrygia vel in Ponto et in Italia. 4, 28 de agrostis. agrotis virgas habet nodosas *eqs.* GALEN. alfab. 37 agrostes (agrotes *cod. Carn.*, agrustis *Paris.*) herba est qui in campis nascetur. *cf.* PLIN. nat. 24, 178 *sqq.* PRISC. gramm. II 167, 5 filix ἄγρωστις. ISID. orig. 17, 9, 104. HIER. in Os. 10, 4 p. 904^A ἄγρωστις quam latine in gramen vertimus; *sequitur ampla descriptio.* *cf.* agresta.

comp. calamagrostis.

[agrostica] *corruptum* CAEL. AVR. chron. 5, 2, 47 *fortasse pro* ἀποκρουστικά.

Agrycius *v.* Agroecius.

agrypnuntes, ἀγρυπνοῦντες, *titulus Naevii.* NON. 65 Naevius Agrypnuntibus (τρυπνουντιβους *codd.*), *item* 150 (amnagremnuntius *codd.*). *V.*

Agrypnus, -ī, Ἄγρυπνος, *cogn. vir.* CORP. VI 4032 (*e columb.*) Agrypnus Caesar. Aug. Maecenatian. a statuis. 29513 Agrypnus Caes. 26240 ...⟩us Agrypnus. INSCR. Notiz. degli scavi 1900 p. 574 decurionum decreto ex domo L. Tori Rufi Agrypno medico magistro ex domo Quintae matris. Agrypnus ann. natus XXVI obit. CORP. X 5346 (*apud Interamnates Lirenates*) M. Orbio Agrypno. *cf.* Acrepinus *I 431, 4 sq.* **Agrypnē,** Ἀγρύπνη, *cogn. mul.* CORP. V 231 (*Polae*) Settidia Agrypne. **Agrypnius,** -ī, *quasi* Ἀγρύπνιος, *cogn. vir.* CORP. VI 1661 (*a. 421*) Rufius Antonius Agrypnius Volusianus v. c. praef. urbi (1194). *cf. Seeck, PW. III 1866, 40.* **Agrypnia,** -ae, Ἀγρυπνία (*intellege appellativum*), *cogn. mul.* MART. CAP. 2, 112 *ancilla Philologiae* (2, 145). *Diehl.*

agsonia *vox germ.?* LEX Sal. capit. 3, 1 rubr. de agsoniis (saccioniis *tabula rubr.*) *i. de summis periculis.* *V.*

Agt(?) *cogn. vir.* CORP. V 8110, 72 (*in tegulis*) Corn. Aga( ) et T. Fl. Agt. (III 3214, 4).

Agubiō *v.* Iguvium.

Agugo *opp. Aethiopiae.* PLIN. nat. 6, 180, *ubi* Acug *R*, Achug *D F.*

Aguila *v.* Agila. [*Diehl.*

Aguius *nom. gent., cf.* Agonius *et* Agusius. CORP. V 3739 (*Veronae, periit*) M. Aguius Hypatus. *Otto.*

Agul(ēnsis?) *v.* Agla minor.

Agunia *fluvius Galliae Transpadanae qui in Padum influit, nunc* Agogna. RAVENN. p. 288, 17. *idem qui* TAB. Peut. 4, 1 fl'. Novaria.

Aguontum, -ī, *Ptolemaeo 2, 13, 3* Ἄγουντον (Ἀγούητον *X*), *opp. Norici, de quo cf. Mommsen, Corp. III p. 590.* CORP. III 5583 (*Bedai*) C. Trebonius Faustus II virum et praef. i. d. civitatis Aguont. PLIN. nat. 3, 146 oppida eorum (*sc. Noricorum*) Virunum Celeia Teurnia Aguntum Iuaum, omnia Claudia. *cf.* CORP. V 708 (*in agro Tergestino*) ⟨T⟩auconius Optatus eq. R. dec. et II vir Cl. Ag. ITIN. Anton. 279 Agunto. CORP. III 11485 (*Aguonti*) locus sepulturae cultorum Geni municip. Agunt. 5708 (*in miliario a. 218, cf.* p. 1847) ab Ag. m. p. LVI. VI 32624 b 11 M. Aur. M. f. Cl. Dammo Acunt(o). VEN. FORT. vit. Mart. 4, 650 hic montana sedens in colle superbit Aguontus (auuntus *codd.*). PAVL. DIAC. hist. Langob. 2, 13 perque Aguntum (aguntus *A1*) castrum Dravumque. *incolae* **Aguntēnsēs,** -ium. CORP. VI 1569 (*descr. Bormann*) *civitas Norici* Aguntens⟨es⟩ (*sic*). *Diehl.*

Agurium *v.* Agyrium. **agu(o)rium** *v.* augurium.

Agusius (Agussius), -a *nom. gent., cf.* Agonius *et* Aguius. CIC. epist. 13, 71 T. Agusius et comes meus fuit illo miserrimo tempore et omnium itinerum navigationum, laborum periculorum meorum socius. Att. 11, 23, 2 Agusius quidam Rhodo venerat. ipsum Agusium audies. CORP. VI 2626 Agussius Veratianus evokatus Aug. n. cho(rtis) VII pr(a)e(toriae) p. v. ... Sactie Iustine coi ui. XIV 2804 (*Gabis, saec. II*) Agusiae T. f. Priscillae sacerdoti. IX 5067 (*Interamniae*) L. Agusius Cn. f. L. n. Mussus, C. Arrenus T. f. Rufus octo. viri iterum. *cognominis locum habet* CORP. inscr. graec. (*Cephalleniae*) 1931 Οὐλπία Ἀγουσία. *Otto.*

Agustus *sim. v.* Augustus. **agyia** *v. l. 50 et cf.* agea.

Agyieus, -ī, Ἀγυιεύς, *epith. Apollinis.* HOR. carm. 4, 6, 25 doctor argutae fidicen Thaliae, Phoebe, qui Xantho lavis amne crines, Dauniae defende decus Camenae, levis Agyieu (*sic V*, agyeu *BC*, agyleu *FL*, agileu *AR* SCHOL.). *cf.* PORPH. *ad l.* agyiae viae[t] Graece dicuntur. Varro autem: quod ex responso oraculi in viis publicis urbis suae Athenienses statutis altaribus sacrificare Apollini instituerint Agyieum appellavere. *sim.* SCHOL. *ad l.* (*ubi trad.* Agieus) *et* MACR. sat. 1, 9, 6 (*ubi* Ἀγυιεὺς *et* ἀγυιάς). *cf. Wentzel, PW. I 909.* *Diehl.*

Agylla, -ae *vetus nomen oppidi Caere; cf. Hülsen, PW. I 913.* *Steph. Byz.* Ἄγυλλα πόλις Τυρρηνίας. Λυκόφρων "Ἄγυλλαν Αὐσονῖτιν εἰσεκώμασεν'. ἔστι δὲ κτίσμα τῶν ἐκ Θετταλίας Πελασγῶν, μετωνομάσθη δὲ Καῖρε. *Strabo 5, 220 Dion. Hal. ant. 1, 20. 3, 58 al.* SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 183 Flaccus primo Etruscarum: Agylla, inquit, ab Etruscis ⟨conditoribus scili⟩cet nominata est Cisra .... PLIN. nat. 3, 51 Caere ... Agylla a Pelasgis conditoribus dictum. SOL. 2, 7 Agyllan (*sic Hauniens.*, Agyllam, Acyllan, Agellan, Agillinam *sim. cett. hinc* MART. CAP. 6, 642 Agyllinam) a Pelasgis *dictam.* SERV. Aen. 8, 479 sane hanc Agyllam quidam a Pelasgo conditam dicunt, alii a Telegono, alii a Tyrrheno, Telephi filio. 8, 597 Agylla (Agilla *libri praeter Reginensem, qui* Agillina *exhibet*) civitas est Tusciae, a conditore Agella appellata (*cetera vide sub* Caere). 10, 183 Caere autem ... etiam Agylla (Agillina *Reginens.*) dicitur. ... (auct.:) hanc Pelasgi condiderunt, qui cum sitim passi nec usquam aquam invenientes, casu quodam fontem invenissent, in eodem loco oppidum condiderunt. RVT. NAM. 1, 225 iam Caeretanos demonstrat navita fines: aevo deposuit nomen Agylla vetus. **Agyllīnus** *adi. et incolarum vocabulum.* VERG. Aen. 7, 652 Agyllina ... ex urbe 8, 478 saxo incolitur fundata vetusto urbis Agyllinae sedes. 12, 281 Troes Agyllinique. SERV. Aen. 7, 652 Agyllina (Agellina *Monacens.*) ex urbe: de Caere oppido. 8, 479. 12, 281 Agyllinique: pro Etruscis; hi enim contra Mezentium auctores coniurationis fuerunt. **Agyllaeī.** *Herod. 1, 167* οἱ Ἀγυλλαῖοι. *Strabo 5, 220* ἡ πόλις αὕτη (*Caere*) ... Πυθοῖ τὸν Ἀγυλλαίων καλούμενον ἀνέθηκε θησαυρόν. *Steph. Byz.* ὁ πολίτης Ἀγυλλαῖος. Ῥιανὸς δὲ Ἀγύλλιον εἶπε χαλκόν. *al.* PS. AVR. VICT. orig. 14, 1 Mezentii regis Agyllaeorum.

Agylle *nympha lacus Trasymeni.* SIL. 5, 16 ardens puero ... — nam forma certare deis, Trasymenne, valeres — litore correptum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

stagnis demisit Agylle, flore capi iuvenum primaevo lubrica mentem nympha.

Agylleus *vir fortis a Tydeo victus.* STAT. Theb. 6, 837 Cleonaei stirpis iactator Agylleus. 6, 852 celsum procurvat Agyllea Tydeus. 6, 858. 910 (Agyllea *accus.*). 10, 249. 259 permutat Agylleus arma trucis Nomii. 10, 308. *Otto.*

Agynus *v.* Aginus.

Agyrium, -ī, *Diod.* Ἀγύριον, *Ptol.* Ἀγούριον, *nunc* S. Filippo d' Argirò, *de quo cf. Hülsen, PW. I 913.* CIC. Verr. 4, 67 Agyrium venit. 68 Agyrii (agyri *V*) *et* Agyrio (5, 50). ITIN. Anton. Aug. 93 Agurio (augurio *pars ll.*). TAB. Peut. 7, 1 Agurio. RAVENN. p. 404, 17 Agurion. Guido p. 498, 9 Augurion. *adi.* **Agyrinēnsis,** -e. CIC. Verr. 4, 120 Agyrinensis ager (121 47). 4, 67 Agyrinensis est in primis honesta civitas Siciliae (5, 17). *ibid.* de Agyrinensi populo fideli et illustri. 4, 120 legatos. 3, 25 Sosippus et Philocrates fratres sunt Agyrinenses. *incolae*: Agyrinēnsēs, -ium. CIC. Verr. 3, 156. 4, 68 *sq.* *alterum adi.* **Agyrīnus,** -a, -um *et incolae*: Agyrīnī, -ōrum. SIL. 14, 207 Agyrina (*Gronov.*, agathirna *LOV*, agathyna *F*) manus. PLIN. nat. 3, 91 stipendiarii Assorini, Aetnenses, Agyrini *eqs.*

Agyrtēs (-a), *acc.* -ēn, Ἀγύρτης, *nom. myth.* 1 *Phinei socius.* Ov. met. 5, 148 caeso genitore infamis Agyrtes. 2 *comes Diomedis.* STAT. Ach. 1, 724 tecum (*Tydide*) lituo bonus adsit Agyrtes (acyrtes *P*). 819 comitatus Agyrta Tydides aderat. 875. 3 *Thebanus*: STAT. Theb. 9, 281 induit a tergo Mycalesia cuspis Agyrten.

Agzif *i. q.* Achzib. [*Diehl.*

āh *vel* **ā** *interiectio.* GLOSS. V 435, 1 *v. infra p. 1443, 12.* PRISC. gramm. III 73, 14 in 'hoe', 'au', . . . 'oh', 'ah' terminantia interiectiones sunt. II 19, 26 *v. infra p. 1443, 25.* CARM. de alfab. 3 execrantis item dira interiectio dicor *littera a.* *de* aha, aaha, ahah *testimonia v. infra p. 1443, 25 sqq.* *in codicibus et* ah *et* a *scribitur*; ah *omnibus fere locis Terentianis traditur, plerisque Plautinis* (a: Amph. 935 Aul. 651 Cas. 633 Truc. 751). ha *pro* ah: PLAVT. Epid. 554 *et* Truc. 366 *cod. A*, Merc. 156 *cod. B.* aha *pro* ah: TER. Eun. 797 *cod. A.* vah *pro* ah: PLAVT. Bacch. 879 TER. Haut. 397 (ς). 857. *apud reliquos poetas praevalet forma* a (CATVLL. VERG. *al.*), *quam confirmant tituli* CARM. epigr. 428, 1. 569, 5. 1187, 9. *praeterea varie depravatum est* (*in* at, ac, au, *aut al.*). *lectio incertior ex. gr.*: ACC. trag. 191 LVCIL. 271 PROP. 1, 9, 30. 2, 12, 15. 4, 10, 27 Ov. ars 3, 454 epist. 8, 104. 10, 69. 12, 91 EPIST. Sapph. 208 GRATT. 64 SEN. Herc. O. 211 CALP. ecl. 1, 87 STAT. Ach. 1, 800 silv. 3, 3, 25. *vox est poetarum propria; in prosa oratione non legi nisi apud* VARR. Men. 361 (ab *codd.*) *et* CIC. rep. 1, 59 de orat. 2, 285 (*v. infra p. 1442, 10 sqq.*). *varios animi affectus exprimit, dolorem, luctum, aegritudinem, indignationem, al. laetantis interiectionem esse certis exemplis non confirmatur* (*vulgo afferunt* PLAVT. Curc. 131 Epid. 554 Persa 622 [Poen. 1075] Truc. 366 TER. Ad. 269 Haut. 397. 403. *cf. Hand, Tursell. I p. 217*).

I *in dialogo scaenico*: *cf. P. Richter, de usu particularum exclamativarum apud priscos scriptores latinos, Studemunds Studien I p. 393—407.* *sequitur enuntiatum imperativum*: PLAVT. Amph. 520 ah, noli. :: mittito modo (TER. Hec. 109). Most. 577 ah, gere morem mihi. 810 ah, cave tu illi obiectes (*cf.* Persa 316 *v. infra p. 1443, 14*). Rud. 681 ah, desine, nimis inepta es (TER. Andr. 972). Truc. 194 ah, obsecro, tace (Merc. 431 ah, nescis quid dicturus sum, tace). 751 a, mitte intro. TER. Haut. 403 ah, retine me, obsecro! Andr. 543 ah, ne me obsecra. 868 ah, ne saevi tanto opere. 872 ah, rem potius ipsam dic ac mitte male loqui. Ad. 112 ah, ausculta, ne me optundas de hac re saepius. Hec. 697 ah, redduc uxorem. *optativum*: PLAVT. Amph. 935 quaeso . . . ut semper iratus sies. :: a, propitius sit potius. Merc. 323 ah, ne (athene *codd.*) di (de *codd.*) siverint. Persa 622 noli flere. :: ah, di istam perdant. *interrogativum*: PLAVT. Cas. 633 perii et tu periisti. :: a, perii (peri *AP*)? quid ita? TER. Andr. 628 ah, idnest verum? Eun. 797 ah (aha *A*), quid agis? tace (Phorm. 216 ah, quid agis? quo abis?). Haut. 94 ah, quid (ac quod *A*) dixi? habere me? Phorm. 193 ah, sanun es? 563 ah (*om. A*), quid istuc est autem? Ad. 853 ah, pergisne? :: iam iam desino. *sequuntur enuntiata pronuntiativa et exclamativa*: PLAVT. Bacch. 73 apage a me, apage. :: ah, nimium ferus es. :: mihi sum. :: malacissandus es. equidem tibi do hanc operam. :: ah (at *CD*), nimium pretiosa es operaria (TER. Hec. 853 *cf.* Haut. 439 *et infra p. 1442, 78 sqq.*). Aul. 651 redde huc. :: quid reddam? :: a, nugas agis, certe habes. Persa 48ᵃ operam da hanc mihi fidelem. :: ah, odio me enicas (Merc. 156 ha *B*). Bacch. 707 ah, placide volo unum quidque agamus. 879 ducentis Philippis rem pepigi. :: ah (vah *codd.*), salus mea, servavisti me (*cf.* Epid. 554 Truc. 366, *utroque loco* ha *A*). Asin. 37 ah, neque hercle ego istuc dico nec dictum volo (*cf.* Cas. 366). Pseud. 1249 Truc. 525. TER. Ad. 309 ah, me miserum, vix sum compos animi (329 Haut. 857 *cf. p. 1442, 48 sqq*). Ad. 597 agis gratias? :: ah, minime (342 ah, minime gentium. *cf.* PLAVT. Bacch. 87 *ubi* aha *trad. et* Poen. 690 [ah *A*] minime gentium). 723 ohe iam! :: ah (*om. A*), nescis qui vir sit (Andr. 649 Haut. 934). Ad. 269 o mi germane! ah, vereor coram in os te laudare amplius (*cf.* CALP. ecl. 3, 34 CLAVD. rapt. Pros. 3, 132). Ad. 274 pudebat. :: ah, stultitiast istaec, non pudor. 127 ah, si pergis, abiero. Andr. 252 quid . . . dicam de patre? ah, tantamne rem tam neglegenter agere! (Eun. 208). 306 ah, quanto satiust te id dare operam. 469 iam scio: ah, vix tandem sensi stolidus. Eun. 889 ah, volet, certo scio. 758 atque ita opust. :: ah (au ς *plurimi*), metuo qualem tu me esse hominem existimes. 1009 ah, non possum satis narrare. Haut. 91 non sinam, inquam. :: ah, non aequom facis. 397 (vah ς). 439. 857 (vah *codd.*). Phorm. 325 ah, non itast. 541 scio, sed quid tum? :: ah, dictum sapienti sat est. Hec. 630. 721. Ps. TER. Andr. alt. exit. 8 ah (*om. pars codd.*), perii (*cf.* PLAVT. Cas. 633. POMPON. atell. 173, *ubi* a, peribo *pro* aperibo *Fleckeisen*). *adde*: CIC. rep. 1, 59 'a, te infelicem', inquit vilico, 'quem necassem iam verberibus, nisi iratus essem'. de orat. 2, 285 'a', inquit, '. . . non ego mihi iniquom eiero, verum omnibus. Ov. met. 6, 621 'a, quam es similis patri' dixit. *interiectio in dialogo absolute vel per ellipsin posita*: PLAVT. Curc. 131 dic isti. :: ah. :: quid est? ecquid lubet? :: lubet (*cf.* Cas. 659). TER. Eun. 381 at enim istaec in me cudetur faba. :: ah. :: flagitium facimus. :: an id flagitiumst *eqs.*? Phorm. 474 ecquid spei porrost? :: nescio. :: ah. :: nisi Phaedria haud cessavit pro te eniti. 809. Hec. 743 quid istuc est? :: meum receptas filium ad te Pamphilum. . :: ah. :: sine dicam. Haut. 938. *additur vocativus*: TER. Ad. 132 ah Micio. :: mihi sic videtur (*cf.* AFRAN. com. 264 a, fulica, paene perdidisti).

II *apud reliquos poetas*: CALV. carm. frg. 9 (*de Ione*) a virgo infelix, herbis pasceris amaris (VERG. ecl. 6, 47. 52 *de Pasiphae.* *cf.* CIC. rep. 1, 59. STAT. silv. 3, 124 felix a!). CATVLL. 64, 135 sicine . . . immemor, a, devota domum periuria portas? (*cf.* PROP. 1, 11, 5). 64, 178. 66, 85 illius, a, mala dona levis bibat irrita pulvis. VERG. ecl. 2, 15 spem gregis, a, silice in nuda conixa reliquit. 6, 77 gurgite in alto, a, timidos nautas canibus lacerasse marinis. CVLEX 239 terreor, a, . . . terreor (*sim.* SEN. Tro. 1013 semper, a, semper dolor est malignus. Med. 139 melius, a, melius. *cf.* 930. IVV. 14, 45 procul, a, procul). 373 viduos, a, lumine Phoebi. HOR. carm. 2, 17, 5 a, te meae si partem animae rapit maturior vis, quid moror? LYGD. 4, 82 a, ego ne possim tanta videre mala (SVLPICIA Tib. 3, 17, 3). TIB. 1, 10, 59 a, lapis est ferrumque. PROP. 2, 6, 31 a, gemat. 2, 7, 11 a, mea tum qualis caneret tibi tibia somnos. 2, 16, 4 a, Neptune, tibi qualia dona darem. (*cf.* 2, 21, 1 STAT. Theb. 3, 286). 4, 1, 72 non sunt, a, dextro condita fila colo (*cf.* CALP. ecl. 3, 97). 3, 24, 34. Ov. epist. 20, 236 a (at *L*), desunt voto carmina nulla tuo. met. 8, 139 mecum simul, a, mea terra recedit. fast. 4, 122 a, nolim victas hoc meminisse deas (trist. 4, 4, 40 *cf.* STAT. Theb. 2, 350). trist. 2, 77 a, ferus *est.* NVX 75 (aut *Wilamowitz*). SEN. Phoen. 524 a, triste (patris te *E*, triste *A*) conspectus datur pretium tui durumque (*cf.* STAT. silv. 5, 3, 53 me caligine maesta obruis, a, durus). STAT. Theb. 4, 247. MART. 11, 70, 5 ah facinus! (11, 91, 3). PRVD. ham. 567 ah pietas! MART. CAP. 2, 126 (ac *et* at *codd.*). CARM. epigr. 428, 1 a, male Parcarum dura de lege sororum raptus. 1157, 9 a, multis fletu renovaveris, o bona, simplex. *iuncturae frequentiores*: *accedit* miser: *cf.* TER. Ad. 309. 329. CATVLL. 63, 61 miser a miser, querendum est etiam atque etiam, anime (61, 139). 64, 71 a misera. 15, 17 a tum te miserum malique fati. VERG. georg. 4, 526 Eurydicen . . . a, miseram Eurydicen . . . vocabat. DIRAE 91 tardius, a, miserae descendite monte capellae. HOR. carm. 1, 27, 18 a, miser, quanta laborabas Charybdi! PRIAP. 2, 34 a miser miser. TIB. 1, 9, 3. 2, 1, 79 PROP. 3, 7, 61 Ov. epist. 5, 123. 11. 110. 12, 170 met. 10, 632 LVCAN. 6, 724 [7, 43 ah *V*] CALP. ecl. 5, 76 VAL. FL. 6, 498. STAT. Theb. 1, 156 quo tenditis iras, a, miseri? 4, 99. 403. 779. 7, 116. 503 a, miserae matres! 9, 357 silv. 4, 6, 8. MART. 7, 65, 3 ah, miser et demens! PRVD. cath. 3, 183 liba . . . impia corporibus, ah, miseram peperere necem. demens: VERG. ecl. 2, 60 quem fugis, a, demens? (PROP. 2, 30, 1). CIRIS 185. LYGD. 6, 27 quid precor, a, demens? Ov. Pont. 4, 3, 29 trist. 5, 10, 51. epist. 20, 72 mentior, a, demens. MART. 7, 65, 3 *supra l. 58.* VERG. ecl. 2, 69 a, Corydon, Corydon, quae te dementia cepit. (QVINT. inst. 9, 3, 28). dolor: PROP. 1, 20, 32 a, dolor! ibat Hylas. CALP. ecl. 3, 59. 4, 44 STAT. Theb. 7, 515. CARM. epigr. 569, 5 a, dolor et gemitus inlusaque vota tuorum. pereat: *cf.* PLAVT. Persa 622 ah, di istam perdant. COPA 34 a, pereat, cui sunt prisca supercilia. LYGD. 4, 62 a crudele genus nec fidum femina nomen! a pereat, didicit fallere si qua virum. PROP. 1, 6, 12. 1, 11, 30. 1, 17, 13. 2, 23, 12. 2, 33, 27. 2, 24, 15 a, peream, si me ista movent dispendia (*cf.* 3, 1, 7 ah valeat, *ubi* ha *cum cod. Florent. Bährens*). Ov. ars 2, 272 fast. 4, 240. 241. epist. 18, 105 a! potius peream (LVCAN. 7, 555. *cf.* Ov. epist. 3, 149 a! potius serves nostram . . . vitam! LVCAN. 6, 328. PERS. 3, 16 a, cur non potius . . . recusas?). pudet: [TIB. 1, 5, 42.] Ov. am. 3, 7, 19 a, pudet annorum. met. 9, 531 pudet, a, pudet edere nomen (MART. 12, 15, 9). Pont. 4, 13, 19 ars 3, 804. MART. 4, 67, 7 ah pudet ingratae, pudet ah male divitis arcae. 6, 10, 4 pudet, ah, pauca rogasse Iovem. nimium, nimis: *cf.* PLAVT. Bacch. 73. 74 TER. Hec. 853. CATVLL. 60, 5 ut supplicis vocem in novissimo casu contemptam haberes a nimis fero corde. VERG. georg. 2, 252 a, nimium ne sit mihi fertilis illa. catal. 11, 2 quis deus . . . te nobis abstulit? an quae dicunt, a, nimio pocula ducta (dura *codd.*) mero? PROP. 1, 15, 27 audax, a, nimium nostro dolitura periclo. 2, 21, 15 a, nimium faciles aurem praebere puellae (Ov. fast.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 45). Ov. am. 1, 3, 3 a, nimium volui! epist. 5, 123 a, nimium miserae vates mihi vera fuisti (*cf.* STAT. Theb. 9, 357). 11, 43. 15, 285 Pont. 1, 8, 71. ars 1, 707 a, nimiast iuveni ... fiducia formae. am. 3, 9, 4 a, nimis ex vero nunc tibi nomen erit. quotiens: PROP. 1, 18, 21 a, quotiens teneras resonant mea verba sub umbras (2, 33, 11. 3, 15, 13. 15). 1, 5, 13 a, mea contemptus quotiens ad limina curres. Ov. Pont. 1, 1, 7 a, quotiens dixi 'certe nil turpe docetis' (*eadem versus sede*: ars 1, 313. 2, 567. 3, 481 am. 2, 19, 11. 13 epist. 5, 49. 9, 79. 15, 239. 241. 16, 81 trist. 1, 3, 51. 53 met. 2, 489. 491. *alia sede* met. 15, 490). LVCAN. 5, 615. CALP. ecl. 7, 69 a, trepidi quotiens ... vidimus. VAL. FL. 1, 447. MART. 14, 115, 2 quibus addere plura dum cupit, ah, quotiens perdidit auctor opus! *iteratur*: *cf.* GLOSS. V 435, 1 a a vox dolentis est, id est vae vae (*v. Löwe, gl. nom. p. 140. cf.* CHAR. gramm. I 238, 21). PLAVT. Persa 316 ah ah abi (ahbi *P*) atque cave sis a cornu. HOR. epod. 5, 71 a a (ah ah *FL*), solutus ambulat veneficae scientioris carmine. *ter*: VVLG. Ier. 1, 6 a, a, a, domine deus, ecce nescio loqui (14, 13 Ezech. 4, 14. 20, 49). Ioel 1, 15 a a a diei, quia prope est dies domini (οἴμοι, οἴμοι, οἴμοι εἰς ἡμέραν). *per anaphoram*: VERG. ecl. 10, 47 Alpinas a! dura nives et frigora Rheni me sine sola vides. a, ne te frigora laedant! a, tibi ne teneras glacies secet aspera plantas. LYGD. 4, 61. 62. PROP. 3, 15, 13. 15 a quotiens ... a quotiens (Ov. met. 2, 489 epist. 15, 239. 241 am. 2, 19, 11. 13). Ov. met. 6, 386 'a piget, a non est' clamabat 'tibia tanti!'. MART. 4, 67, 7. 11, 91, 3 ah scelus! ah facinus!

de forma **aha** *haec* PRISC. gramm. II 19, 26 quaeritur, cur in 'vah' 'ah' post vocales ponitur aspiratio, et dicimus, quod apocopa facta est extremae vocalis, cui praeponebatur aspiratio; nam perfecta 'vaha' 'aha' sunt (*sim.* II 48, 23). *vindicanda videtur his locis* PLAVTO Bacch. 810 aha, Bellorophontem tuos me fecit filius. Poen. 319 (ah *P*). 335 (ah *P*). Trin. 649 credis posse obtegere errata? aha (ah *P*), non itast. 1060 quid si ego me te velle nolo? :: aha (ha *P*), nimium, Stasime, saeviter (*cf.* Rud. 419 Truc. 896). Truc. 889 aha, tace. Cas. 726 lepide excuratus incessisti. :: aha, hodie ⟨...⟩. *etiam* Capt. 148 (hah *vel* ha *codd.*). Trin. 681 (haa *B*, hac *CD*). TER. Andr. 825 num quid nam amplius tibi cum illa fuit, Charine? :: aha, Pamphile, nihil. *de* PLAVT. Bacch. 87 *licet dubitari. falso sic saepius trad. in* TER. *codicibus, velut* Eun. 797 ah (aha *A*), quid agis? tace. *cf. P. Richter l. l. p. 393—396. formam* **aaha** *non testantur nisi* ROMAN. Char. gramm. I 239, 2 laetantis, ut aaha. COMIN. gramm. I 238, 21 laetitiam animi significamus, ut aaha.

ahah: Ps. ASPER gramm. V 554, 16 *interiectio* conquerentis ut ahah (*sic V*, hah *Gς*). *Ihm.*

Ahab *v.* Achab. **ahahe** *v.* hahahae.

Ahala, -ae *cogn. gentis Serviliae.* Ἄλαν *acc. apud Graecos.* PLVT. Brut. 1 Σερβίλια ... ἡ μήτηρ *Bruti* ἀνέφερε τὸ γένος εἰς Ἄλαν (σάλαν *codd.*) Σερβίλιον. DIONYS. ant. 12, 4 ἐκ τούτου ... τὴν ἐπωνυμίαν τὸν Ἄλαν αὐτῷ (*C. Servilio*) τεθῆναι λέγουσιν, ὅτι τὸ ξίφος ἔχων ὑπὸ μάλης ἦλθεν ἐπὶ τὸν ἄνδρα (*Sp. Maelium*). ἄλας γὰρ καλοῦσι Ῥωμαῖοι τὰς μάλας. CIC. orat. 153 quomodo ... vester Axilla Ala (auxilia mala *cod. Abrinc.*) factus nisi fuga litterae vastioris? *cf. umbr. praenomen* Ahal; *v. Bücheler, Vmbrica p. 174. sunt in fastis: a. 276 cos.* ⟨C. Servilius ... Stru⟩ctus Ahala FAST. Capitol.; *a. 327 cos.* C. Servilius Ahala LIV. 4, 30, 12 (Achilla HYDAT. *et* CHRON. pasch.); *a. 346 trib. mil. et mag. eq.* C. Servilius P. f. Q. n. Ahala FAST. Capitol. LIV. 4, 56, 2, *idem trib. mil. 347* LIV. 4, 57, 3 Ahala (ahalala *V*) Servilius *et 352* LIV. 5, 8, 1. 5, 9, 5; *a. 365 mag. eq.* C. Servilius Ahala LIV. 6, 2, 6; *a. 389 et 392 et 412 cos.* Q. Servilius Q. f. Q. n. Ahala (Haala CHRONOGR. a. 354 *ad a. 389 et 392*, Hala *idem ad a. 412*, Achala HYDAT. *ad a. 392 et 412*, Ἄλλου chron. pasch. *ibidem*) FAST. Capitol. LIV. 7, 4, 1. 7, 38, 8, *idem dict. a. 394* LIV. 7, 11, 4, *interrex 398* LIV. 7, 17, 11, *mag. eq. 403* LIV. 7, 22, 11. *a. 335 trib. mil.* C. Servilius Q. f. C. n. Axilla Structus (*idem trib. pleb. 335. 337, mag. eq. 336*) FAST. Capitol. *notissimus mag. eq. a. 315, qui Sp. Maelium interfecit* LIV. 4, 13, 14 C. Servilium Ahalam. 4, 14, 6 Ahala Servilius. 4, 21, 3 Servili Ahalae. *cf.* 4, 46, 11 Ahalam Servilium. CIC. Catil. 1, 3 C. Servilius Ahala Spurium Maelium novis rebus studenten manu sua occidit. Sest. 143 imitemur nostros Brutos Camillos Ahalas Decios. dom. 86 (ac alii *G*, achai *MV*). Mil. 8 Ahala ille Servilius (*locum afferunt* QVINT. inst. 5, 11, 16 IVL. VICT. rhet. 3, 8 p. 381, 28 *ubi* Haala *cod.*). 83. rep. 1, 6 vel exilium Camilli vel offensio commemoratur Ahalae (a. halae *una litt. erasa palimpsest.*). p. red. in sen. 56. Phil. 2, 26 quorum uterque L. Bruti imaginem quotidie videret, alter etiam Ahalae. 2, 27 duos Servilios, Cascas dicam an Ahalas (-am *Vat.*). Att. 2, 3 Ahalam Servilium aliquem aut Brutum opus esse reperiri (LIV. 6, 19, 2). 13, 40, 1 φιλοτέχνημα illud tuum, quod vidi in Parthenone, Ahalam et Brutum. VAL. MAX. 5, 3, 2 QVINT. inst. 5, 13, 24 *bis.* FLOR. 1, 26, 7 VIR. ill. 17, 5. *V.*

Ahalāb, אַחְלָב, Δαλάφ. *nom. oppidi Palaestinae* VVLG. iud. 1, 31 (*cod. Amiat.* Alab, ITALA [Lugd.] Madalab). HIER. nom. hebr. p. 31, 12 Alab lac vel lactea.

Ahālāc, הֶחָלָק, Χελχά. *nom. montis Palaestinae.* HIER. sit et nom. p. 90, 16 Ahalac mons, quem Aquila interpretatur dividentem montem et Symmachus levem montem, id est limpidum sive lubricum. nom. hebr. p. 23, 25 Alac pars mea sive lubricum. ITALA Ios. 11, 16 (Lugd.) Achel. 12, 7 (Lugd.) Chelga (= VVLG. Ios. 11, 17 partem montis. 12, 7 montem, cuius pars).

Ahara *v.* Ahiram.

Aharchēl, אֲחַרְחֵל, Ῥηχάβ. *nom. vir. hebr.* VVLG. 1 par. 4, 8 cognationem Aharchel (*cod. Amiat.* Aral.).

Ahares, הַחֶרֶס, Ἀσεδέκ. *nom. urbis Aegypti.* HIER. sit. et nom. p. 98, 30 Asedech. ... in hebraeo pro hoc nomine scriptum ... Ahares, quod a siccitate quidam interpretantur solem et alii in testam transferunt, volentes vel Heliopolim vel Ostracinen (VVLG. Is. 19, 18 *vertit* civitas solis).

Aharna *v.* Arna.

Ahasthārī, אֲחַשְׁתָּרִי, Ἀασθήρ. *nom. filii Assur.* VVLG. I par. 4, 6.

Ahavā, *indecl.*, אַהֲוָא, Ἀουέ, Εὐί. *nom. fluvii provinciae Babylonis.* VVLG. I Esdr. 8, 15 ad fluvium, qui decurrit ad Ahava (*cod. Amiat.* Havva). 8, 21 iuxta fluvium Ahava (*cod. Amiat.* Ahavva). 8, 31 a flumine Ahava.

Āhāz, אָחָז, Ἀχάζ. *nom. vir. hebr.* VVLG. I par. 8, 35. 36. 9, 42.

Ahazi, *indecl.*, אַחְזַי, *deest in graeco. nom. vir. hebr.* VVLG. II Esdr. 11, 13 Azreel, filius Ahazi (Aasi *cod. Amiat.*).

Āheberīm, הָעִבְרִים. *forma hebraica, quam vertunt* Graeci τῶν Ἑβραίων, VVLG. exod. 2, 6 Hebraeorum. HIER. nom. hebr. p. 12, 7 Aheberim Hebraeorum vel transeuntium. *Plenkers.*

1 *non additur obiectum*: NAEV. com. 125 *v. p. 1452, 56.* PLAVT. Mil. 976 an venit Ephesum ...? :: aiunt qui sciunt. Most. 975 ain ... amicam destinatam? :: aio. :: ... emisisse? :: aio. :: ... perpotasse ...? :: aio. :: quid? is ... emit ...? :: non aio. :: ... dedit ...? :: neque istud aio. Rud. 1331 eloquere, quantum postules. :: ... talentum magnum. non potest triobolum hinc abesse. proin tu vel aias vel neges. TER. Andr. 321 hodie uxorem ducis? :: aiunt (DON. *cf. supra l. 45*). Eun. 252 negat quis, nego; ait, aio; ... imperavi ... mihi omnia adsentari. 714 modo ait, modo negat. CIC. Rab. Post. 35 'creditur nunc ... quia nunc aiunt, quod tunc negabant'. quid ergo? ista condicio est testium, ut quibus creditum non sit negantibus, isdem credatur aientibus (dicentibus *codd.*). off. 3, 91 Diogenes ait, Antipater negat; cui potius assentior? div. 2, 69 *v. sub* Aius. ac. 2, 97 *v. sub 5.* HOR. sat. 2, 1, 6 ne faciam, inquis, omnino versus? 'aio'. *nota structuram*: CIC. epist. 2, 10, 2 velles enim, ais, tantum modo ut haberem negotii, quod esset ... satis. *addito adverbio* (ita, ut *al.*): PLAVT. Capt. 676 illum esse servom credidi, te liberum: ita vosmet aiebatis. Mil. 66 itane aibant tandem? (60 dixerunt. 61 *et* 63 inquit ... inquit). TER. Haut. 852 Clitiphonis est amica, ita aiunt. Phorm. 700 ducendast uxor, ut ais. Hec. 357 *febris* cottidiana? :: ita aiunt (Ad. 930). CIC. Quinct. 79 dic, Naevi, diem. 'ante d. V Kal. intercalares'. bene ais. 38 tibi, ut ais, ... debuit (Verr. 4, 71 *al.*). Catil. 2, 14 se Massiliam, ut aiunt, ... conferet (*sic* ut aiunt *passim de auctoribus rumoris sim. non certis*: Brut. 328 *al.* HOR. epist. 1, 6, 40 *al.* PROP. 2, 32, 57 PHAEDR. 4, 22, 8 SEN. dial. 5, 8, 6 *al.* MELA 1, 58 *al.* PETRON. 92 ut aiebant. PLIN. nat. 20, 134 SVET. Tib. 62 TERT. anim. 44 *al.* *nota*: VARRO ling. 7, 46 'catus' ... non, ut aiunt, 'sapiens', sed acutus; *de proverbiis v. sub 6*). CIC. Flacc. 10 quod, ut ipse aiebat, libertus erat ... condemnatus. de orat. 1, 38 praeclara gubernatrice, ut ais, civitatum, eloquentia. orat. 105. fin. 4, 53 omnia inter se apta et conexa (sic enim aiebas) *eqs.* 2, 22 ut ais tu. Att. 9, 6, 2 Domitius, ut audio, in Cosano et quidem, ut aiunt, paratus ad navigandum. SALL. or. Lep. 16 ego seditiosus, uti Sulla ait. VERG. Aen. 1, 142 sic ait (*in capite hexametri.* 1, 464 *al.* PROP. 1, 3, 34 *al.* VAL. FL. 1, 194 *al.* SIL. 4, 540 *al.* STAT. silv. 2, 3, 53 *al.* CLAVD. 1, 263 *al.* MART. CAP. 7, 802). HOR. sat. 2, 8, 7 aper leni fuit austro captus, ut aiebat cenae pater. LIV. 40, 12, 13 tuo etiam, ut ait, iudicio. SEN. contr. 1, 2, 17. 10, 1, 1 *al.* suas. 6, 16 Livius ... retractationis consilium habuisse Ciceronem non dicit, ut neget tempus habuisse; ita enim ait. SEN. epist. 86, 18 negat quicquam esse hac, ut ait, pisatione efficacius. COLVM. 8, 13, 2 ut existimat verissime Celsus, qui sic ait. MART. 12, 85, 2 si, sicut ais, ... verum est. QVINT. inst. 6, 3, 105 Catonis, ut ait, opinionem secutus. PLIN. epist. 4, 17, 11 *al.* SVET. Aug. 86 Tib. 19 *al.* APVL. met. 6, 25 ad sarcinas, ut aiebant, proficisci gestiunt. 6, 26 *al.* TERT. nat. 1, 9 ut unus atque alius vanissimus ait. AMM. 24, 1, 10. 25, 4, 19 *al.* AVG. civ. 6, 8 p. 260 physiologicas quasdam, ut aiunt, ... interpretationes. *frequentissimae sunt iuncturae*: 'ut ait *aliquis auctor*' 'ut *aliquis auctor* ait', *cum aut verba scriptoris aut certe sententiae eius afferuntur*: AFRAN. com. 6 haut facul, ut ait Pacuvius, femina invenietur bona. TVRPIL. com. 144 ut quisque ... contentus fuit, ita fortunatam vitam vixit ..., ut philosophi aiunt *eqs.* VARRO Men. 59 unum libellum non edolem, ut ait Ennius? 40 ut Plautus ait. ling. 5, 55 *al.* 5, 154 ad Murciae vocatur, ut Procilius aiebat, ab urceis (*de imperfecto cf.* 6, 30 rust. 3, 6, 6. 3, 17, 8). 6, 6 rust. 1, 7, 6. CIC. Mur. 30 ut ait ingeniosus poeta ..., proeliis promulgatis pellitur. (Scaur. 3 *al.*) de orat. 1, 225 in quibus (*miseriis*), ut illi (*Stoici*) aiunt, vir fortis esse non potest. 2, 39. 40 Brut. 274. 299 orat. 39 top. 10 Lael. 93. rep. 1, 64 sicut ait Ennius. ac. 2, 32 *al.* Tusc. 1, 31 'serit arbores, quae ... prosint', ut ait ⟨ille⟩ in Synephebis. Att. 1, 20, 3 *al.* NEP. Them. 1, 4. LIV. 30, 26, 9 nihil certius est quam unum hominem nobis cunctando rem restituisse, sicut Ennius ait. PAVL. FEST. p. 22, 11 FEST. p. 164, 21 *al. passim.* SEN. suas. 2, 17 cognomen vel, ut Messala ait, cognomentum. VAL. MAX. 8, 13 ext. 3 ut ait Aristoxenus musicus. SEN. dial. 3, 19, 7 ut Plato ait. 4, 15, 5 ut ait poeta. 4, 36, 1. 9, 2, 14 *al.* benef. 4, 36, 2 quemadmodum Maecenas ait. COLVM. 1, 1, 1. 3, 1, 1. 4, 10, 1 *al.* PETRON. 3 PLIN. nat. praef. 17 *al.* QVINT. inst. 1, 5, 72 *al.* TAC. dial. 35 PLIN. epist. 4, 7, 6 *al.* FRONTO p. 13, 2 N. *al.* CHAR. gramm. I 114, 1 *et passim.* DIOM. gramm. I 416, 18 *al. similia saepe ap.* GRAMM. POMP. dig. 4, 8, 40 quem ad modum Servius ait. PAVL. dig. 6, 1, 7 sicut Pedius ait. VLP. dig. 39, 3, 1 pr. ut Tubero ait. *talia passim de auctoribus iuris ap.* ICTOS. APVL. apol. 6 *al.* TERT. spect. 13 ut apostolus ait. SOL. 2, 42 *al.* LACT. inst. 1, 11, 6 *al.* 3, 14, 1 invenerit tamquam 'tibias ad fontem', ut poetae aiunt. FILASTR. 80, 5 *al.* AMM. 14, 2, 2 *al.* VEG. mil. 1, 13 HYG. astr. 2, 1 p. 30, 15 *al.* AVG. civ. 2, 7 p. 61 *al.* 10, 19 p. 433 ut ait Porphyrius et nonnulli putant. 16, 6 p. 133 SVLP. SEV. dial. 1, 3, 3 BOETH. arithm. 2, 1 p. 77, 13 (*v. adnot. crit.*). 2, 2 p. 80, 5 *al.*

2 *obiectum est neutrum pronominis vel adiectivi, substantivum, sim.* (quid ais? *vide p. 1455, 5*: PLAVT. Asin. 884 audin quid ait? (Capt. 592 Pers. 655 *al.* TER. Eun. 1037). Aul. 323 quid tu ais? :: sic sum, ut vides. Bacch. 982 quid ait? :: verbum nullum fecit. Capt. 990. Most. 367 quis id ait? (Trin. 1179). 1087 dixi ego istuc idem illi. :: quid ait? :: servos pollicitust dare. Pers. 322. Poen. 996 *Hanno punice loquitur.* :: quid ait? :: Hannonem se esse ait (1010 *al.*). 1024 cave sis feceris, quod hic te orat. :: quid ait aut quid orat? Pseud. 1080 (*vers. interpol.*) quid ait? quid narrat? quaeso, quid dixit tibi? TER. Andr. 859 quid ait tandem? :: ... se scire (Phorm. 799). 950 nisi quid pater ait aliud. Haut. 303. Eun. 810 idem hoc tu ais? Ad. 656 quid aiunt? :: quid illas censes? nihil. *nota dativum ethicum*: Ad. 276 quid ait tandem nobis Sannio? DON. *ad h. l.* 'nobis' τῷ ἰδιωτισμῷ additum est, non enim nobis intellegendum est. CIC. Verr. 2, 117 quid ait? se ... daturum. *simil. saepius.* 4, 41 id quod ais adsecutus es. ac. 2, 104 ut neque neget aliquid neque aiat (fin. 2, 70). nat. 3, 44. Att. 7, 3, 5 illud ipsum quod ais 'quid fiet'. 10, 16, 3. 15, 29, 2. VERG. georg. 4, 415 haec ait (*in capite hexametri, verbis ipsis praecedentibus. cf.* Aen. 1, 297 *al.* Ov. met. 11, 658 SEN. apoc. 4 LVCAN. 1, 695 VAL. FL. 1, 651 *al.* SIL. 1, 55 *al.* HOMER. 55 *al.* STAT. Theb. 2, 704 ANTH. 475, 1. PERS. 5, 163 ait haec). HOR. epist. 1, 18, 28 ait prope vera: 'meae *eqs.*'. SEN. contr. 2, 3, 19 aiebat rem verissimam: non posse ... venire (9, 5, 17). SEN. dial. 3, 15, 3 inde est, quod Socrates servo ait. AVR. Fronto p. 10, 23 N. quid, quom ... laudat, quid ait? APVL. met. 5, 26 nomen, quo tu censeris, aiebat. AMM. 21, 16, 16 *spadonibus*, quid ille aiat aut neget, ut adsentiri possint, observantibus. HIER. epist. 42, 2. VVLG. Is. 8, 11 haec ... ait dominus ad me ... dicens: *eqs.* Zach. 6, 12 *al.* Ioh. 11, 11 haec ait et post haec dixit eis. Luc. 15, 3 et ait ad illos parabolam istam. AVG. civ. 1, 12 p. 22. *al.* MART. CAP. 3, 310 qui ... quinque *modos* dicunt, hos aiunt. CARM. epigr. 359 (*Pompeis*) nil ais (agis?), cunil(ing)us. *de auctoribus*: VARRO ling. 5, 60 recte igitur, Pacuius quod ait: *seq. verba.* 5, 181 hoc est, quod ait Plautus *eqs.* 6, 81. CIC. orat. 228 compositionem ... adhibere necesse est ..., non solum, quod ait (*nota singularem*) Aristoteles et Theophrastus, ne infinite feratur ... oratio. fin. 4, 72 quid ait Aristoteles? div. 1, 62 Carneades ... modo hoc, modo illud ait; ille, quod sentit. SEN. contr. 1 praef. 9 ille ... vir (*Cato*) quid ait? 'orator est ...' (suas. 1, 12 Vergilius quid ait?). COLVM. 1, 8, 7 villicus ..., quod ait Cato, ambulator esse non debet. 3, 2, 30 *al.* 10 pr. 4 quod aiunt Graeci. 11, 3, 1. FRONTO p. 19, 15 N. verum est ..., quod ait noster Laberius, ... esse. PAVL. dig. 42, 5, 6, 2 et hoc Iulianus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ait. POMP. dig. 50, 16, 245 idem Labeo. 47, 9, 3, 7 *al.* GELL. 1, 3, 19 priusquam Theognis, quod (quam *al.*; ut *vg.*). Lucilius ait, nasceretur LACT. inst. 6, 12, 5 praecipua . . virtus hospitalitas, quod philosophi quoque aiunt. FILASTR. 70, 1 non intellegentes, quod ait apostolus.

iunctura: quid ais? *notanda propter varias significationes. aut enim simplex est interrogatio eius, qui non intellexit verba alterius*: PLAVT. Pers. 845 heus vos. :: quid ais? :: hicin Dordalus est? CIC. Verr. 4, 106 quid ais? dic, dic, quaeso, clarius. *cf.* QVINT. decl. 320 p. 256. *aut est magis exclamatio mirantis, quae quis dixit, tamquam non satis intellegentis*: PLAVT. Most. 959 numquam hic . . . desitum est potarier. :: quid ais? :: . . . est haud intermissum hic esse et bibi. *sim.* 1034 TER. Andr. 137. 588. 872. 933 Haut. 182. 702 Eun. 654 *al.* (*nota* 748 quid ais? :: id quod res est) Phorm. 873 *al.* Ad. 570 CIC. Att. 2, 12, 2. 8, 33, 4. *saepissime vero haec interrogatio animum audientis ad alteram advertit interrogationem, intentius nempe flagitans, ut huic respondeatur*: PLAVT. Amph. 364 quis erus est . . . tibi? :: Amphitruo, qui *eqs.* :: quid ais? quid nomen tibi est? 418 sed quid ais? quid . . . datum est? 620 sed quid ais? num obdormivisti dudum? :: nusquam gentium. 848 quid ais? responde mihi, quid, si adduco . . . Naucratem? Asin. 104 quid ais tu, Demaenete? quid, si . . . devenero, tun redimes me? 521 quid ais tu . . .? quotiens te votui . . . contui? 899 quid ais, pater? ecquid matrem amas? Aul. 719 quid ais tu? (tibi credere certum est . . .) hem, nemo habet horum *aulam*? Bacch. 78 sed quid ais? :: quid est? :: quid, si...eveniat...cena..., ubi...accumbam? (*cf.* Most. 615 Poen. 990 *al.* Trin. 892 Truc. 129 *al.*). *nota* Bacch. 600 ego istaec...dicam illi.... :: quid ais tu? :: ego istuc illi dicam. :: dic mihi, quis tu es? (*sim. haec, in quibus is qui interrogatur alteram interrogationem responso occupat*: Capt. 627 quid tu ais? :: me tuom esse servom . . . . :: haud istuc rogo. fuistin liber? Men. 162 sed quid ais? :: egone? id enim, quod tu vis, id aio atque id nego. :: ecquid . . . possis . . .? 602 quid ais? :: viro me malo male nuptam. :: satin audis, quae illic loquitur? 648 sed tu quid ais? :: palla, inquam, periit domo. :: quis eam surrupuit? 823. 914 Merc. 390. 455 quid ais? :: communis mihi illa est . . . . :: prius respondes quam rogo *eqs.*. . . quid? . . . nolet?). PLAVT. Capt. 289. 577. 613 Cas. 97 *al.* Curc. 190 Epid. 17. 29 sed quid ais? :: quid rogas? :: ubi arma sunt? Men. 319. 487. 823. 914 Merc. 390. 492. 516. 517 *al.* Mil. 627 Most. 183 *al.* Pers. 221 *al.* Poen. 313 eho tu, quid ais? :: quid rogas? :: viden tu? . . . oculi . . . splendent mihi. *nota* 335 quid tu ais? :: quid mihi molestu's? *eqs.* (342) quid ais tu? quando . . . mecum caput et corpus copulas? (*cf. Ussing ad h. l.*). 352 *al.* Pseud. 351 *al.* 479 sed quid ais? quid hoc, quod te rogo? :: si quid vis, roga . . . . :: . . . quid ais? ecquam scis filium tibicinam . . . amare? (Trin. 930) Rud. 981. 1072. 1112 Trin. 196. 641 *al.* TER. Andr. 184 quid ais? :: qua de re? :: rogas? meum gnatum rumor est amare . . . hocine agis an non? 301 *al.* 665 factum hoc est, Dave? :: factum. :: hem, quid ais, scelus? at tibi di dignum factis exitium duint! eho, dic mi, si . . . vellent, . . . darent? Eun. 474 Hec. 138. CIC. S. Rosc. 43 quid ais, Eruci? . . . tradiderat? 80 Q. Rosc. 17 Verr. 4, 40 *al.* off. 3, 52 *al.* Att. 2, 8, 1 quid ais? inquam, nihilne a Pomponio? 4, 8ᵇ, 1 *al.* epist. 2, 13, 3 SEN. epist. 90, 8 QVINT. decl. 252 p. 32. 388 p. 435 CARM. frg. Mar. Victorin. gramm. VI 79, 18. *nota inversionem*: TER. Eun. 334 eho, nonne hoc monstri similest? quid ais? :: maxume. CIC. Q. Rosc. 16 pecuniam petis . . . a Roscio. quam? . . . quae ex societate debeatur? quid ais? *interrogatio, quae sequi debebat, aut in alio enuntiato latet aut ab altera persona intercipitur*: PLAVT. Asin. 371 quid ais? :: quid vis? :: pugno malam si tibi percussero . . ., caveto, ne suscenseas. Bacch. 1155 quid ais tu, homo? :: quid me vis? :: pudet me dicere . . .: nihili sum. Men. 1095 quid ais tu? Menaechmum, opinor, te vocari dixeras. :: ita vero. Merc. 448 quid ais? :: quid est? :: non ego illam mancupio accepi . . . non potes tu lege vendere illam. *nota*: Merc. 563 quid ais, Demipho? :: est mulier domi? :: quid censes? :: quid, si visam? :: quid properas? :: quid faciam? *eqs.* (*cf.* Rud. 419 Stich. 596. 615). Mil. 358 quid ais tu, Sceledre? :: hanc rem gero. habeo auris. loquere quidvis. :: credo . . . tibi esse eundum (*sim.* Pers. 561). Stich. 753 quid ais? :: quid est? :: . . . numquam . . . fiet hodie, haec quin saltet. *cf.* SEN. contr. 1, 7, 6.

3 *pro obiecto sunt verba ipsa, quae ab aliqua persona proferuntur* (*sive ore dicta sive scripta*): A *singula verba*: PLAVT. Aul. 137 quis ea est nam optuma? :: tu. :: 'tu'ne ais? :: si negas, nego. Capt. 480 quis ait 'hoc' (*adv.; sc. 'eamus'*)? CIC. orat. 155 pro deum . . . 'deorum' aiunt. PAVL. FEST. 152 'meritavere' idem Cato ait pro meruere. FEST. 294, 4 *Plautus* in Nervolaria vinum ait 'sublestissimum'. VLP. dig. 47, 9, 3, 6 'eiecta' hoc est, quod Graeci aiunt 'ἐξεβράσθη'. TERT. anim. 14 principali, quod aiunt 'hegemonicon'. ARNOB. nat. 3, 40. AVG. civ. 9, 13 p. 385 qui . . . ait 'animo passiva', etiam 'misera' dixisset, nisi. 13, 24 p. 595 non ait Graecus πνεῦμα . . ., sed πνοήν. B *plenae sententiae*: ait *antecedit*: TER. Haut. 221 nunc ait: 'periclum ex aliis facito . . .' — astutus. 719. QVADRIG. hist. 57 tum consul ait: 'quid postea?' VARRO ling. 5, 59 Epicharmus, ⟨cum⟩ dicit de mente humana, ait: 'istic . . .'. 6, 50 *al.* 7, 60 *Plautus* in Curculione ait: 'sed *eqs.*' CIC. Q. Rosc. 22 HS IↃↃↃ Q. Roscius fraudavit Fannium. qua de causa? subridet Saturius . . .; ait: propter ipsa HS IↃↃↃ. Tusc. 2, 20 ait ille: 'o multa dictu gravia *eqs.*' off. 2, 56. 3, 105 Att. 7, 9, 4 BELL. Afr. 16, 3. VERG. Aen. 1, 595 tum sic reginam adloquitur cunctisque repente inprovisus ait: 'coram . . . adsum'. 8, 185. 9, 182 *cum interrogatione*. PROP. 4, 6, 37 *al.* OV. am. 3, 1, 20 *al.* met. 1, 222 *al.* 4, 695 sic hospes ait. 7, 91 lacrimis ait illa profusis. OV. met. 10, 17 *de cantu Orphei*: pulsis . . . ad carmina nervis sic ait: 'O positi sub terra numina mundi'. 10, 559 sic ait ac mediis interserit oscula verbis. LIV. 1, 24, 4 'sagmina' inquit 'te, rex, posco'. rex ait: 'puram tollito'. PAVL. FEST. p. 18, 16 unde Afranius ait. p. 35, 14 *al.* SEN. contr. 1 praef. 22 *Marullus* cum diceret: '. . .', aiebat Latro: 'non . . .'. 1, 1, 1 *al.* 2, 1, 36 cum . . . responderet (*cf. infra l. 29*), ait. *nota*: 7, 7, 11 ut captus est dux, 'aiebamus' inquit: ''non potest hoc sine proditione fieri'' (*cf.* 7, 7, 13). PHAEDR. 4, 3, 3. SEN. Herc. f. 582 mortis ait 'vincimur' arbiter. dial. 7, 21, 1 *al.* apoc. 3 *al.* nat. 6, 12, 1 Archelaus . . . ait ita. LVCAN. 1, 195 (*in capite hexam.*) mox ait. 3, 559 *al.* PETRON. 48 cum dixisset Agamemnon 'pauper et dives inimici erant', ait Trimalchio: 'quid est pauper?' 50. VAL. FL. 1, 164 SIL. 13, 744. *nota*: STAT. Theb. 5, 669 quos inter Adrastus mitius et sociae veritus commercia vittae Amphiaraus ait. MART. 4, 67, 5 *al.* QVINT. decl. 330 p. 298 *al.* PLIN. epist. 4, 11, 12 FRONTO p. 12, 17 N. GAIVS dig. 50, 16, 236 praef. admonet nos Homerus; nam sic ait. VLP. dig. 2, 2, 3, 5 quod ait praetor: 'ut is eodem iure utatur', an . . . transmittatur? (43, 6, 1, 2). 2, 4, 4, 1 praetor ait: *sequuntur verba edicti*. 2, 14, 7, 7 ait praetor. 43, 17, 1, 9 quod ait praetor in edicto: '. . .', hoc eo pertinet. 5, 3, 20, 7 ait senatus. 17, 2, 52, 6 Papinianus . . . libro tertio responsorum ait. 21, 1, 1, 1 aiunt aediles (*cf. sub 5*). APVL. met. 11, 24 verba devorans aio. PS. APVL. herm. p. 266 Oud. *propositio* condicionalis . . ., ut si aias. TERT. idol. 20 *al.* SPART. Hadr. 15, 13 CAPITOL. Aur. 28, 5 LACT. inst. 1, 16, 12 *al.* 1, 6, 16 Sibylla . . . cum . . . diceret, sic ait. IVVENC. 4, 323 (*in capite hex.*) aiunt discipuli. FIRM. err. 28, 7 spiritus sanctus . . . ait per Esaiam. ITIN. Silv. 15, 1 *al.* OPTAT. 1, 1 p. 3 *al.* *nota*: FILASTR. 82, 4 ait ita: 'baptisma' inquit 'habeo'. PRISCILL. tract. 1, 3 *al.* 1, 4 sicut Iohannes ait (1, 7 loquens ait). AMM. 30, 4, 10 ut Tullius adseverat. ait enim. VEG. mil. 1, 4 sicut ait Sallustius. HYG. astr. 2, 4 p. 35, 10 itaque Eratosthenes ait (4, 3 p. 103, 15). HIER. epist. 48, 7 *al.* VVLG. gen. 1, 11 et ait: germinet terra. 3, 10 qui ait. *simil. passim.* deut. 1, 34 dominus . . . iuravit et ait. Ios. 10, 18 praecepit sociis et ait. 24, 16 responditque populus et ait. *simil. saepius. nota imperfectum*: VVLG. I reg. 17, 10 aiebat Philistaeus (*cf.* Marc. 5, 30. 9, 23). Ezech. 9, 8 clamans aio: heu, heu, heu, domine deus. 33, 24 loquentes aiunt (Dan. 2, 47 *al.*). AVG. civ. 1, 10 p. 17 *al.* 2, 18 p. 74 subiecit . . . Sallustius et ait (*cf.* 3, 16 p. 120 *al.*). 8, 26 p. 363 quo modo iste Aegyptius . . . ait inter cetera. 9, 20 p. 395 apostolus . . . spiritu sancto locutus ait. 14, 22 p. 46 respondit atque ait. 15, 6 p. 66 adiecit atque ait. 17, 10 p. 229 adiunxit atque ait. *sim. saepius.* 21, 26 p. 544 de hac re . . . loquens ait. FAVST. REI. grat. 1, 8 p. 24, 19 interrogas et ais. HIST. Apoll. 2 *et passim.* rec. 37 mulier . . . contremuit et ait 'miserere' et dixit '. . . confiteor'. CORP. V 5870, 11 qui tibi sic ait: 'o miser . . .'. ait *orationi inseritur vel postponitur*: VARRO Hyg. fab. 221 'optumus est' Cleobulus ait 'modus'. CIC. de orat. 2, 302 occidit. adversariumne? immo vero, aiunt, se et eum, quem defendit. Brut. 71. orat. 36 Ennio delector, ait quispiam, quod . . . . Pacuvio, inquit alius. fin. 4, 73 quid enim? aiebat, bonum negas esse divitias? (nat. deor. 3, 44). Att. 7, 8, 5. VERG. georg. 4, 359 'fas illi limina divom tangere' ait. 4, 381 Aen. 1, 438. 2, 155. 3, 480 *al.* (*saepe*). *nota*: VERG. Aen. 3, 543 et pater Anchises (539): 'bellum...portas;...sed tamen...spes...pacis' ait (*sim.* 9, 219 *al.*). 5, 551 (547 fatur). 6, 317. 11, 24 'ite' ait 'egregias . . .' (*post decem demum versus orationis rectae; itaque* SERV.: vitiose in media oratione 'ait' positum critici notant. *cf.* SERV. *ad* 3, 480). HOR. sat. 1, 1, 5. 1, 1, 59 *al.* 2, 6, 116 'haud mihi vita est opus hac' ait et 'valeas'. TIB. 1, 8, 55 OV. epist. 6, 29. 11, 59 'vive, soror, soror o carissima' aisti, 'vive'. 15, 84 *al.* met. 1, 278 *al.* 3, 10 'bos tibi' Phoebus ait '. . . occurret'. 3, 636 'Naxon' ait Liber 'cursus advertite'. 2, 596 talia dicenti 'tibi' ait 'revocamina' corvus 'sint . . . ista' (818). 12, 228 'quae te vecordia' Theseus 'Euryte pulsat?' ait. 6, 281 bracchia tollens '. . . pascere' ait 'satiaque meo tua pectora luctu [corque ferum satia' dixit 'per funera septem': *versum del. edd.*]. *cum interrogatione*: 7, 795 'iaculo quod crimen in ipso est?' Phocus ait. *al.* fast. 4, 363. LIV. 1, 26, 10 senex . . . 'huncine' aiebat, 'quem . . . vidistis . . .' (7, 26, 7). 32, 32, 15 'istuc quidem' ait Romanus 'par . . . est'. SEN. contr. 1, 7, 3. 2, 3, 12 'quid ergo?' aiebat. 'numquam utar . . .?' VAL. MAX. 1, 1 ext. 3 *al.* PHAEDR. 1, 1, 10 *al.* SEN. Oed. 571 *al.* CVRT. 7, 2, 6 LVCAN. 1, 225 *al.* 9, 979 'Herceas' monstrator ait 'non respicis aras?' PETRON. 14 *al.* VAL. FL. 1, 175 *al.* 3, 377 'dicam' ait 'ac . . . docebo' Mopsus. 5, 129 'pugnas' ait 'et victricia' ductor 'Herculis arma . . . memorate . . .'. SIL. 1, 509 *al.* 9, 536 excipit hic Iuno longique laboris ab ira: 'immo' ait, 'ut *eqs.*' STAT. silv. 1, 2, 65 *al.* Theb. 1, 559 *al.* MART. 1, 42, 3 *al.* 1, 117, 18 'tanti non es' ais? sapis, Luperce. IVV. 2, 22 *al.* TAC. ann. 15, 67 PLIN. epist. 5, 1, 5 SVET. Aug. 71 *al.* (*cf. Ritschl, opusc. III p. 243*) AVR. Fronto p. 71, 6 N. CHAR. gramm. I 125, 10 cum cognomen erit, hoc . . . dicemus, ait Plinius. APVL. met. 1, 13. 19 caseum . . . ei porrigo et '. . . residamus' aio. 2, 12 ad haec ego subiciens 'sunt'

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aio *eqs.* 3, 8 'per ... ius humanitatis' aiunt 'miseremini'. TERT. idol. 4 *al.* AVIEN. Arat. 326 'parcite ...' lacrimis aiebat obortis. AMM. 21, 6, 2 *al.* HIER. epist. 1, 7. 48, 4 *al.* VVLG. 16, 6 *et saepe* (*at multo saepius orationem praecedit*). Is. 66, 9 'si ... ero' ait dominus (*sic saepissime in prophetis; nota* Ezech. 13, 6). CLAVD. 10, 111. AVG. civ. 21, 18 p. 522 neque enim credendum est, aiunt, ... amissuros. MART. CAP. 1, 36 *al.*

4 *obi. est enuntiatum secundarium* A *relativum vel finale, sim.*: PLAVT. Rud. 427 nunc, quam ob rem huc sum missa, amabo, vel tu mi aias vel neges. CIC. Rab. Post. *v. p. 1453, 59.* SEN. contr. 9, 2, 2 paratus erat accusator cum commentariis, aiebat, si quid (quidsi *codd.*, quidquid *Gron.*) meretrix desiderarat (-rit *codd.*). GELL. 16, 2, 1 ne amplius quid dicas (*in dialectica*), quam id solum, quod es rogatus, aut aias aut neges (*cf. ibid.* 5 sive aias seu neges). *nota* VLP. dig. 13, 4, 2, 3 si quis ita stipulatur 'Ephesi et Capuae', hoc ait (*i. verbis suis effici vult; aliter p. 1458, 62*), ut Ephesi partem et Capuae partem petat. B *pro obiecto est acc. c. inf.* (*acc. interdum omissus*): ENN. ann. 181 aio te, Aeacida, Romanos vincere posse. PLAVT. Amph. 383 Amphitruonis te esse aiebas Sosiam. 387. 759 tun me heri advenisse dicis? :: tun te abiisse hodie hinc negas? :: nego enim vero, et me advenire nunc primum aio ad te domum. 807. Bacch. 472 unde eam esse aiunt? (*sic* aiunt *passim sine certo subiecto; cf. infra et p. 1458, 31*). Capt. 365. 571 (*syn.* inquam. *opp.* nego). 567. 586 *al.* Cas. 601 *al.* Curc. 504. 679 Epid. 508 *et passim. nota ellipsim*: PLAVT. Truc. 757 unum aiebas (*sc. te dicturum*), tria iam dixti verba. PACVV. trag. 227 cedo, quorsum itiner tetinisse aiunt? CAECIL. com. 89. TER. Andr. 124 quae sit, rogo; sororem esse aiunt. 353 ait tibi uxorem dare (*cf.* DON. *ad h. l.*). Eun. 139 ait, si ... habeat ..., (141) ... velle. 585 Iovem quo pacto Danaae misisse aiunt ... imbrem. *al. saepe.* LVCIL. 187 CATO Gell. 6 (7), 3, 50. 13, 18 (17), 1. *nota* SCIP. min. Gell. 2, 20, 6 ubi agros ... vidisset, ... grumam statuere aiebat (*i. iubebat*). VARRO Men. 410 *al.* ling. 5, 157 RHET. Her. 2, 41 *al.* CIC. inv. 1, 55 *al.* Quinct. 23, 57. 84. S. Rosc. 33 aiunt hominem ... respondisse. 64 *al.* Verr. 2, 60 *passim.* 4, 55 illud simul ait (dixit *al.*), se non putare illum ... contempturum. S. Rosc. 58 illud ..., quod Chrysogonus aiebat, neminem isti patronum futurum. *elliptice* Phil. 1, 27 conlegam tuum aiunt in hac sua fortuna, quae bona ipsi videtur — mihi, ... si imitaretur, fortunatior videretur — sed eum iracundum audio esse factum. 1, 3 num qui exules restituti? unum aiebat, praeterea neminem. *cf.* de orat. 2, 260. LVCR. 1, 372 cedere ... latices ... aiunt. 3, 754 illud ... falsa fertur ratione, quod aiunt ... animam ... flecti. SALL. Iug. 31, 7. NEP. Them. 4, 2 universos pares esse posse aiebat, dispersos testabatur perituros. Dion 8, 1 *al.* VERG. Aen. 4, 598 quem secum patrios aiunt portare penates. HOR. sat. 1, 1, 32. 88. 1, 9, 68 *al.* OV. trist. 2, 450 LIV. 1, 7, 11 *et passim.* 3, 45, 5 lictor decresse (*sc. Appium*) ait. SEN. contr. 1 pr. 11 *al. nota* 2, 3, 2 'impetravi' inquit, 'ab illo': alii aiunt illum a te. VAL. MAX. 7, 3, 5 *al.* SEN. dial. 7, 7, 1 negant posse ... diduci et aiunt ... quemquam vivere. 7, 21, 2 *al. passim.* CVRT. 4, 7, 25 *al.* COLVM. 3, 8, 4. *nota* 3, 12, 1 Graecinus sic ait: esse aliquam terram calidam *eqs.* PETRON. 60 STAT. Theb. 4, 372 MART. 7, 66, 2. 12, 66, 9 QVINT. decl. 321 p. 265 *al.* TAC. ann. 2, 38 *al. nota* 11, 3 remittere beneficium Asiaticus ait. *et* 15, 69 pavorem eorum ... et imaginatus et inridens Nero satis supplicii luisse ait pro epulis consularibus. PLIN. epist. 1, 5, 11 *al.* SVET. Iul. 9 *al.* Aug. 18 regem se voluisse ait videre. *talia saepius* (*cf. Ritschl, opusc. III p. 243*). AVR. Fronto p. 11, 1 N. *al.* FRONTO p. 12, 1 N. *al.* GELL. 17, 3, 2 APVL. met. 5, 15 *al.* apol. 27 ut partim eorum ... aiant deos abnuere. TERT. orat. 22 scorp. 10. LACT. inst. 1, 13, 3 ait vulgus comedisse filios suos eum qui extulerit. 3, 19, 17 *al.* HIL. ad Const. 1, 8 conventus ut ... subscriberet, ait de ... fide prius debere constare. AVIEN. Arat. 585 AMM. 16, 12, 14. 23, 5, 14 *al.* HIER. epist. 109, 1 *al.* VVLG. Rom. 3, 8 sicut aiunt quidam nos dicere (*unicum infinitivi exemplum in* VVLG.). AVG. civ. 18, 12 p. 271 c. Pelag. 1, 19, 37 cur non dixisti hominem ... excitari ..., sed aisti ... adiuvari? PAPYR. Berol. 628^v 2, 1 Valens veteranus ... recitasse ait partem edicti. esse *saepe omittitur*: PLAVT. Asin. 285 vinctos nescio quos ait. Capt. 72 scio absurde dictum hoc derisores dicere, at ego aio (clio, dio *codd.*) recte. 710 malene id factum arbitrare? :: pessume. :: at ego aio, recte. CAECIL. com. 149 me ... cum mea ancilla ait consuetum. TER. Andr. 534 ex te auditum aibant ... filiam ... nubere. *al.* ACC. trag. 5 tu pertinaciam esse ... praedicas, ego pervicaciam aio. VARRO ling. 5, 80 *verbum* illinc potius, unde Attius ait in Bruto: *seq. verba.* 7, 17 umbilicum dictum aiunt ab. CIC. Font. 2 *tabulas* ait ab Hirtuleio institutas. Brut. 79 Nasicam ... habitum eloquentem aiunt ..., dicunt etiam L. Lentulum. fin. 1, 39 hoc ne statuam quidem dicturam pater aiebat, si loqui posset (*nota synonyma*). 2, 88 Tusc. 1, 21 *al.* Att. 16, 1, 6 ait ... attributionem in idus (*sc. esse*). 16, 4, 1 LVCR. 3, 179 SALL. Catil. 48, 3 *al.* Iug. 85, 39 sordidum me et incultis moribus aiunt. or. Lep. 24 neque aliter rem publicam et belli finem ait, nisi. HOR. sat. 1, 2, 121 illam (*mulierem*) 'post paulo' ... Gallis, hanc Philodemus ait sibi, quae. PROP. 4, 2, 7. LIV. 1, 58, 4 cum mortua iugulatum servum nudum positurum ait. 3, 31, 8. SEN. contr. 1, 3, 2 ait se innocentem. 2, 1, 14 laudabat ... paupertatem, narrabat ... incommoda, aiebat multos divites accusatos. VAL. MAX. 4, 4, 11 *al.* CVRT. 4, 2, 14 *al.* PERS. 4, 27 hunc ais, hunc dis iratis. QVINT. decl. 321 p. 264 quod fratrem meum ait suspicatum. FRONTIN. strat. 4, 2, 9 Xerxes ... se deceptum aiebat, quod. TAC. ann. 1, 12 non idcirco interrogatum ait. 1, 19. 4, 52 *al.* SVET. Dom. 21 condicionem principum miserrimam aiebat. AVR. Fronto p. 67, 4 N. *al.* MARCELL. dig. 28, 8, 10 observaturum se ait praetor id, quod. POMP. dig. 1, 2, 2, 40 hunc Cicero ait iuris consultorum disertissimum. 17, 2, 59 pr. haec ita in privatis societatibus ait *esse.* MARCELL. dig. 28, 4, 3 quod sane sequendum aiebam. APVL. apol. 46 *Pudens* ait pueros alios producturum. PORPH. Hor. carm. 1, 1, 1 *al.* COMM. apol. 501 caeci ipsi sunt et alteros aiunt. CAPITOL. Aur. 19, 1 LAMPR. Hel. 2, 2. 7, 4 LACT. inst. 1, 5, 2 *al.* FILASTR. 55, 2 *al.* AMM. 23, 2, 5 disposuisse aiebat reversurum. SCHOL. Pers. 1, 1 *al.* CARM. epigr. 1388, 11 (*saec. VI*) se quoque felicem, si poteretur *morte*, ait. *nota passivum*: APRING. in apoc. 20, 9 *in Machabeorum libris* Antiochi temporibus ... multi martyres facti aiuntur. *de auctoribus*: VARRO Men. 163 Empedocles natos homines ex terra ait. ling. 5, 11 Pythagoras ... ait ... initia esse bina. 6, 11. 69. 7, 10 'tesca' aiunt 'sancta' esse, qui glossas scripserunt. 7, 45 *al.* rust. 1, 18, 5 *al.* RHET. Her. 2, 36. CIC. Mur. 63 nostri ... illi a Platone ... aiunt apud sapientem valere ... gratiam. Phil. 12, 25 Brut. 46. orat. 10 ἰδέας ... Plato ... gigni negat et ait semper esse. ac. 2, 123 *al.* Tusc. 3, 69 Aristoteles ... philosophos accusans ... ait ... eos ... fuisse (*cf.* 3, 78). leg. 2, 15 Zaleucum istum negat ullum fuisse Timaeus. at ait Theophrastus. NEP. Them. 9, 1 *Thucydides* ait ad Artaxerxen eum venisse. Dat. 2, 2 quem Homerus ... a Patroclo interfectum ait. LIV. 30, 19, 11 Antias quinque milia hostium caesa ait. 34, 15, 9 Cato ... multos caesos ait, numerum non adscribit. VITR. 1, 1, 12. 6 pr. 3 *al.* PAVL. FEST. p. 6, 16 *al.* (FEST. p. 141, 29 *al.*). *passim.* VAL. MAX. 8, 13 ext. 6 CELS. 3, 24 p. 115. 4, 9 p. 132 SEN. dial. 2, 16, 1 *al. passim. nota* benef. 6, 37, 1 Callistratum aiunt — ita certe Hecaton auctor est — ... abominatum. PLIN. nat. 4, 65 *al.* 18, 27 Regulus ... aiebat ... agrum parandum. QVINT. inst. 1, 6, 36 *al.* CHAR. gramm. I 133, 18 *al.* DIOM. gramm. I 416, 29. *talia saepe ap.* GRAMM. IAVOL. dig. 24, 3, 66 pr. *P. Mucius* ait ... praestari oportere. *passim ap.* ICTOS. *nota* VLP. dig. 12, 1, 9, 9 Nerva Proculus ... condicere ... haec posse aiunt (39, 3, 1, 8 *al. asyndeticos.* 35, 1, 8 Trebatius et Labeo. *sic saepe*). APVL. apol. 32 *al.* AVIEN. ora 337 Euctemon ait non plus habere longitudinis *urbem* (350 dicit). 355. FAV. EVL. p. 9, 23 HYG. astr. 2, 1 p. 30, 4 *al.* AVG. civ. 6, 6 p. 257 *al.* VINDIC. med. 8 BOETH. mus. 2, 19 p. 250, 28. *in iudicio, arbitrio (arguere vel testari) ; cf. Voigt, die XII Tafeln I p. 142 sq.*: PLAVT. Most. 1138 disceptator eccum adest, age disputa. :: filium corrupisse aio te meum. Poen. 1344. *cf.* Rud. 1025 hunc meum esse dico. :: et ego item esse aio meum. SCAVR. Ascon. Scaur. p. 22 Hispanus M. Scaurum ... ait convocasse; M. Scaurus ... negat; testis nemo est (*cf. id.* Val. MAX. 3, 7, 8). CIC. Mur. 26 eum (*fundum*) ego ex iure Quiritium meum esse aio. nat. deor. 3, 74 illa actio: ope consilioque tuo furtum aio factum esse. LABEO dig. 19, 2, 60, 7 illam quoque culpam me tibi praestaturum aio. GAIVS inst. 1, 119 hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio. 2, 24 *al.* PAVL. frg. Vat. 50 aio hunc fundum meum esse. ALF. dig. 40, 7, 14 pr. servus liberum esse ⟨se⟩ aiebat. *nota nomin. c. inf.*: CATVLL. 4, 2 phasellus ille ... ait fuisse navium celerrimus (VERG. catal. 10, 2). HOR. epist. 1, 7, 22 vir bonus ... ait esse paratus. C *sequitur* quia, quoniam, ut *etc.*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 5 p. 931 ait ... sermo divinus, quia, ut palmes ... honorabilior fit ..., si ...: sic ... inferior iudicetur, si. BOETH. herm. sec. 4, 10 p. 289, 24 aiunt, quoniam non ... sequitur ... adfirmatio. *nota*: VEN. FORT. Mart. 2, 230 ait, ad sese quod caelitus angelus iret ac reserare sibi (reseraret ibi? *Leo*) mysteria ... et ... volitent sua nuntia. carm. 10, 5, 8 qui (*Zacharias*) ... redemptorem ... post ait ut terris ventre Maria daret (*cf. p. 1457, 15*).

5 *pro animantibus res loquuntur personatae*: PLAVT. Truc. 303 quid maceria illa ait ..., quae in noctes singulas latere fit minor? CIC. ac. 2, 97 contraria ... ea dico, cum alterum aiat, alterum neget (*cf.* fat. 37). HOR. sat. 2, 7, 80 vicarius ..., uti mos vester ait. TIB. 2, 6, 20 credula vitam spes fovet et fore cras semper ait melius. 3, 20, 1 rumor ait ... peccare puellam (PROP. 4, 4, 47 MART. 3, 80, 2). SEN. epist. 102, 29 haec cogitatio nihil sordidum animo subsidere sinit ... deos rerum omnium esse testes ait. illis nos adprobari ... iubet. QVINT. decl. 366 p. 400 quid ... lex ait? 'legatus sacrosanctus sit' (371 p. 408). VLP. dig. 5, 1, 2, 1 lex Iulia iudiciorum ait: *eqs.* 9, 2, 21 pr. *et saepe.* 24, 1, 32, 9 quod ait oratio (*sc. Caracalli in senatu habita*) 'consumpsisse'. 47, 8, 2, 2 quod edictum ait. APVL. met. 11, 28 quod ait vetus proverbium 'inter sacrum et saxum positus'. CYPR. GALL. deut. 156 aures commodet et sonos receptet, mentis nuntia quos ait loquella. COMM. instr. 2, 17, 7 indignatum ait dominum scriptura Iudaeis (FIRM. err. 25, 2 AVG. civ. 16, 32 p. 177 *al.*). 2, 32, 3 lex prudenter ait ... dolere. AVIEN. Arat. 1559 cum flammigeri cedit vis indita solis lucis egens ..., et caelo et pelago magnos ait adfore motus (*i. praenuntiat*). HIER. hom. Orig. in Ier. 11 p. 854 *al.* ait ... sermo divinus. VVLG. Is. 23, 4 ait mare ... dicens. AVG. civ. 1, 20 p. 34 ubi lex ait. 11, 17 p. 485 psalmus ait. PROSP. in psalm. 108, 5 ait veritas. *nota* RVRIC. epist. 10 p. 385, 15 quod ego

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

...ecclesiastico testimonio verum esse confirmo, quo ait: *eqs.* SEDVL. op. pasch. 2, 8 sequens ait ita capitulum. *cf.* 2, 15.

6 aiunt (ut aiunt, quod aiunt) *i. q. 'proverbium, vulgaris locutio est'* (*cf.* Ov. fast. 5, 490 mense malas Maio nubere volgus ait. *aliter i. q. 'rumor, opinio est' supra, cf. p. 1453, 72 al.*): ENN. frg. inc. 10 V. neque, ut aiunt, μῦ facere audent. VARRO rust. 1, 1, 4 quoniam, ut aiunt, dei facientes adiuvant. 3, 4, 1 '⟨a⟩ postprincipiis' (-ia *codd.*, postprincipio*?*), ut aiunt, in castris. CIC. Verr. 4, 23 quem, ut aiunt, ne bestiae quidem ferre possent. Catil. 1, 15 tuas petitiones..., ut aiunt, corpore effugi. Flacc. 26 Sest. 59 Planc. 48 Phil. 3, 27. 12, 5. Pis. 69 'claudus' quemadmodum aiunt 'pilam'. de orat. 2, 186. 233. 364 orat. 21 ac. 1, 18. 2, 58 fin. 2, 23 *al.* Att. 5, 18, 1. 8, 5, 1. 13, 44, 3. 14, 13ᵇ, 1 epist. 7, 5, 3. 13, 50, 2. 15, 15, 3. DOM. MARS. Philarg. Verg. ecl. 3, 90. VELL. 2, 93, 1 sane, ut aiunt, ingenuarum virtutum. PHAEDR. 5, 6, 6 carbonem, ut aiunt, pro thesauro invenimus. SEN. nat. 1, 15, 1 epist. 84, 3. 85, 34 COLVM. 9, 14, 12 QVINT. inst. 11, 3, 40. 50. 12, 2, 4. 12, 7, 9 PS. APVL. Ascl. 12 TERT. anim. 2 LACT. inst. 5, 3, 23 AMM. 18, 5, 6. 19, 5, 2. 28, 1, 26. 29, 2, 22 *al.* HIER. epist. 4, 1. 34, 6. 48, 1. 75, 2. 9 *med.* 121 pr. 126, 1 (58, 7 sicut aiunt). SVLP. SEV. Mart. 26, 3 MACR. sat. 3, 12, 10 SIDON. epist. 1, 1, 3 ENNOD. carm. 1, 6 p. 521, 19 *al.* PLAVT. Merc. 296 senex quom extemplo est, iam nec sentit nec sapit, aiunt solere eum rursum repuerascere. Pseud. 786 quamquam illud aiunt magno gemitu fieri, comprimere dentes videor posse. PACVV. trag. 369 insanam *Fortunam* ... ⟨esse⟩ aiunt, quia. TER. Haut. 1036 natus item, ut aiunt Minervam esse ex Iove. HEMINA hist. 24 quae nata sunt, ea omnia denasci aiunt. VARRO ling. 6, 57 adlocutum mulieres ire aiunt, cum eunt ad aliquam locutum consolandi causa. 8, 61 *al.* rust. 1, 40, 2 CIC. div. 2, 117 LIV. 22, 39, 19 SEN. dial. 6, 16, 5 epist. 109, 16 PLIN. epist. 7, 9, 15 HIER. epist. 130, 16. TER. Andr. 192 omnes, qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt. :: ita aiunt. 805 ut quimus, aiunt, quando, ut volumus, non licet. Haut. 719 qui aiunt: quid si nunc caelum ruat? Phorm. 419 actum, aiunt, ne agas. HOR. sat. 2, 2, 64 hac urget lupus, hac canis, aiunt. FRONTO p. 102, 5 N. 'ante gestum, post relatum', aiunt, qui tabulas sedulo conficiunt. TER. Phorm. 506 id (*om.* ς), quod aiunt, auribus teneo lupum. 768 ita fugias ne praeter casam, quod aiunt (dicunt *al.*). CIC. Cato 21 nec sepulcra legens vereor, quod aiunt, ne memoriam perdam. epist. 7, 25, 2 nec 'transversum unguem', quod aiunt, a stilo. PROP. 2, 16, 35 nisi forte, quod aiunt, turpis amor surdis auribus esse solet. LIV. 7, 13, 7 compressis, quod aiunt, manibus. FEST. p. 310, 22 rem in medio, quod aiunt, positam. SEN. contr. 2, 7, 6 felici et aureo, quod aiunt, saeculo natos. SEN. dial. 3, 19, 5 nequitiam ... summo, quod aiunt, animo inhaerere. 5, 43, 5 dum respicimus, quod aiunt, ... iam mortalitas aderit. benef. 2, 4, 3. 5, 8, 3 epist. 52, 6. 71, 1. 81, 31 COLVM. 1 pr. 33 PETRON. 47 FRONTO p. 113, 10 N. 213, 18 quod volgo aiunt. GELL. 17, 5, 14 inlotis, quod aiunt, pedibus. APVL. met. 2, 7 fores ... accedo et, quod aiunt, pedibus in sententiam meam vado. 7, 16. TERT. spect. 25 de caelo, quod aiunt, in caenum. nat. 1, 17 super hoc ..., quod vulgo aiunt, sannam facimus. 2, 10 AMM. 20, 1, 2. 19, 12, 5.

7 *structurae*: *cum dativo* (TER. Ad. 276 *v. p. 1454, 55*): NEP. Dat. 11, 4 Datami venienti ait ... se animadvertisse. Eum. 11, 3 Eumenes ... ait Onomarcho ... se mirari. Ov. epist. 15, 68 cum mihi 'pone metum' nuntius ales ait. am. 3, 9, 57 met. 3, 289. 4, 639. 10, 553 *al.* fast. 3, 342 *al.* LIV. 7, 5, 3 ianitori opus esse sibi ... convento ... ait. 9, 14, 3. 21, 54, 1 'hic erit locus' Magoni fratri ait. 29, 27, 8 FEST. p. 170, 16 SEN. contr. 2, 6, 11. 7, 7, 19 *al.* SEN. dial. 3, 15, 3 *al.* epist. 12, 1 *al.* LVCAN. 3, 559 PERS. 1, 2 min tu istud ais? MART. 8, 27, 2 hoc tibi ait: morere. QVINT. decl. 330 p. 298, 13 PLIN. epist. 7, 24, 6. ITALA apoc. 10, 9 (cod. g) *cf.* 10, 11 (Primas.) *al.* ait mihi: *eqs.* (VVLG. dicit). ITIN. Silv. 14, 2. 19, 5 *al.* OPTAT. 5, 3 p. 124, 5 *al.* FILASTR. 107, 15. 156, 1 *al.* HYG. fab. 136 p. 115, 19 *al.* HIER. epist. 68, 2. VVLG. gen. 15, 5 *et passim.* AVG. civ. 5, 18 p. 226 *al.* SVLP. SEV. dial. 2, 14, 1 AVIAN. apol. 20 *al.* PROSP. epist. 16 *al.* SIDON. epist. 6, 1, 2. VICT. VIT. 2, 13 aientes invicem singuli nobis. HIST. Apoll. rec. A 8 *al.* VEN. FORT. carm. 9, 2, 105 VITA Caes. Arel. 1, 47 *al.* CORP. V 5870, 11 (*Mediolanii*). ad *aliquem*: APVL. met. 2, 15 devorato pudore ad Milonem aio: *eqs.* 5, 18. IVL. VAL. 1, 4 p. 6, 21 ait ad reginam. ITIN. Silv. 19, 16 LVCIF. Athan. 2, 25 OPTAT. 4, 7 p. 113, 2 HYG. fab. 126 p. 110, 22 ITALA act. 7, 3 (Aug. civ. 16, 15 p. 151) *al.* (VVLG. dixit). VVLG. gen. 4, 9 *al. passim.* AVG. civ. 22, 29 p. 627. SVLP. SEV. Mart. 6, 1. HIST. Apoll. 4 *et saepe.* VITA Caes. Arel. 2, 6 *al. cf. p. 1460, 11.* ad *aliquid*: LIV. 6, 15, 7 ad ea Manlius nec se fefellisse ait (24, 33, 7 *al.*). contra: Ov. fast. 4, 884 haec contra dux ita Tuscus ait: *eqs.* LIV. 3, 57, 1. de *aliquo*: CIC. Brut. 71 'nec... quisquam erat ante hunc' ait ipse de se nec mentitur in gloriando. Tusc. 3, 63 ut ait Homerus de Bellerophonte. leg. 1, 1. div. 1, 88 quorum de altero etiam apud inferos Homerus ait 'solum sapere'. PAVL. FEST. p. 128, 13 de qua (*effigie*) Plautus ait: *eqs.* FEST. p. 376, 23. SEN. contr. 2, 1, 39. 3 pr. 12 suas. 3, 4 AVR. Fronto p. 30, 18. 31, 2 N. *nota* p. 33, 17 N. quod Plautus egregie in Colace super eadem re ait:.... VLP. dig. 47, 9, 3, 7 quod ait praetor de damno dato. 42, 5, 9, 1 *al.* APVL. met. 2, 8 quid ego de ceteris aio? TERT. ieiun. 15. OPTAT. 7, 1 p. 166, 5 quod apostolus de extralegalibus ait. PRISCILL. tract. 1, 8 FILASTR. 96, 2 *al.* FAV. EVL. p. 21, 21 HIER. epist. 121, 5 *al.* AVG. civ. 2, 18 p. 75 *al.* *ad verba scripta pertinent tales iuncturae*: CIC. orat. 18 Antonius ... in eo libro, quem unum reliquit, ... ait se vidisse. nat. deor. 2, 18 'unde ... arripuit?' ut ait apud Xenophontem Socrates. Tusc. 2, 1 Neoptolemus ... apud Ennium. Cato 50 versiculo quodam. Att. 9, 9, 3 epistula tertia. epist. 7, 33, 1. VITR. 1, 1, 12 in suis libris. *similia*: FEST. p. 158, 26 *al.* SEN. dial. 9, 9, 4 epist. 18, 9 COLVM. 3, 9, 4 PLIN. nat. praef. 30 QVINT. inst. 2, 15, 18 SVET. Aug. 71 VLP. dig. 12, 1, 1, 1 *al.* HIER. epist. 30, 3 *al.* AVG. civ. 6, 2 p. 247 *al.* *nota* FEST. p. 150, 29 *Gracchus* in Pompilium et matronas (*i. in oratione habita in P.*) ait. *sim.* GAIVS dig. 50, 16, 234, 2 Ofilius ad Atticum ait ... contineri. *adduntur adiectiva ad designandum statum loquentis, ut*: VERG. Aen. 7, 259 laetus ait. *nota* HOR. sat. 1, 9, 12 aiebam tacitus. *saepe participia*: *cf. supra et* STAT. Theb. 9, 446 infrendens. Ach. 1, 494 increpitans. TAC. ann. 15, 66 renidens. HIER. epist. 123, 3 disputans. VVLG. Ezech. 9, 8 clamans. Dan. 1, 47 loquens. Zach. 1, 21 dicens. *adverbia etc.*: CIC. Quinct. 79 bene. *talia passim.* Ov. am. 1, 6, 12 leviter. LIV. 23, 33, 6 intrepide. SEN. nat. 1, 5, 6 disertissime. STAT. Theb. 5, 669 mitius. TERT. anim. 42 coactius. AVG. civ. 6, 2 p. 247 breviter. 7, 1 p. 273 facetius. Ov. met. 9, 132 secum (APVL. met. 1, 18 *cf.* VVLG. I reg. 2, 7 Luc. 16, 3). fast. 6, 444 magna voce (*cf.* LIV. 9, 10, 10 PS. APVL. Ascl. 41 VVLG. II Macc. 7, 27). VVLG. gen. 31, 36 cum iurgio. HIST. Apoll. 27 leni ... sermone.

synonyma (*cf. sub* ain): censere, dicere (*adde* PLAVT. Amph. 384 Asin. 897 *al.*), fari, inquam, loqui (CIC. div. 2, 69), memorare, nominare (ARNOB. nat. 3, 40), praedicare, verbum facere. *oppositum*: negare (*adde*: PLAVT. Men. 820 TER. Phorm. 383 CIC. Tusc. 1, 77 Att. 4, 5, 2 QVINT. decl. 353 p. 384 SVET. Iul. 55). *derivatum*: aientia. *compositum non exstat, cf.* CONSENT. gramm. V 379, 20 pleraque verba non posse conponi, ut aio, quaeso.

ain. CIC. orat. 154 ain pro aisne. DON. Ter. Andr. 875 quaerit Probus, 'ain' quae pars orationis sit et an una sit. est autem ain quasi aisne. ... ergo ain percontativum verbum est (*cf.* Phorm. 37). GLOSS. IV 13, 47 *al.* V 344, 47 ain verbum interiectionis. *de prosodia cf. p. 1453, 37.* ain *praecedit fere alteram interrogationem, sicut* 'quid ais?' *v. p. 1455, 5.* GLOSS. IV 205, 15 *al.* ergo. V 263, 66 *al.* vero (ain vero*? Goetz*). PLAVT. Capt. 551 ain, verbero? me rabiosum ... memoras ...? Pers. 491 ubi nunc tua libertast? :: apud te. :: ain, apud mest? :: aio, inquam, apud te est, inquam. Rud. 1095 ostendere his iube. :: ain? ostendere? TER. Phorm. 510 *Ph.* vendidit. *An.* quid? vendidit? *Ge.* ain? vendidit? *nota*: APVL. met. 3, 22 ain, inquit, vulpinaris amasio, meque sponte asceam cruribus ... inlidere compellis? 6, 2 ain, Psyche miseranda, Venus ... tuum vestigium furens ... requirit ..., tu vero ... cogitas ...? 7, 25. PLAVT. Amph. 1098 Alcumena geminos peperit filios. :: ain tu? geminos? :: geminos. Asin. 484 ain tu, furcifer? erum nos[met] fugitare censes? 812 ain tu? ... excuses te ...? Capt. 892 Cas. 397. Curc. 323 ain tu? omnia haec? in carnario fortasse dicis. Epid. 699 ain tu? libuit? :: aio. Most. 383 pater, inquam, aderit .... :: ain tu? pater? 640 Pers. 29ᵃ. Pseud. 218 (*in apostropha ad absentem*) ain, excetra, tu? ... num quoipiam est ... nitidiusculum caput? TER. Haut. 242 adsunt tibi. :: ain tu? :: sic est. 890. 1014. Eun. 392 ain tu? laetast? 567 in hac commotus sum. :: ain tu? :: primam dices. Phorm. 970 ain tu? ... venias nunc ...? CIC. Caecin. 49 ain (an *ed. Orelli?*) tu, qui ... diiudicas ..., poterisne dicere ...? de orat. 1, 165 mirari satis non queo ... te ... desiderare .... ain tu? inquit ille. si ... putas, etiamne ... possumus ...? Brut. 152. Tusc. 5, 35 (an tu *al.*). div. 2, 52 Att. 4, 5, 1. 6, 1, 17 *al.* VAL. MAX. 3, 7 ext. 6 GELL. 13, 29, 2. GLOSS. IV 13, 48 ain tandem: dicis vero. *cf.* V 344, 47 *et* NOT. Tir. 49, 45. PLAVT. Asin. 896 nauteam bibere malim ... quam illam oscularier. :: ain tandem? Aul. 298. Trin. 987 is ... sum. :: ain tu tandem? is ipsusne es? :: aio. :: ipsus es? :: ipsus, inquam, Charmides sum. Truc. 608 ain tandem? (istuc primum experiar) tun tantilli doni causa ... amas hominem non nauci? TER. Andr. 875 ain tandem? civis Glyceriumst (*cf.* 908)? Phorm. 373 COM. pall. inc. 31. CIC. Planc. 49 ain tandem? una centuria ... tantum habet auctoritatis ...? fin. 41 *al.* Att. 6, 2, 8 epist. 9, 21, 1. LIV. 10, 25, 7 (*nota pluralem*) ain tandem? ... num ... habetis? FRONTO p. 66, 1 N. ain tandem, quo pacto ... suspenditur? (*an sic* p. 227, 8 *pro* an tandem *scribendum?*). APVL. met. 1, 8 MART. CAP. 8, 806. PLAVT. Amph. 284 *Sol* invitavit sese in scaena plusculum. :: ain vero, verbero? deos esse tui similis putas? 344 ain vero? :: aio enim vero. Asin. 722 opto annum .... :: impetrasti. :: ain vero? :: certe, inquam. Pers. 184 satin haec meministi ...? :: melius quam tu, qui docuisti. :: ain vero, verbereum caput? :: aio enim vero. TER. Eun. 803 ain vero, canis? sicine agis? CIC. rep. 1, 19 ain vero? ... explorata nobis sunt ea ...? *cf.* NOT. Tir. 49, 44. *alterius interrogationis vice est infinitivus*: PLAVT. Amph. 799 ain ... nos advenisse ...? :: aio. Asin. 851 ain tu meum virum hic potare, obsecro? Aul. 186 quid tu? recten atque, ut vis, vales? ... ain tu te valere? Epid. 717 Most. 964. 974 Poen. 961 Truc. 193. 306 ain tu vero veteres lateres ruere? TER. Hec. 415 ain tu tibi ... evenisse?

ex partic. adiect. subst. **aiēns**, -entis *cf. p. 1453, 17.* CIC. top. 49 sunt ... illa valde contraria, quae appellantur negantia; ea ἀποφα-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

τικά graece, contraria aientibus. MART. CAP. 4, 342 de proloquendo: in ea parte quaeritur ..., quae sint aientia, quae negantia. *cf.* aientia. *Hey.*

1. Aio, -onis *nom. vir. celt., cf. fem.* Aiu, Aia, Aius *4.* CORP. II 2772 (*v. p. 1462, 52*). 2782 C. Calvisio Aiionis f. Gal. Sabino. 2822 (*cf.* Ephem. epigr. 8, 145) ⟨C. Calvisi⟩o Aionis f. Gal. Sabino. 2814 L. Tritalicu⟨s⟩ Aiionis Flavi f. III 4597 Domisi Aionis. XIII 3707 (*Treveris*) *in parte antica* 2, 12 L. Cassius Aio. VII 1336, 30 of. Aio(nis) *cf.* 1336, 29 offi. Ai.... INSCR. christ. de Rossi I 521 (*a. 403*) hic requiescet Aio in pace. *separandus videtur ab his Langobardus:* CHRON. min. I p. 498, 379. 389 Langobardi ... Iborea et Aione ducibus.

2. Aio *v.* Ahio. [**Aiofus**] *v.* Alyzia. **Aiogenus** *v. p. 1462, 54*).

Aioia *nom. mul. barb.* CORP. III 14607[1] (*Dalmat.*) Aur(eliae) Aioia et Pinenta.

? **Aiolinus** *nom. vir.* INSCR. Rhen. Bramb. 648 (*Rigomagi*) Aiolini (*lectio non sat certa*) (filius). *V*

Aiōn *indecl.*, עִיּוֹן, Ἀΐν, Ἀϊών. *nom. oppidi Palaestinae:* VVLG. III reg. 15, 20 percusserunt Ahion (Aion *quidam codd.*). IV reg. 15, 29 cepit Aion (Aiom *cod. Amiat.*). II par. 16, 4. HIER. nom. hebr. p. 41, 1 Avan subvertit eos sive movens eos vel fons. sit. et nom. p. 97, 20 *legitur* Aenda. p. 97, 27 Ahian. *Plenkers.*

Aionion *v.* Aeonium *p. 991, 2.*

? **Aiopius,** -a *nom. gent.* CORP. IX 3574 (*litteris antiquis*) T. Sa(lvius) Aiopi (*potest tamen legi et* aiori *et* aiofi) C. V(ibi) f(ilii) magist⟨r⟩es de veci s⟨ententia⟩ opus faciund(um) couraverunt. *nominantur ergo* T. Aiopius C. f. *et* Sal. Aiopius V. f.

Aiosecus, -ī *nom. vir. barb.* INSCR. Ephem. epigr. IX 134 (*in Lusitania*) Luci Aioseci.

Aioulfus *v.* Aiulfus.

? **Aiphrenius** *nom.* (*gent.?*). CORP. VIII 18708 (= 4789) Marcus | Aiphreni|s. ⟨I⟩u⟨c⟩u|ndus. *si subest gent.* Aefrenius, *cf.* Aefrius; *potest tamen fuisse dominus barbarus, velut Hebraeorum* Ephraim, Ephrem.

Aipicius *v.* Epicius.

Aipon(i?)us *nom. vir.* CORP. II 2859 (*periit, descr. Florez*) Apolinius Turainus Aiponi f. XIII 10010, 2967[m] (*in signaculo*) Aipon.

Airamn(us?). CORP. XIII 10010, 2847[b] (*in signaculo*) Airamn.

? **Airg.** *vel* **Arg.** *in vasculo* CORP. II 5603. *cf.* 5601 Airg. Camali. VI 21213 (*periit*) Airg ... *cogn. ut videtur, fortasse corruptum.*

Airoc(us?). CORP. XIII 10010, 2967[n] (*in signaculo*) Airoc.

deo **A.|ironi** CORP. II 5888.

? **Airula** *nom. mul.* CORP. X 4720 (*in agro Falerno; periit male descripta*) Appie Veturiae Airulae Coecivae Sabinillae c(larissimae) f(eminae).

(**Ais?**) *nom. mul.* CORP. XIV 3790 (*Tibure, periit*) Raeciae Sex. l. Áini.

Aiza *bis in signaculo* CORP. XIII 10006, 4. *cf.* III 8076, 3 *in lucerna* Aize.

Ais⟨a⟩berga puella deo placita CORP. XII 2834 (*a. 491*). *cf. Binding, Burg.-Roman. Königreich I p. 382.*

Aiscidius *nom. gent.* CORP. X 4792 (*Teani Sidicini*) C. Aiscidi Lepotis (*sic*). *cf.* Aescionius.

Aisernīnus *v.* Aeserninus.

Aisius, -a *nom. gent.?* CORP. III 4033 (*Poetovione, periit*) Speciatiae Aisiae (Caesiae *pars testium*). III 14373, 57 (*in vasculo*) Aisius f. *cf.* XIII 10010, 72 Aisii m(anu) *nisi est* Aisti. *cf.* Aesius.

Aisogi(us?) *cogn. vir.* CORP. III 14359, 24 Aisogio, *potest tamen vel pro nominativo haberi.*

Aistīvus *v.* Aestivus.

Aistomodius *nom. vir. germ.* CORP. III 4453 (*Carnunti*) Sept(imio) Aistomodio reg(i) Germ(anorum).

Aistus *vel* **Aisto** *nom. vir. celt.* CORP. XIII 10010, 72 (*in vasculo*) Aistu(s) fecit. III 6010, 7 (*in vase cretaceo*) Aísto fec(it).

Ait *v.* Hai. **Aita** *v.* Aeta. **Aiteia** *v.* Aetius *p. 1160, 38.*

Aitera, -ae *nom. vir.* CORP. III 4911 (*Zollfeld*) Titiu Aiterae f(ilia).

? **Aites** *nom. mul.* CORP. III 14432 Aites ⟨Va⟩lent⟨ina⟩ con⟨iux⟩; *potest tamen ante* Aites *syllaba vel littera periisse.*

aithales, -ūs *n.*, ἀειθαλές, *herba.* PS. APVL. herb. 123 Graeci aizoon, alii aithales ..., Latina semperflorium et sempervivum. *cf. p. 1148, 52.* **Aithalēs,** (-ūs), -ētis, Ἀειθαλής, *nom. serv. et lib., v. p. 1148, 61.*

Aithanaricus *v.* Athanaricus.

[**Aitigilem**] *v.* ad Atticillae *II p. 1138, 62.*

Aitinacī *in lucerna* CORP. XIII 10001, 346.

Aitul. *quod sit cognomen in titulo* INSCR. Ephem. epigr. VIII 136 (*in Paelignis*) ⟨...⟩nicius P. f. Aitul. *incertum*; Antul(lus) *coniecit Otto*; Aetolicus *pro cognomine non videtur fuisse in usu.*

? **Ai⟨tu⟩lae** *vix recte suppleverunt in titulo* CORP. XIII 704 (*Burdigalae*) Claudiae A.i//lae. *fuitne* A.⟨fi⟩l⟨i⟩ae?

Aiu, -unis *nom. mul. barb., cf.* Aio, Aia *sub* Aius *4.* CORP. III 11481 (*Faistritz*) Aiiu Macci f(ilia) *mater.* 4948 (*Viruni, cf.* 11522) Octav⟨ia⟩ Aiu. 14364 (*Viruni*) Aiuni Castici f(iliae).

Aivasais *in tegula* CORP. XI 2321.

Aiuccio, -onis *nom. vir. barb.* CORP. III 5669 (*Noric.; cf.* 11809) Aiuccioni Nigrini f(ilio). *f.* **Aiuca.** CORP. III 14359, 21 (*Pann. sup.*) Aiiuca ⟨C⟩ombrissae f(ilia). CORP. III 4991 (*Viruni*) Aiucia Primitivi *uxor. cf.* Aius *4.*

Aiul(us) *nomen lapicidae in porta nigra Treverorum* CORP. XIII 3778 p. 607. *nom. mul.* **Aiula.** CORP. X 2034 (*Puteolis*) Aiula coniunx. *nom. mul.* **Aiulo.** CORP. III 14352 (*Aquinci*) Flavia Aiulo. *cf.* Aius *4,* Aio, Aiu.

Aiulfus, -ī *nom. vir. barb. dux Suevorum in Hispania:* HYD. chron. II p. 25, 139 per Agiulfum (agyulf- *cod. Fredeg.*). p. 29, 180 Aioulfus. p. 30 Aioulfus (agiulfus *cod. Fredeg.*). IORD. Get. 44, 233 Agrivulfum (acliulfum, athliuulfum, athiuulfum *codd. recc.*).

? **Aiunus** *nom. vir. barb.* CORP. XIII 3280 Aulioni Aiunus f(ecit) *an* f(ilio)?

Aiurēnsis *v.* Azurensis.

1. Āius, -ī *nomen dei ab* aio. VARRO div. apud Gell. 16, 17, 2 A[r]ius deus appellatus araque ei statuta est, quae est infima nova via, quod eo in loco divinitus vox edita erat. CIC. div. 1, 101 ara ... Aio Loquenti ... consecrata est. 2, 69 Aio Loquenti aram in nova via consecratam. quid ergo? Aius iste Loquens, cum eum nemo norat, et aiebat et loquebatur ⟨et⟩ ex eo nomen invenit, posteaquam et sedem et aram et nomen invenit, obmutuit? LIV. 5, 50, 5 templum in nova via ⟨Aio⟩ Locutio fieri. 5, 52, 11 Aio (*om. MP*, al *L*, apatu *V*) Locutio. ARNOB. nat. 1, 28 qui ... adorant Lares Aios Locutios (aiaceos boeoteos *trad.*). *cf.* Plut. Camill. 14 *et* 30 νεὼν Φήμης καὶ Κληδόνος (de fort. Rom. 5).

2. Aius, -a *nom. gent., quocum comparandum est* Ahius, *componenda* Aiacius, Aiadius, Aiasius, Aiatius, Aiavus, Aiedius, Aienus (-ius), Aiusia (?). *nobilis polyonymos:* CORP. III 6755 (*Ancyrae*) Salví Nen⟨i⟩ L. Ai Camp⟨ani⟩ani Cn. Plo⟨ti⟩ Maximini T. ⟨H⟩oeni Sever⟨i⟩ Serveieni V⟨rsi⟩ IIIvir. K. trib. la⟨t⟩. leg. V Mac. *eqs. ceteri:* CORP. VI 11287 L. Aius Anícétus (*idem* 35603). 14636 Aia Isias. X 1087 (*Nuceriae Alfat.*) P. Aio P. f. Men(ecrati) *vix* Men(enia). XIV 556 L. Aíus ... Ep⟨...⟩. XI 6699, 5 (*in lucerna*) Aia Stlacia Tura dormit. V 962 (*Aquileiae; cf.* suppl. ital. 77) Aius Pompp......s collega noster *scil. IIIIvir.* 1061 (*ibid.*) L. Aíus L. f. Tíro t. f. i. sibí et suís arbitratu L. Ai Vítalis l. L. Aio Primigenio Aíae L. l. Vítalíni (*sic*) L. Aío Severo L. Aío L. f. Stentil. 1062 (*ibid.*) Aiía Vrban⟨a⟩. 3369 (*Veronae*) Aiae Proclae. III 10697 (*in tegula*) P. Ai G. B (*?*) 14413 Aia Nainitia (*? v. s. v.* Aianaitia). II 5798 Aiae Caelaon Peregrini filiae. 6298 Aiae Quemiae Boddi f. Celtigun. an. XXXI Aiae Caravancae Boddi f. Celtigun. an. XXXV Aia Origena Vironi f. monimentu faciendu curavit pientissimis filiis. *fortasse etiam* Haii *aliqui cum* Aiis *sunt componendi, v. sub v.* Haius. *gent.* **Aiānus,** -a. CORP. VI 2381 (*a. 153—156*) b, 22 M. Aianus M. f. Arn. Val⟨...⟩. *gent.* **Aiānius,** -a. CORP. IX 3464 (*Peltvini*) P. Aianio P. l. Festo.

3. Aius, -ī (ā-?) *cogn.* CORP. XI 3647 (*Caere*) A. Egnati M. f. Aii.

4. Aius, -a *cogn. barb.; cf.* Aio, Aiu. CORP. II 818 Aelia Aia soror. III 14538 Aia Atti filia. 917 Aia Nandonis. INSCR. Corr.-Bl. d. Westd. Zeitschr. 1903 p. 138 (*Bingii*) Aiia Deccav⟨i⟩ filia. CORP. XIII 10010, 73 (*in vasculo*) Aius *vel* Aiu. *nota* CORP. II 2786 (*periit*) Aius Antonius, *cf.* II 2772 Ai.io *in initio tituli et* INSCR. Ephem. epigr. IX ad II 2774 T. Valerius Flavus ... Aiiogenus.

? **Aiusius,** -a *nom. gent.* CORP. V 8128 Aiusia Stobas; *de lectione dubitabat qui descripsit.*

Aiūtor *v.* Adiutor *p. 717, 71.*

? **Aiuva** *nom. barb.* CORP. XIII 7280 Ollogabiabus Aiuva .... Atiuvanius *coni. Mommsen.*

Aixixi(us?) *nom. barb.* CORP. XIII 10010, 2879[c] *et* 3301[a] Aixixi *in vasculis.*

Aiy *v.* Alyi. **Aizani** *v.* 2. Azani. **Aizizi** *v.* Azizis.

aizoon *vel* **-um,** -ī *n.*, ἀείζωον. *formae vulgares* ahisdo, aisdo, aizon *v. infra; fortasse eiusdem generis est illud* aesum PLINI *l. 66.* PLIN. nat. 18, 159 herbae quae appellatur aizoum, in tegulis nascens et ab aliis aesum, latine vero sedum aut digitillum. 24, 169 *herba* aizoo similis (24, 183). 25, 159 *cotyledonis herbae* usus ad eadem quae sativi (iniui *E*, iridi *codd. cett.*) aizoi. duo genera eius: maius in fictilibus vasculis seritur ..., alterum minusculum, quod erithales (eritiles *codd.*) vocant..., sed aeque (qui *codd.*) aizoum utrumque quoniam vireat semper; *sequuntur descriptiones.* 25, 163 *adversatur* aconito ... maius aizoum. 26, 32 aizoum (101. 131. 145 163). 26, 45 aizoi sucus. *ibid.* aizoum ... torminibus resistit. 26, 111 aizoum sive sedum. 26, 121 igni sacro medentur aizoum, folia trita cicutae. 26, 127 aizoum. 26, 129 sanantur ... aizoo. 26, 137 *prodest* aizoum omne, sed maioris sucus efficacissime. 27, 15 aizoum maius. 32, 40 cum aizoo herba. 1, 25, 102. MARCELL. med. 20, 26 folia ... aizoi. 30, 66 aizoon herba. PS. APVL. herb. 123 (*v. p. 1461, 69*). *ibid.* micron aizoon. THEOD. PRISC. log. 36 aizoon (taitoon *B*). 38 aizoon (aioon, agaon, aiion *codd.*). DIOSC. 2, 171 telefion quem multi aizoon agreste ... dicunt. 3, 168 folia habet aizoo minore ⟨similia⟩ (4, 97). 4, 85 sicut maior ahisdo. *ibid.* est similis aisdo. 4, 87 de aisdo maiore. aisdo maiore dicitur quod omni tempore viridia folia habet. 4, 88 de aisdo minore. 4, 89 de aisdo tertia. tertium aisdo quem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

multi andragne agreste vocant aut telefion. PS. DIOSC. herb. fem. 33 aizos minor nascitur. CASS. FEL. 56 herbae semperviventis, quam aizon (*sic codd.*) vocant. ORIBAS. eup. 2, 1 A 6 aizon, quam Latini Iovis barba adpellant.

Akzucia *signum mul.* CORP. VIII 5721 Aemilia Quinta qui et Akzucia (*sic descr. Wilmanns*; Arzucia *coni. Schmidt*).

al *voculam celticam putabat* AVSON. 349, 5 dic quid significent catalepta Maronis? in his 'al' Celtarum posuit. sequitur non lucidius 'tau'. *spectabat* VERG. catal. 2, *correxit tamen in editione altera errorem ita ut de* tau *solo ageret.* *V.*

āla, -ae *f.* [*i. q. theodisc.* ahsala *anglosax.* eaxl 'ala, umerus', *cf. c.* axilla. *Th.*]. CIC. orat. 45, 153 *v. sub* Ahala *p. 1443, 49.* ISID. orig. 12, 7, 6 vocatae ... alae eo quod iis aves complexos alant ac foveant pullos. *scriptum in codd.* hala *ex. gr.* CAPITOL. Pert. 2, 2 GLOSS. II 68, 10. *formae disyllabae apud dactylicos in hexametro fere semper pedem obtinent sextum. usque ad* TAC. *non multos locos omisi.* [*it.* ala, *francog.* aile, *hisp.* ala. *M.-L.*] *de significatione*: SERV. ecl. 6, 14 alae ... et volucrum sunt et navium.

I *penna.* GLOSS. πτέρυξ, πτερόν, πτερὸν ὀρνέου; alā πτέρυγι; alae πτέρυγες; *cf.* HIER. in Ezech. 4, 16, 8 p. 150 amictum expandit pro alis: hoc enim interpretatur πτερύγιον. LACT. opif. 5, 3 *in tertio genere animalium* priora illa neque pedes neque manus sunt, sed alae, in quibus pinnae per ordinem fixae volandi exhibent usum. DIFF. Suet. p. 307, 29 ISID. orig. 12, 7, 6. *coniunguntur saepius cum aliis corporis partibus velut* LVCR. 6, 835 pinnarum nisus ... et conamen ... alarum. VERG. Aen. 4, 180 pedibus et ... alis (Ov. met. 8, 255 PLIN. nat. 10, 103). Ov. met. 7, 269 ipsis cum carnibus alas. 13, 614 alasque adversaque pectora. CELS. 2, 18 p. 65 colla alaeve. COLVM. 8, 2, 10 pectora ... alae ... caudae. 8, 7, 2 alis atque clunibus. PLIN. nat. 10, 8 specie ... alis ... reliqua magnitudine. 10, 42 alae ... corpus. 11, 249 alas ... suffraginem. 30, 149 alis et cruribus. QVINT. inst. 2, 4, 18 rostro atque alis. SCHOL. Germ. Bas. p. 67 in capite ... in singulis umeris ... in sinistra ala ... in dextra ab umero et ab ultima pinna ... cubitis ... *similiter* p. 85 *et* HYG. astr. *hic illic.* ANTH. 132, 3 ora ... crista ... barba ... alae colla comae pectus femur inguina cauda. CARM. poet. min. V 68, 59 per caput dextramque alam. AMBR. hex. 5, 14, 45 caudae ... alarumque. HIER. tract. in psalm. 91 p. 122, 17 tubam vocis ... alas. ISID. orig. 12, 2, 17 alis et facie. 12, 7, 6—8. *commemorantur partes alarum* pennae, plumae, umeri, articuli, venae, vola *sim., alia ad alas pertinentia* color, magnitudo, qualitas, motus, sonitus, *sim.*

proprie: A *animalium volatilium.* 1 *avium: generaliter*: CINC. Gell. 16, 4, 6 *alae exercitus* dextra sinistraque tamquam alae in avium corporibus locabantur. LVCR. 5, 1039 alituum ... genus alis omne videmus fidere. 6, 835 *de avibus Avernum lacum supervolantibus*: conamen utrimque alarum proditur omne. hic ubi nixari nequeunt insistereque alis.... Ov. met. 1, 308 in mare lassatis volucris ... decidit alis. ars 1, 391 non avis utiliter viscatis effugit alis. PAVL. FEST. p. 156 avis cum quattuor alis. FEST. p. 197 *alites* alis ac volatu *auspicium faciunt.* 406. CELS. 2, 18 p. 65 ex avibus ... alae ... infirmissimis *membris* adnumerantur. PLIN. nat. 10, 42 omnibus *avibus uncorum unguium* alae grandes. 10, 111 expandunt alas pendentesque raro intervallo quatiunt ⟨aliae⟩ *aves*, aliae crebrius. 10, 149 *ut pullus* dextram ... alam supra caput *habeat.* 11, 249 aves ... alas in priora curvant. 12, 24 folium *fici* alas avium imitatur. VAL. FL. 2, 264 *avis capta* inrita concitat alas. STAT. Theb. 2, 39 summos nec praepetis alae plausus adit colles. 3, 471 te, *Iuppiter*, pernicibus alis addere consilium. 10, 462 *ni mater volucrum* amantibus increpet alis. TERT. orat. 29 *aves* alarum crucem pro manibus expandunt. NEMES. cyn. 318 illic ... greges florentibus alis invenies avium. LACT. opif. 5, 3. HIL. in psalm. 56, 3 avibus naturae est infirmitatem pullorum alis inumbrare. SERV. Aen. 4, 121 quia *equites* pedites tegunt alarum vice (11, 604). VEG. mil. 2, 1. AMBR. hex. 5, 14, 45 *et piscibus et avibus* alarum ... remigium *suppetit.* VVLG. sap. 5, 11 tamquam avis ... cuius ... sonitus alarum verberans levem ventum et *quae* ... commotis alis transvolavit. Dan. 7, 6 alas habebat *bestia* quasi avis quattuor. CLAVD. carm. min. 27, 39 solitae medios alae transcurrere nimbos vix ima tolluntur humo. PAVL. NOL. carm. 23, 15 *volucres variae* versicoloribus alis. AVG. serm. ed. Mai 75, 4 habuit *caecus* manus metantes itinera, quae quasi alae vel remi totam molem corporis gubernabant. 126, 12 talem tibi puta istam sarcinam *Christi*, qualis est avibus sarcina alarum. alarum sarcinas si aves habuerint, sublevantur; si detractae fuerint, in terra remanebunt. BOETH. categ. 2 p. 224ᴬ *sq.* CASSIOD. in psalm. 16, 9 *aves* caros filios alarum suarum extensione custodiunt (35, 7). 60, 3 quod alae avium in modum palmarum quasi quaedam costae pulcherrimae porriguntur. deinde quia sic defendunt, ut onerare non possint. tertio quoniam aestus et frigoris inclementiam a dilectis pullis ... depellunt. DIFF. Suet. p. 307, 29 ISID. orig. 1, 36, 3. 11, 1, 65. 12, 7, 6. 12, 7, 3 quod *alites* alis alta intendant et ad sublimia remigio alarum conscendant. 12, 7, 4 *vola* in avibus media pars alarum dicitur.

speciatim de singulis avium generibus; saepe etiam de avibus astris et de avibus ex hominibus vel aliis rebus mutatis sive quarum sub figura dei latent. PLAVT. Bacch. 51 (*in imagine*) duae unum expetitis palumbem, perii (*prope Ritschl*) harundo alas verberat. ENN. trag. 357 *galli* plausu ... premunt alas (VARRO rust. 3, 9, 20 evulsis ex alis *gallinarum* pinnis. LVCR. 4, 710 noctem explaudentibus alis *galli.* COLVM. 8, 2, 10 lacertosaeque similes bracchiis alae *gallorum.* 8, 7, 2 pluma omnis ... sub alis *gallinae* ... detergetur. PETRON. 33 gallina ... lignea patentibus in orbem alis. ITALA *et* VVLG. Matth. 23, 37 sicut gallina congregat pullos suos sub alas *sim.* CORIPP. Iust. 1, 200). CIC. Arat. 54 propter pinnati corporis (*i. Alitis Avis astri*) alam. VERG. ecl. 6, 81 quibus ... sua tecta super volitaverit alis (*cf. l. 63*) *Philomela* (CARM. de aegr. Perd. 38 circumvolat alis *Filomela.* VEN. FORT. carm. 7, 1, 9 quamvis *philomela* longo spatio lassaverat alas). georg. 1, 382 corvorum increpuit densis exercitus alis (Ov. met. 2, 535 corve loquax nigrantes versus in alas. LIV. 7, 26, 5 levans se alis *corvus.* CVRT. 4, 6, 11 in qua [*turri*] alis haerentibus *corvus* ... capitur. QVINT. inst. 2, 4, 18 GELL. 9, 11, 7. CORIPP. Ioh. 6, 96 *cum pullos* pansis ... fovens complectitur alis). VERG. Aen. 1, 397 *ut cycni* ludunt stridentibus alis (MANIL. 1, 341 diductas volitat *Cycnus* stellatus in alas. GERM. 283 laeva fugit *Cycnus* instantem sibi Pegason ala. SEN. Phaedr. 301 candidas ales modo movit alas *Iuppiter* dulcior vocem moriente cycno. *cf.* dial. 7, 26, 6. SCHOL. Germ. Bas. p. 85, 4 *Cycnus* habet stellas ... in alis utrisque opimas. CLAVD. 28, 174. Ov. met. 6, 109 olorinis Ledam recubare sub alis. 10, 718. MANIL. 5, 366 in caelum nitidis Olor evolat alis. STAT. Theb. 9, 860 *ut olor* trepidas in pectora contrahit alas. HYG. astr. 3, 7 *Oloris* una ala est ..., sinistram autem alam habet *alibi.* 4, 2 p. 100, 2. CLAVD. 18, 348 nigrantibus alis ... olor. CARM. poet. min. V 68, 59). VERG. Aen. 5, 217 neque commovet alas *columba* (5, 515 alis plaudentem ... columbam. PLIN. nat. 10, 108 *de columbis ludentibus: strepitus* non nisi ipsis alarum umeris eliditur. 10, 109 auro *columbarum* insectis alarum articulis. 29, 126 vena ... sub ala *columbarum.* SIL. 3, 682 *columba* in Libyen niveis transnavit ... alis. FRONTO p. 230, 2 N. ut columbae alis plaudere[nt]. HIER. epist. 119, 10 adsumptis alis columbae [143, 1]. PRVD. ham. 810 implicitas gluten circumligat alas *columbarum*). VERG. Aen. 7, 191 sparsitque coloribus alas *pici Circe.*

VERG. Aen. 11, 756 *aquila* aethera verberat alis; *cf.* Ov. met. 4, 364 *serpens* spatiantes implicat alas *regiae alitis.* 8, 146 fulvis haliaeetus alis. 12, 566 qua iungitur ala *aquilae.* 12, 570. LIV. 1, 34, 8 aquila suspensis demissa ... alis. MANIL. 5, 488 *Aquila* extentis praedam circumvolat alis. SEN. dial. 7, 26, 6. PLIN. nat. 6, 122 aquilae pandentis alas. 10, 8 oripelargus (*aquilae genus*) ... alis minimis. 10, 9 aquilā *haliaeto* ... ictu abigente alae *aquaticas aves.* 10, 17 *draco* multiplici nexu alas *aquilae* ligat. SIL. 13, 840 quantum resonat plangentibus alis armiger ... Iovis. STAT. Theb. 1, 548 Phrygius fulvis venator (*Ganymedes*) tollitur alis *aquilae* [CARM. epigr. 346, 1]. 3, 541 illum (*victorem aquilam*) ... tenerae deponitis alae (*voc. plur.*). APVL. flor. 2 p. 7 aquila ... evecta alis. p. 8 velificatas alas quo libuit advertens *aquila.* HYG. astr. 3, 15 Aquila ala dextra non multum extra circulum aequinoctialem prodit. CARM. poet. min. V 68, 67 Ganymedeae raptricis transilit alam. VVLG. exod. 19, 4 (*in imagine*) quomodo portaverim vos super alas aquilarum. deut. 32, 11 sicut aquila ... expandit alas suas. Ier. 48, 40. 49, 22 (?). Ezech. 17, 3 aquila grandis magnarum alarum. 17, 7. Dan. 7, 4 prima *bestia* ... alas habebat aquilae. apoc. 12, 14. CLAVD. 16, 13 armigeros ... duos aequalibus (*cf. p. 1466, 14*) alis misit *Iuppiter.* carm. min. app. 10, 1 mensa coloratis aquilae sinuatus in alis. PAVL. NOL. carm. 24, 870 alā pares *aquilae* immobili. VERG. Aen. 12, 866 *de Dira latente sub strigis vel bubonis figura*: clipeum ... everberat alis (12, 869. 12, 876 Ov. met. 5, 546 Ascalaphus *factus bubo* ... fulvis amicitur in alis [*lectio incerta*]. 7, 269 *adicit Medea* strigis infames ... alas. STAT. Theb. 3, 514 planctumque imitantibus alis *dirarum volucrum, strigum, bubonum.* APVL. met. 3, 21 *Pamphile facta bubo* forinsecus totis alis evolat). CIRIS 51 *ut Scylla facta ciris* sua tecta super volitaverit alis (*cf. supra l. 9.* 487 aeriis ... sublimem sustulit alis *Amphitrite Scyllam mutatam.* 515 ut *ciris* sese ... ad caelum stridentibus extulit alis). PROP. 4, 1, 105 si quis motas cornicis senserit alas. Ov. met. 2, 719 *ut miluus* spem ... suam (*i. exta*) motis ... circumvolat alis (HIER. Zach. 5, 9 habebant *Spiritus* alas quasi alas milui). 4, 562 quae *volucres* nunc quoque gurgite in illo aequora destringunt summis Ismenides alis. 5, 331 Cyllenius ibidis alis *latuit.* 7, 382 in qua (*Pleurone*) trepidantibus alis Ophias effugit natorum vulnera Combe. 7, 401 innixamque novis neptem Polypemonis alis. 8, 254 vigor ingenii *Perdicis* ... in alas ... abiit (PLIN. nat. 10, 103 cadit *perdix* ut fractā alā). 8, 545 longas per bracchia *sororum Meleagri* porrigit alas *Diana.* 11, 337 alasque pedes sumpsisse putares *Daedalionis* (11, 341 subitis pendentem sustulit alis *Daedalionem*). 11, 737 dilectos artus *Ceycis* amplexa recentibus alis *Alcyone* (MANIL. 5, 560 contextos umbram fecere per alas *halcyones.* VAL. FL. 4, 49 *halcyone* se sustulit alis). 11, 789 utque novas umeris adsumpserat alas *Aesacos.* 12, 1. 13, 606 levitas sua (*sc. favillae Memnoniae*) praebuit alas (13, 614). 14, 501 cubitique *Acmonis* leves sinuantur in alas. 14, 507 remos plausis circumvolat alis *socius Acmonis.* 14, 577 cineres *Ardeae* plausis everberat alis *ardea coorta.* LIV. 5, 47, 4 alarumque *anserum* crepitu excitus M. Manlius. SCRIB. LARG. 16 palumbi venas, quae sub alis sunt. LVCAN. 5, 714 ubi percussit tensas

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(densas *V*) nŏtus ... alas *gruum* (Plin. nat. 10, 59 ceterae *grues* dormiunt capite subter alam condito. 30, 149 qui nervos ex alis ... gruis habeant). Sil. 4, 108 duris ... ictibus alae *turbabat accipiter columbas* (Itala Iob 39, 13 [Aug. in Iob 39, 13] penna struthionum mixta est alis herodionis et accipitris. Ivl. Val. 1, 8 accipiter ... excitare me pulsu videbatur alarum. Vvlg. Iob 39, 26 *accipiter* expandens alas suas ad austrum). Mart. 13, 70 miraris, quotiens gemmantes explicat alas *pavo*? (Clavd. 18, 109 patricius roseis pavonum ventilat alis. rapt. Pros. 2, 97 non tales volucer pandit Iunonius alas). Ser. Samm. 858 diri vulturis alam *torres* (Sidon. carm. 7, 357 iam prope fata tui [*Roma*] bis senas vulturis alas complebant). Ps. Lact. phoen. 53 *phoenix* ter alarum repetito verbere plandit (130 alarum *phoenicis* pennas insignit ... iris. Ambr. hex. 5, 23, 79 induit *phoenix* alarum remigia. Drac. Romul. 10, 107 *sic phoenix* verberat alas). Ambr. hex. 5, 16, 55 *veteres ciconias* alarum remigio nudatas. Vvlg. Iob 39, 18 in altum alas erigit *struthio*.

2 *insectorum*: Verg. georg. 4, 27 *ut apes* possint ... alas pandere ad aestivom solem (4, 82 *reges* ... insignibus alis. 4, 106 tu regibus alas eripe. 4, 203 saepe ... duris ... in cotibus alas attrivere *apes*. Colvm. 9, 10, 3 *rex melior* ipse spoliandus est alis. *ibid.* retinebimus erronem ducem detractis alis. Lvcan. 9, 286 *simul examina* non miscent nexibus alas. Plin. nat. 11, 19 ut alas *apes* a rore protegant. 11, 28 fucus ademptis alis in alvum reiectus ipse ceteris adimit. 11, 54 si quis alam ei [*regi*] detruncet. Stat. Theb. 10, 577 deficientibus alis amplexae *apes* ... domum. Pallad. 7, 7, 7 Boeth. categ. 2, 224[A]. Coripp. Ioh. 4, 302). Plin. nat. 7, 85 *quadrigam* musca integeret alis (34, 83. 36, 43). 11, 65 *papilio* fila ... araneosa, quacumque incessit, alarum maxime e lanugine obtexit. 11, 103 madefactis nocturno umore alis *locustarum* (Vvlg. apoc. 9, 9 vox alarum *locustarum*). 11, 118 alae *cantharidum* medentur, quibus demptis letale est. 18, 252 *de insecto quodam*: ut fulgor igni similis alarum conpressu obtegatur. Mart. 11, 18, 5 argutae ... ala ... cicadae. Hier. tract. in psalm. p. 122, 17 *culex* habet ... alas.

3 *vespertilionis*: Ov. met. 4, 411 sustinuere ... se *Minyeides vespertiliones factae* perlucentibus alis. 4, 425 *potuit Bacchus* triplices operire novis Minyeidas alis? Plin. nat. 11, 228 *vespertilionum* alae ... articulos habent. 30, 97 vespertilionis alis *perungui*. Ser. Samm. 664 avis tremulis simulat quae pellibus alas. Macr. sat. 7, 16, 7 vespertilio volat ... pellitis alis. Boeth. categ. 2 p. 224[A].

4 *piscium, grypum, serpentum*: Serv. ecl. 8, 27 alis et facie *grypes* aquilis similes sunt. Ambr. hex. 5, 14, 45 *avibus et piscibus* similiter caudae suppetit alarumque remigium, ut pisces ad priora se alis subrigant atque ad ulteriora procedant (Evstath. Bas. hex. 8, 2 p. 947). Avg. gen. ad litt. 3, 6 *alites* ita nituntur pennis volantes, quemadmodum pisces quibusdam suis alis natantes. Sidon. carm. 22, 71 ne forte *ales gryps* citato alarum strepitu ... frangat habenas. Isid. orig. 12, 4, 29 in Arabia ... serpentes albi sunt cum alis.

B *fabulose deorum daemonum hominum, rerum personatarum*: Cic. Arat. 13 *Piscium alter* horrisonis Aquilonis tangitur alis (nat. deor. 2, 111 auris). Prop. 1, 20, 29 *Hylas* sub extrema pendens secluditur ala *prolis Aquiloniae*. Ov. met. 1, 264 madidis Notus evolat alis. 6, 707 Orithyiam amans fulvis amplectitur alis *Boreas*. trist. 3, 10, 45 quamvis Boreas iactatis insonet alis. Ib. 201 cum tristis hiems Aquilonis inhorruit alis. Val. Fl. 1, 577 omne dei *Boreae* rapidis nemus ingemit alis. 1, 611 nocti concolor alas *Notus*. 4, 502 genitor ... impulit alas *prolis Aquiloniae*. 4, 527 *de eisdem*: uterque ... dubiis ... elanguit alis. 6, 494 *quibus* (*liliis*) fuscis ... Notus imminet alis. Sil. 1, 589 ipsas alis plangit *Boreas* stridentibus Alpes. 3, 524 Corus ... nives fuscis agit horridus alis. 7, 257 venti ... nullas ... movent in frontibus alas. 9, 515 *Vulturnus* versos agit a tergo stridentibus alis. 12, 617 hinc Notus, hinc Boreas, hinc fuscis Africus alis bella movent. 14, 124 *molem maris* stridentibus affremit alis *Boreas*. 17, 249 nigrantibus alis ... Boreas. Cypr. Gall. iud. 39 explicat alas Auster. Ps. Rvfin. in Os. 4, 17 p. 988[D] ventorum alis innixi. Rvt. Nam. 1, 631 madidis ... Africus alis. Verg. Aen. 1, 301 volat ille (*Maia genitus*) per aera magnum remigio alarum. 4, 240 *talaria aurea Mercurium* sublimem alis sive aequora supra seu terram ... portant. 4, 252 paribus (*cf. p. 1466, 14*) nitens Cyllenius alis. Ov. met. 1, 671 parva mora est *Pleiade nato* alas pedibus ... sumpsisse. 2, 708 hinc se sustulerat paribus caducifer alis. 8, 627 venit Atlantiades positis caducifer alis. epist. 15, 61 actus velocibus alis Atlantis ... Pleionesque nepos. fast. 4, 605 Tartara ... adit sumptis caducifer alis. Stat. Theb. 1, 304 summa pedum ... plantaribus *Atlantiades* inligat alis. Avg. civ. 7, 14 alas *Mercurii* ... in capite et pedibus. Macr. sat. 1, 19, 8 simulacra Mercurii pennatis alis adornantur. Verg. Aen. 1, 689 alas exuit *Amor*. Tib. 2, 2, 17 strepitantibus advolet alis *Amor*. Prop. 1, 9, 23 nullus Amor cuiquam faciles ita praebuit alas, ut. 2, 12, 5 ventosas addidit alas *Amori*. Ov. ars 1, 233 vinaque cum bibulas sparsere Cupidinis alas. 2, 19 habet *Amor* geminas, quibus avolet, alas. rem. 39 movit Amor gemmatas ... alas. 701 nec nos purpureas pueri (*Amoris*) resecabimus alas. am. 2, 9, 49 tuis ventosior alis, *Cupido*. 3, 9, 9 adspice, demissis ut eat miserabilis alis *puer Veneris*. Sil. 11, 411 mittit se caelo niveis exercitus *Cupidinum* alis. Mart. 8, 51, 13 terga premit pecudis geminis Amor aureus alis. Carm. de aegr. Perd. 56 pinnam de propriis ardentibus abscidit alis *Amor*. Apvl. met. 6, 22 alisque pernicibus caeli penetrato vertice ... Iovi supplicat Cupido. Spart. Ael. 5, 10 quod cursoribus suis exemplo Cupidinum alas frequenter adposuit. Avson. 325, 46 umbram dispulit ... Amor stridentibus alis. Serv. Aen. 1, 690 siquidem Cupido alis tantum depositis Ascanius fuit. Clavd. 10, 48 *Amor* totas ... explicat alas. Sidon. carm. 11, 58 *Amor* pedes adverberat alis. Drac. Romul. 10, 98 *Amor* fluctibus e mediis surgens ... quatit impiger alas. Verg. Aen. 3, 226 *harpyiae* ... magnis quatiunt clangoribus alas (*exhibet* Serv. auct. resonant magnis stridoribus alae). Val. Fl. 4, 453 alis ... et sonitu mihi nota Celaeno. 4, 497 stridunt alae *Harpyiarum*. Verg. Aen. 4, 180 *Famem* celerem et pernicibus alis. 9, 14 in caelum paribus (Serv. auct. id est aequalibus) se sustulit alis *Iris* (5, 657). Val. Fl. 7, 398 hic se profugam volucri Thaumantias ala sustulit. Verg. Aen. 6, 19 tibi, Phoebe, sacravit *Daedalus* remigium alarum. Ov. met. 8, 201 geminas opifex *Daedalus* libravit in alas ipse suum corpus. 8, 209 ignotas umeris *Icari* accomodat alas *Daedalus* (ars 2, 67). 8, 216 movet ipse suas et nati respicit alas (ars 2, 73). 9, 742 ipse licet revolet ceratis Daedalus alis. ars 2, 61 sive humiles propiore freto iactabimus alas. epist. 17, 49 nunc daret audaces utinam mihi Daedalus alas. fast. 4, 283 lapsas ubi perdidit alas Icarus. trist. 3, 4, 21 ut tutas agitaret Daedalus alas. Sen. Herc. O. 688 patriasque puer *Icarus* despicit alas. Val. Fl. 1, 705 comes *Daedali* brevioribus alis. Sil. 12, 98 non felicibus alis ... plaudentem vidit freta *Daedalus Icarum*. 12, 103 audacis exuit alas *Daedalus*. Mart. 4, 49, 5 puero liquidas aptantem Daedalon alas. Ivv. 3, 25 fatigatas ubi Daedalus exuit alas. Anth. 199, 91 rogat Icarus alas. Verg. Aen. 7, 408 fuscis tristis dea *Allecto* tollitur alis. 7, 476 Allecto in Teucros Stygiis se concitat alis. 7, 561 *Allecto* attollit stridentis anguibus alas. Clavd. 3, 122 veloces per Tartara concutit alas *Megaera*. Verg. Aen. 8, 369 *Nox* fuscis tellurem amplectitur alis. Manil. 3, 194 cum obducta nigris nox orbem texerit alis. 5, 60 nigras nox contrahit alas. Avien. Arat. 674 informem taetris tellurem ut vestiat alis *nox*. Ven. Fort. carm. 8, 3, 235 nunc sine te fuscis graviter nox occupat alis. Verg. Aen. 12, 848 ventosasque addidit alas *Nox Diris*. Hor. carm. 2, 17, 25 volucrisque *Fati* tardavit alas. sat. 2, 1, 58 seu *Mors* atris circumvolat alis. Sen. Oed. 165 *Mors* omnes explicat alas. Tib. 2, 1, 89 fulvis circumdatus alis *Somnus*. Prop. 1, 3, 45 dum me iucundis lapsam sopor inpulit alis. Ov. met. 11, 650 *Morpheus* volat nullos strepitus facientibus alis. Sil. 10, 344 ut mollibus alis des victum mihi, Somne, Iovem. Stat. Theb. 10, 148 cum ... umentibus alis incubuit *Somnus*. Ach. 1, 620 totis ubi somnus ... alis defluit. Fronto p. 229, 18 Iuppiter alas ... Somno adnexuit. Clavd. 5, 325 nigras ... Sopor diffuderat alas. Coripp. Ioh. 3, 456. 7, 15. Prop. 2, 30, 4 si *Persei* moverit ala pedes. Ov. met. 4, 616 aera carpebat ... *Perseus* stridentibus alis. 4, 699 *Perseus* alis ... ausus iactatis ire per auras. 4, 724 *Perseus* morsus velocibus effugit alis. Manil. 5, 592 quantis hic subvolat alis Perseus. Ov. met. 5, 288 quam (*vim*) nos (*Musae*) sumptis effugimus alis. 5, 558 super fluctus alarum insistere remis (pennis *codd. opt.*) optastis, *Sirenes*. Clavd. rapt. Pros. 3, 254 rapidis Acheloides alis sublatae. Isid. orig. 11, 3, 31 *Sirenes* alas ... habuisse *fictae sunt*. Ov. fast. 6, 527 *rumor*, ut est velox, agitatis pervolat alis. Sil. 6, 552 rapidos perfusa cruoribus alas *Fama*. Stat. Theb. 5, 692 *Fama* geminos alis amplexa tumultus. Clavd. 22, 408 iam Fama loquacibus alis pervolat Oceanum. 26, 201 Fama ... nigrantes succincta pavoribus alas. Ennod. epist. 224, 3 *famam* mille alarum fabricatam remigiis. Coripp. Ioh. 7, 288. Ov. trist. 2, 171 Ausoniumque ducem *Victoria* solitis circumvolat alis. Sil. 15, 99 niveis Victoria ... alis. 15, 737 ad Rutulos Victoria verterat alas. Lampr. Alex. 14, 2 pater eadem nocte in somnis vidit talis (alis *Peter probabiliter*) se Romanae Victoriae ... ad caelum vehi. Avson. 332, 33 hoc mihi praepetibus Victoria nuntiat alis. Gratt. 348 *Orcus* ... nigris orbem circumsonat alis. Manil. 1, 226 ultima, *Luna*, ad Hesperios infectis volveris alis. Germ. 694 fidentem *Pegason* alis. Sil. 14, 576 Gorgoneasque ferens ad sidera Pegasus alas. Clavd. 8, 558 ipse tibi famulas praeberet Pegasus alas. Sidon. carm. 5, 544 num Pegasus *me* alis adiuvit ...? 22, 81 crinisatas iungebat Pegasus alas. Sen. Oed. 96 *cum Sphinx* aptaret alas. Stat. Theb. 2, 517 cessantibus alis *Sphingis*. Sen. Phaedr. 1141 volat ambiguis ... alis *hora*. Val. Fl. 6, 527 qualis roseis it *Lucifer* alis. Stat. Theb. 1, 51 penates servantem ... adsiduis circumvolat alis saeva *dies* animi. Avien. Arat. 286 quae pernicibus alis ... pilae vertis (*sic Grotius*; vestis *codd.*) vestigia (*i. Fortuna*). 2, 350 *Virgo* caelum pernicibus intrat diva alis. Schol. Germ. Bas. p. 67, 16 *Virgo* habet ... in sinistra ala obscuram *stellam*. Clavd. 20, 231 turpis et infernis (-as *Birt secundum* φ) tenebris obscurior alas *Bellona*. Mart. Cap. 8, 811 alae *divae cuiusdam* cum pennis hyalinis. *christiani de Cherubim Seraphim Christo angelis*: Vvlg. *saepe ut* exod. 25, 20 *Cherubim* expandentes alas (Cypr. Gall. exod. 1080 *Cherubinos* alarum splendore pari). 37, 9 extendentes alas. III reg. 6, 24 quinque cubitorum ala cherub una, ... quinque cubitorum ala cherub altera. II 8, 7 Cherubim expandebant alas super. Is. 6, 2

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sex alae uni *Seraph* et sex alae alteri. ANTH. 16, 85 in caelum paribus se sustulit alis *Christus*. AVG. serm. ed. Mai 168, 3 *Gabrihelis* per auras alarum velificante navigio. *de cultus visionum animalibus et rebus*: VVLG. Ezech. 1, 23 unumquodque *animal visionis* duabus alis velabat corpus. 1, 24. 25. 3, 13 *audivi* vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram. Dan. 7, 4 donec evulsae sunt alae eius (*bestiae*). 7, 6. Os. 4, 19 ligavit eum (*Israel*) Spiritus (*i. ventus*) in alis suis. Zach. 5, 9 Spiritus in alis earum (*mulierum*) et habebant *mulieres* alas quasi alas milui. apoc. 4, 8 singula eorum (*animalium*) habebant alas senas. HIL. euang. 50 quattuor altum circumdant solium variis animantia formis: primum hominis facies, aliud sunt ora leonis, inde aquilae vitulique caput. his omnibus alae.

translate, in imagine: *de velocitate*: VERG. Aen. 8, 224 *de Caco*: pedibus timor addidit alas (*cf.* PAVL. NOL. carm. 15, 333). MANIL. 5, 160 quo sidere natis vix alas natura negat. VAL. FL. 7, 546 spesque addidit alas *Aeetae*. SIL. 16, 351 tum sibi fecerat alas *Astur equus*. 16, 506 tantis venientibus . . . alis (*equis quasi alatis*). APVL. met. 6, 26 timor ungulas mihi alas fecerat. *apud christianos varie*: LACT. inst. 4, 26, 36 populum . . . congregatum sub alas suas (*Christi*) esse venturum (*cf.* VVLG. Matth. 23, 37). AMBR. epist. 29, 17 *ut anima nostra* renovatis alarum remigiis alta petere non reformidet. virg. 1, 8, 44 sume alas virgo . . . ut supervoles vitia, si contingere cupis Christum. 1, 10, 61. HIER. epist. 119, 4 *regna caelorum* alarum levitate subnixos habitatores desiderant. VVLG. exod. 19, 4 quomodo portaverim vos super alas aquilarum. Ruth 2, 12 deo Israel . . . sub cuius confugisti alas. psalm. 16, 8 sub umbra alarum tuarum protege me. 35, 8 in tegmine alarum tuarum. 56, 2. 60, 5 in velamento alarum tuarum. 62, 8. Is. 8, 8 erit extensio alarum eius (*dei*). PAVL. NOL. carm. 16, 123 *deus Christus* Felicem . . . suum sacris velaverat alis. epist. 32, 6 p. 282, 17 vestra (*Clari, Martini*) . . . nos . . . protegat ala sinu (VEN. FORT. carm. 10, 7, 58 apostolici vos tegat ala viri. 10, 14, 4 confessoris protegat ala potens). AVG. civ. 17, 5 adduntur et alae (*sc. deo*). *interpretantur talia allegorice velut* CARM. adv. Marc. 4, 198 *quater sex* alarum numerus antiqua volumina signat. HIER. epist. 120, 1 *alae deargentatae* intelliguntur eloquia scripturarum. in Ezech. 4, 16, 8 p. 150 misericors deus expandit alas suas. AVG. in psalm. 16, 8 in tegmine alarum protege me: in munimento caritatis et misericordiae tuae protege me. 103, 13 alas . . . habent bonas et liberas . . . animae bene operantes praecepta dei habentes caritatem de conscientia pura et fide non ficta. 138, 12 duas alas, duo praecepta caritatis. 149, 5 quae sunt duae alae caritatis? dilectio dei et proximi. conf. 4, 16, 31 *ut parvuli tui, Christe*, alas caritatis alimento sanae fidei nutrirent. EVCHER. form. 4 alae: duo testamenta; in Ezechiele unumquodque duabus alis velabat corpus suum. ARNOB. in psalm. 16 umbra alarum pro affectu domus divinae ponitur. 35 in protectione alarum *domini* . . ., id est in expansione manuum in cruce fixarum. CASSIOD. in psalm. 16, 9 sub umbra alarum tuarum protege me: . . . paternis . . . protectionibus alae sunt comparatae. misericordia quippe et caritas quasi alae sunt patris, quibus se protegi congruenter expostulat. 35, 7 alae . . . sunt domini praecepta novi et veteris testamenti. PRIMAS. in apoc. 1, 4. 3, 12. *de rebus*: ARNOB. nat. 2, 30 *typhi et arrogantiae* alis cuncti extollimur. GAVDENT. serm. 14 alas fidei mens credentis assumit. *ibid.* istas fidei alas haeretici non habentes. HIER. epist. 108, 7. 145 virtutum tuarum (PROSP. epigr. 7, 7). in Is. 56, 45 p. 658 virginitatis.

II ***axilla, subbracchium***: GLOSS. μασχάλη; alae μασχάλαι, μάλαι. II 364, 33 sub ala μάλη ἀνθρώπου. DION. HAL. ant. 12, 4 ἄλας . . . καλοῦσι Ῥωμαῖοι τὰς μάλας. ISID. orig. 11, 1, 65 alae subbrachia sunt appellatae eo quod ex eis in modum alarum motus brachiorum inchoat, quas quidam ascillas vocant. *alias corporis partes una cum* ala *exhibet maxime* CELS. *infra l. 69 sqq.* *de hominibus*: PLAVT. Pseud. 738 ecquid sapit? :: hircum ab alis. Persa 307 subnixis alis me inferam. Poen. 871 meae alae pennas non habent. CATVLL. 69, 6 fertur valle sub alarum trux habitare caper. 71, 1 si quoi iure bono sacer alarum obstitit hircus (qua viro — sacrorum *codd.*). HOR. epod. 12, 5 sagacius . . . odoror, polypus an gravis hirsutis cubet hircus in alis. epist. 1, 13, 12 ne forte sub ala fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum. OV. ars 3, 193 ne trux caper iret in alas. CELS. 5, 26, 3 p. 186 venas in alis vel poplitibus. *ibid.* non in alis tantum atque poplitibus. *ibid.* in alis vel feminibus vel inanibus locis vel in articulis vel inter digitos. 5, 26, 31 p. 196 inter ungues et alas vel inguina. 5, 28, 7 p. 210 in alis et inguinibus. in mammis quoque feminarum. 5, 28, 10 p. 211 aut in cervice aut in alis aut in inguinibus. 5, 28, 11 p. 212. 7, 2 p. 264. 265. 7, 6 p. 271 in cervice et in alis et in lateribus. 7, 29 p. 318 uncus alae iniciendus. 7, 33 p. 321 inter ungues alasque aut inguina. 8, 8, 1 p. 342 a dextro . . . iugulo . . . ad alam sinistram; a sinistro ad dextram, rursusque sub ala. 8, 10, 2 p. 347. 348. 8, 15 p. 355 umerus . . . modo in alam excidit, modo in partem priorem. si in alam delapsus est. . . . p. 356 *saepius*. SEN. epist. 56, 2 dum vellit alas. 114, 14. PETRON. 77 tu viperam sub ala nutricas. 128 alarum . . . sudor. PLIN. nat. 11, 198 titillatu . . . alarum ad quas subit *membrana*. 11, 236 plerisque *mulieribus* . . . totis mammis atque etiam alarum sinu fluit *lac*. 21, 116 intertriginum et alarum vitiis perfrictionibusque. 21, 142. 22, 72 alarum . . . et feminum vitia. 22, 87 graveolentiam alarum. 23, 164 alarum perfusiones. 24, 187. 30, 41. 132. 31, 122 alarum virus. 35, 184. IVV. 10, 178 madidis cantat quae Sostratus alis. 11, 157. 14, 195 grandes miretur Laelius alas. ITALA Esth. 15, 11 (*cod. Corb.*) *rex* accepit eam (*Esther*) sub alis suis (VVLG. ulnis). Luc. 2, 28 (*cod. d*) accepit *Simon* eum (*Christum*) in alas suas (εἰς τὰς ἀγκάλας. VVLG. in ulnas). PORPH. Hor. epist. 1, 5, 29 odorem alarum eorum, qui hirci dicuntur. SER. SAMM. 666 quascumque voles avertere saetas atque in perpetuum rediviva obcludier ala corporibus vulsis saniem perducito ranae (*locus obscurus*; obcludere *B*). CASS. FEL. 18 p. 27 *membra complicari* post aurem vel sub ala. SIDON. epist. 3, 13, 8 alarum specubus hircosis. *de animalibus*: PLIN. nat. 9, 159 ranae superveniunt prioribus pedibus alas feminae mare adprehendente. 11, 233 *elephans duas mammas* citra (?) in alis occultas *habet*. 29, 35 sordes pecudum sudorque feminum et alarum adhaerentes lanis — oesopum vocant. PALLAD. 1, 24, 2 inducunt *columbae* alias, si . . . hirci alarum balsami liquore tangantur (*an de hominibus appellatis hircis?*).

III ***de variis rebus,*** *plerumque translate*: PLAVT. Amph. 326 (*iocose*) vox mi ad aures advolavit. :: ne ego homo infelix fui, qui non alas intervelli: volucrem vocem gestito. SERV. auct. georg. 1, 75 nonnulli proprie calamos lupinorum alas dici putant, ut Aelius alae ex lupino s∗liis, Cato in originibus alae ex lup∗ leg∗ . . . ⟨Varro⟩ de lingua latina alam culmum fabae dic∗. PLIN. nat. 16, 22 *quercus hemeris* alas . . . ramorum crebro cavata. 16, 29. 22, 45 sub alis foliorum *chamaeleonis*. 25, 38 *Hermu poa* densis alarum cavis multis. 27, 11 *aethiopis habet* caulem . . . multis concavum alis. 27, 71. 96. 105. 108. SALL. hist. frg. inc. 12 parvis . . . velorum alis demissis. VERG. Aen. 3, 520 velorum pandimus alas. VAL. FL. 2, 579 panditur . . . totis . . . carbasus alis. CLAVD. 28, 137. GILD. Brit. 16 chron. III p. 34, 2 alis remorum remigumque brachiis ac velis vento sinuatis vecti. PROP. 4, 6, 47 quod classis centenis remiget alis. HIER. in Is. 18, 1 p. 285 alas navium vela quibus suspenduntur et trahuntur intellige. ISID. orig. 1, 36, 5; *versa vice alae volatilium animalium saepius* remi, remigia *sim. vocantur*. VERG. Aen. 5, 319 fulminis . . . alis. VAL. FL. 2, 97. 6, 56 fulminis . . . rutilas . . . alas. SIL. 8, 476 sacris interpres fulminis alis. VERG. Aen. 9, 575 alis (SERV. pennis) adlapsa sagitta. 12, 319. LIV. 9, 41, 18 umbonibus incussaque ala sternunt⟨ur⟩ hostes (30, 34, 3 ala et umbone pulsantes) *sumit Hauler Archiv 9 (1896) 246 ut videtur iure pro scuto*. VITR. 4, 7, 2 latitudo *aedis* dividatur in partes X. ex his ternae partes dextra ac sinistra cellis minoribus et si quae ibi alae (aliae *GS*) futurae sunt dentur. 6, 3, 4 alis dextra ac sinistra latitudo, cum sit atrii longitudo ab XXX pedibus ad pedes XL, ex tertia parte eius constituatur. ab XL ad pedes L longitudo dividatur in partes tres ⟨semis⟩. ex his una pars alis detur *eqs.* 6, 3, 5. 6. CORP. IX 3523 C. Faesasius . . . P. Appaedius . . . cur(atores) fan(i) porticum alam d(e) pag(i) s(ententia) f(aciendas) c(uraverunt). XIV 4183 M. Servilius Quartus alam expolit. SIDON. carm. 22, 152 quarum unam *porticum* molli subductam vertice curvae obversis paulum respectant cornibus alae. GLOSS. II 14, 18 ἐξέδρα. PAVL. NOL. carm. 24, 883 iste pullus gratiarum filius (*Christus*) . . . cornibus et alis arduae fultus crucis. SIDON. carm. 11, 6 exit in Isthmiacum pelagus claudentibus alis saxorum de rupe sinus. MART. CAP. 6, 638 *Bruttii ac Lucani lateris* promunturium in meridiem austrumque respectans in mare procurrit laevaque ala (*sic Bern. 56 b*; alia *alii*) interioris sinus fluenta complectitur.

IV *creberrima translatio* ***in re militari,*** *partes exercitus in lateribus aciei constitutae mobiliores*: GLOSS. εἴλη, ἱππικὴ τάξις, ἱππικὴ παράταξις, στρατιωτικὴ παράταξις, ἱππικαί alae dicuntur, pars multitudinis, pars multitudinis exercitus, turma, pars exercitus vel equitum, equus (equitatus?), alae equites. IV 429, 4 alae equestri sive ventus (*obscurum*). CINC. Gell. 16, 4, 6 alae dictae exercitus equitum ordines, quod circum legiones dextra sinistraque tamquam alae in avium corporibus locabantur. GELL. 10, 9, 1 vocabula sunt militaria, quibus instructa certo modo acies appellari solet; frons subsidia cuneus orbis globus forfices serra alae turres. LACT. inst. 1, 3, 19 quot *sunt in uno exercitu* legiones, quot cohortes, quot cunei, quot alae. SERV. Aen. 4, 121. 11, 604 alae . . . dicuntur equites, quod alarum vice pedestrem exercitum tegunt. VEG. mil. 2, 1. LYD. mag. 1, 46 ἄλας (ἄλλας *cod.*) . . . ἀντὶ τοῦ ἴλας ἀπὸ ἑξακοσίων ἱππέων (*bis*). ISID. orig. 9, 3, 56 in acie . . . istae fere formae sunt: exercitus classis cuneus nodus alae cornua agmen, quae formae denominatae ab ipsis rebus, de quibus translatae sunt. 9, 3, 62 alae in exercitu triginta (?) equites esse dicuntur. GLOSS. V 264, 34 alae equitum qui⟨a⟩ equites quasi volant et quod in acie extrema (utrimque?) componuntur (IV 307, 11). *constructionis* κατὰ σύνεσιν *quam vocamus exemplum* BELL. Afr. 78, 7. *generalia quaedam*: VEG. mil. 3, 17 si globus hostium . . . alam tuam . . . urguere coeperit. *ibid.* levi armatura peditum alas hostium circumvenire te convenit. 3, 19 unum remedium est, ut alam cornuque replices et rotundes. 3, 20 p. 107 si multitudine adversarius antecedit, a lateribus aut dextram aut sinistram alam circumvenit. *ibid.* sinistram alam tuam a dextra adversarii longius separabis. *ibid.* dextram . . . alam tuam sinistrae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

alae illius (*adversarii*) iunges. 3, 20 p. 108 si quando alam sinistram longe habueris meliorem, tunc ei fortissimos equites peditesque coniunge et in congressu ipsam primam applica ad alam hostium dextram. p. 109 dextram alam tuam sinistrae alae hostium iunge. *ibid.* non ... subito ambas alas tuas incitare te convenit. [3, 26] qui sinistram alam fortissimam habere se novit, dextram alam hostis invadat. [*ibid.*] qui levem armaturam optimam regit, utramque alam hostis invadat. [*ibid.*] de dextra sua sinistram alam hostium pulset.

1 *Romanorum*: *ante bellum sociale: sociorum copiae in cornu legionis collocatae, et equites et pedites. cf.* LIV. 31, 21, 7 in alas divisum socialem exercitum habebat. *utrum equites soli intellegendi sint necne, plerumque genetivus* equitum *additus vel alia similia docent. duces alae sunt* praefecti. *interdum magis latus aciei intellegendum est quam copiae in latere collocatae, velut*: LIV. 25, 21, 10 ab tergo atque alis circumventa acies (VEG. mil. 3, 19 ne ab ala cornuque sinistro ... circumveniantur tui a multitudine hostium). SIL. 2, 84 nec non Veneris iam foedera passae reginam cingunt, sed virgine densior ala est. CATO orig. 99 peditatu, equitibus atque alis cum hostium legionibus pugnavimus. SALL. Iug. 50, 2 ipse (*Metellus*) cum sinistrae alae equitibus esse. LIV. 2, 49, 11 invecta ... ab latere Romana equitum ala. 8, 39, 3 deleto prope equitatu hostium M. Fabius circumductis paulum alis ab tergo pedestrem aciem adoritur. 10, 29, 9 praefectis equitum iussis ad latus Samnitium circumducere alas. 10, 29, 12 Campanorum alam, quingentos fere equites. 23, 45, 7 legionis unius atque alae ... vix toleratis pugnam. 25, 21, 6 prima legio et sinistra ala in primo instructae. 26, 14, 6 *portā Iovis* intromissa legio una et duae alae. 27, 1, 7 quinta legio et sinistra ala. 27, 2, 6 prima legio et dextra ala. 27, 2, 7 dextrae alae sinistra subiit. 27, 12, 14 dextra ala et extraordinarii. 27, 12, 17 signa militaria quattuor de ala ... amissa. 27, 14, 3 sinistra ala ab Romanis et cohortes, quae amiserant signa, in prima acie pugnabant. 27, 42, 2 peditum ... prima legio et dextra ala. 27, 49, 8. 28, 14, 20 eques levisque armatura ⟨ac⟩ velites circumductis alis in latera incurrebant. 29, 1, 11. 31, 21, 7 dextra ala ... in prima acie locata est. 31, 21, 8 M. Furius dextrae alae, legionibus M. Caecilius, equitibus L. Valerius Flaccus ... praepositi. 31, 21, 10 obruere atque obterere ... dextram alam, quae prima erat. 31, 21, 12 dextrā laevāque alae, quae in prima acie pugnabat. 31, 22, 2. 31, 33, 6 alam equitum ad explorandum ... misit. 31, 33, 8. 31, 35, 2 velites et equitum duae ferme alae emissae. 34, 14, 8 dextrae alae pedites equitesque. 35, 5, 1 sinistra sociorum equitum (*om. cod. V, Lipsius*) ala. 35, 5, 6 sinistra ala ex proelio subducta est, dextra in primam aciem subiit. 37, 39, 7 duae legiones Romanae, duae ⟨alae *add. ut videtur recte Crevier*⟩ socium ac Latini nominis erant. 40, 27, 7 Q. Fulvius Flaccus legatus cum dextera ala ad quaestoriam portam positus. 40, 31, 1. 2. 40, 40, 1. 42, 66, 10. 44, 41, 3. VAL. MAX. 2, 7, 9 turmas ... equitum ... in funditorum alas transcripsit. SIL. 4, 93 aderant *duces* rapidis equitum comitantibus alis. 4, 274. 5, 436 vertebat ... alas Othrys. 7, 389 nil miles et alae iuvere aut ... legio. *post bellum sociale: equites e gentium extra Italiam subactarum auxiliis modo legionibus additi modo separatim tenentes.* CIC. off. 2, 45 cum te Pompeius alae [alteri] praefecisset. CAES. *vitavit ut videtur; coniecerunt autem vix iure viri docti* Gall. 7, 22, 5 *et* civ. 1, 85, 6. BELL. Afr. 39, 5 equitatus sui alam sinistram ad intercludendos hostes immisit. 78, 7 Caesar alteram alam mittit ..., qui satagentibus celeriter occurrerent. VELL. 2, 112, 5 fugatae alae, conversae cohortes sunt. 2, 113, 1. 2, 117, 1 trucidatarum ... legionum trium totidemque alarum et sex cohortium. 2, 119, 4. LVCAN. [1, 440] Caesareis Genabos dissolvitur alis. 1, 476 barbaricas ... discurrere Caesaris alas. 2, 466. STAT. silv. 4, 7, 47 signa frenatae alae. 5, 1, 98 frenigerae signum dare ... alae. PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 21 *Domitius Corbulo* duas alas et tres cohortes extra vallum iussit tendere. 4, 1, 28. TAC. hist. 1, 54 tamquam circumdatis cohortibus alisque impetus in legiones pararetur. 1, 60 adgregantibus se Caelio cohortibus alisque. 1, 61 cum aquila quintae legionis et cohortibus alisque. 1, 64 legio Italica et ala Tauriana abductae. 1, 68 Raeticae alae cohortesque. 1, 70 alam Silianam ... accessisse. 2, 14 universam Treverorum alam cum Iulio Classico praefecto misit. *sim. multa in* hist. ann. 1, 49 tramittit duodecim milia e legionibus, sex et viginti socias cohortis, octo equitum alas. 2, 52 legio medio, leves cohortes duaeque alae in cornibus locantur. 3, 42 pellicere alam equitum. *al.* Agr. 18 Ordovicum civitas ... alam in finibus suis agentem prope universam obtriverat. 37 ni ... Agricola quattuor equitum alas ... venientibus opposuisset. PLIN. epist. 3, 5, 3 cum praefectus alae militaret. 7, 31, 2 praeerat alae militari. *ibid.* ego iussus a legato consulari rationes alarum et cohortium excutere. SVET. Aug. 38 praefecturas alarum dedit. *ibid.* binos plerumque laticlavios praeposuit singulis alis. Tib. 30. Claud. 25 equestris militias ita ordinavit, ut post cohortem alam, post alam tribunatum legionis daret. 28 Galba 10 Vesp. 4. VLP. dig. 3, 2, 2 praef. 3, 2, 2, 1 exercitum ... non unam cohortem neque unam alam dicimus, sed numeros multos militum. PAVL. sent. 5, 26, 2. CAPITOL. Pert. 2, 2 in Moesia rexit halam. CHAR. gramm. I 107, 20 praefecti alae et alarum dicuntur. CLAVD. 8, 544 vix comites alae ... te *Honorie* ... sequuntur. 21, 38. 26, 473. carm. min. 30, 62 Illyricis sudant equitatibus alae *Romanae*. SVLP. SEV. Mart. 2, 2 armatam militiam ... inter scolares alas ... militavit. CORIPP. Ioh. 6, 265 conveniunt cunctae propriis a sedibus alae. *de alarum nominibus post Vaglieri (Ruggiero, diz. epigr. I p. 373 sqq.) bene disputavit Cichorius PW. I 1224 sqq. (cf. nunc etiam Dessau, inscr. sel. 2488—2548). nomina igitur habent alae a gentibus ex quibus conscribebantur equites ut* Afrorum, Batavorum, Hispanorum, Thracum, Treverorum, Vallensium, *etiam* civium Romanorum *vel* colonorum, *aut a terris in quibus tenebant ut* ala I Thracum Mauretana, *aut honoris causa a viris praefectis vel bene meritis seu gen. ut* Patrui, Pomponiani, Rusonis (CORP. XIII 7031), Scaevae, *sive adi. ut* Agrippiana, Auriana, Frontoniana, Siliana, Tauriana, *aut ab imperatoribus ut* Augustae *multae* (*nota* ala Augusta ob virtutem appellata), Claudia, Flavia, Nerviana, Vlpia (*alius est mos tertii saeculi quo alae ut etiam alia militum corpora esse dicuntur imperatoris tunc ipsum gubernantis; sic eadem ala* III Augusta Thracum *cognominatur* Gordiana, Philippiana, Galliana Volusiana, Claudiana). *accedunt nominibus tituli ut* civium Romanorum, torquata, bis torquata ob virtutem, pia fidelis, felix, fida, firma, victrix vindex. *armorum genus denotant additamenta ut* catafractariae, contariorum, sagittariorum, *cf. et* ala Valeria Drumedariorum, ala exploratorum Pomariensium, *numeros alia, cf.* HYG. mun. castr. 16 turmas habet *ala miliaria* XXIIII, in eis decuriones, duplicarii (CORP. VII 1090; 571), sesquiplicarii (V 907). *ibid.* ala quingenaria turmas habet XVI; *alia epitheta* gemina, veterana, nova, praetoria. *praeest alae* praefectus (equitum) *vel eius vices agens* subpraefectus (CORP. II 1180 praeposito numeri Syror. sagittarior. item alae primae Hispanor. *brevitatis causa omissum est* praefecto), *turmis praesunt* decuriones, *inter principales referendi* vexillarius alae, signifer turmae, optio equitum, *alia munera* armorum custos, actarius, librarius, curator turmae, medicus, veterinarius. *gregales in titulis dicuntur* equites (*raro* milites), *nomen alae additur casu ablativo in antiquissimo ut videtur sic*: CORP. X 6011 Q. Anchari(us) C. f. Pol(lia) Narbones(is), eques, evocatus, annor. nat. XXIII, ala Scaevae, *item postea saepe* eq. ala (*etiam* dec. ala III 8746), *saepe etiam* eq. alae (*cf.* III 6026 σημαφ. ἄλης Ἀπριανῆς), *semel ut videtur* IX 733 eques de ala Patrui, *saepe per notas* eq. al., *hic illic additur turma ut* XII 2394 eq. al. I Aug. tur(ma) Iul. Octavi II 5610. INSCR. Dessau 2502. 2508. *hinc ducta nomina propria v. sub* Ala nova *et* Alamiliarensis. 2 *aliorum*: *equites*: NEP. Eum. 1, 6 praefuit ... alterae equitum alae, quae Hetaerice appellabatur, *Eumenes*. 13, 1. LIV. 21, 29, 2 huc alae equitum *Hannibalis* ... trecenti Romanorum equites occurrunt. 21, 46, 2 Poenus ... Maharbalem cum ala Numidarum, equitibus quingentis ... mittit. 22, 47, 7. 8. 26, 38, 14. 29, 32, 7 ala equitum *Syphacis* dispersa ... campo. 29, 34, 1. 31, 33, 6 *Philippus* alam equitum ad explorandum ... misit. 31, 33, 7. 37, 40, 6 *de acie Antiochi*: addita his ala mille ferme equitum; agema eam vocant. 37, 40, 11 mille alii equites, regia ala. 42, 55, 9 Aetolorum alae unius instar ... venerat (venerunt *V*). 42, 57, 7 cum in conspectu fuere hostium equites; duae alae erant. 42, 58, 9 *de Persei acie*: equitum ... sacrae alae. 42, 66, 5. 44, 42, 2. 3. CVRT. 3, 11, 2 duabus alis equitum *ab Alexandro* ad iugum montis iussis subsistere. 3, 11, 14. 4, 13, 27 ultima Meleagri ala stabat. 4, 16, 1. 5, 4, 21 cum armigeris et ala, quam agema appellabant. 10, 9, 16 rex cum una ala obequitare peditibus coepit. SIL. 3, 378 Vettonum alas Balarus probat. 4, 93. 4, 148 Boiorum ante alias (*sc. alas*) Crixo duce mobilis ala. 4, 274. 4, 316 Tyrias retro pavor avehit alas. 4, 510 Massylum ... alis castra sub ipsa datis. 7, 636 Eoa tumidus ... ala ... Cleadas. VOPISC. Aurelian. 28, 2 alas Saracenas Armeniasque corrupit *Aurelianus*. AMM. 18, 6, 12 cum ... quendam tribunum fugientem cum calone ala sequeretur hostilis. 25, 1, 3 *Saraceni* ad alas subsidiarias reverterunt. CLAVD. 5, 108 Armeniae ... alae. 7, 148 Sarmaticas ... prostravimus alas. 20, 176 Geticae dux improbus alae. SIDON. carm. 7, 269 armatas pilo petit ... alas. CYPR. GALL. num. 423 quia pugnaces dominus non terruit alas. CORIPP. Ioh. 1, 546. 6, 191. 265. 8, 36. 3 *hominum temporis heroici*: *equites et pedites.* VERG. Aen. 11, 604 virginis ala Camillae *apparet* (11, 868). 11, 730 *Tarchon* instigat ... alas. 11, 835 *incurrunt* Euandri ... Arcades alae (12, 551) VAL. FL. 6, 160 (?). 6, 218 ad socias sonipes citus effugit alas. HOMER. 795 confugiunt ... ad classes Agamemnonis alae. STAT. Theb. 5, 691 volucres equitum praeverterat alas *Fama*. 7, 425 non ausae transmittere ... alae ... fluvium. 8, 351 omnibus alae artantur portis. 8, 368 minor ille (*Theudamas*) per alas septimus extat apex. 9, 841 pater Ogygias Mavors circumspicit alas. 10, 466 Dircaeae ... dux ... alae ... Amphion. 10, 473. *in re poetice ficta*: PRVD. psych. 349 instaurat ... levem dictis mordacibus alam *Sobrietas*.

sensu latiore de **venatoribus** *et* **mulierum** *multitudine*: VERG. Aen. 4, 121 dum trepidant alae saltusque indagine cingunt (SERV. *quidam* alas .. alatores *tradunt*, qui dextra et sinistra plagarum sublata voce prohibent feras exire). SIL. 2, 419 occultant alae venantum corpora silvis. DECL. in Catil. 14 nec alae muliebres ab eo coetu nocturno abfuisse indicatae sunt. *Bannier.*

1. Āla *v. sub* Ahala *p. 1443, 44 et 49.*

2. Ala *v.* Hala. **3. Ala** *v.* Acasan *p. 249.*

Āla nova *statio in Pannonia superiore ab* ala *sic appellata; cf*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Tomaschek, PW. I p. 1285. ITIN. Anton. Aug. p. 248 Carnunto — Aequinoctio et Ala nova in medio — Vindobona. NOT. dign. occ. 34, 7 Alanova. 34, 18 sub dispositione ... ducis Pannoniae primae et Norici ripensis ... equites Dalmatae, Ala nova. *Otto.*

Alab *v.* Ahalab *et* Heled.

(**Alaba**) *opp. Hispaniae Tarraconensis situs incerti.* PTOL. 2, 6, 57 Ἄλαβα. *adi.* **Alabēnsis,** -e. CORP. II 4200 (*Tarracone*) L. Caecilio L. C. Charitonis fil. Gallaeciano equiti Alabensi. *eiusdem fort. oppidi incolae inter stipendiarios conventus Carthaginis novae afferuntur sub nomine* **Alabanēnsēs** PLIN. nat. 3, 25, *qui hoc nomen confudisse videtur cum* Alabanensibus *conventus Cluniensis* (3, 26). *v. Hübner, PW. I 1270, 2.*

Alabanda, -ōrum *et* -ae, τὰ Ἀλάβανδα *et* ἡ Ἀλάβανδα, *opp. Cariae.* LIV. 33, 18, 7 ad Alabanda (PLIN. nat. 37, 23). LIV. 38, 13, 2 ab Alabandis (VITR. 3, 2, 6 PLIN. nat. 37, 92 IVV. 3, 70). SOL. 15, 31 *nomin. ad* PLIN. nat. 37, 23. PLIN. nat. 5, 109 *in Caria* Alabanda libera, quae conventum eum cognominavit. ISID. orig. 16, 14, 6 Alabandina *gemma* dicta ab Alabanda, Asiae regione. *oppidi deus eponymus est* **Alabandus,** -ī, Ἀλάβανδος. CIC. nat. deor. 3, 50 Alabandenses quidem sanctius Alabandum colunt, a quo est urbs illa condita, quam quemquam nobilium deorum; apud quos non inurbane Stratonicus, ut multa, cum quidam ei molestus Alabandum deum esse confirmaret, Herculem negaret: ergo, inquit, mihi Alabandus, tibi Hercules sit iratus. 3, 39. *derivatum latinum* **Alabandēnsis,** -e, *incolae* Alabandēnsēs, -ium. CIC. de orat. 1, 126 summum illum doctorem Alabandensem Apollonium. *sim.* 2, 95 epist. 13, 56, 2. 13, 64, 1 (*ubi* -esi *codd.*). *idem fort. ethnicum suppl.* CONST. veteran. 92 (Corp. III p. 897 *a. 248*) 1, 7 *et* 10 Alaband(ensi). *plur.* CIC. nat. deor. 3, 50 LIV. 38, 13, 4. 43, 6, 5. 10. 45, 25, 13. *derivata graeca: incolae* **Alabandīs,** -ium, Ἀλαβανδεῖς. CIC. epist. 13, 56, 1 Mylasis et Alabandis *nomin.* (nat. deor. 3, 39, *ubi trad.* -i). *ibid.* Alabandis *acc.* VITR. 7, 5, 6 Alabandeas et Abderitas *acc. ibid. alterum* alabandas *G*, -is *H*. *adi.* **Alabandēus,** -a, -um, Ἀλαβάνδειος. CIC. Brut. 325 Hierocles Alabandeus. VITR. 7, 5, 5 Apaturius Alabandeus (*sed G H* -ius, *quod fort. retinendum*). *adi.* **Alabandius,** -a, -um, Ἀλαβάνδιος. GRATT. 46 pauper rigui custos Alabandius horti cannabias nutrit silvas. *adde fort.* VITR. 7, 5, 6 *l. 32.*
adi. **Alabandicus,** -a, -um, Ἀλαβανδικός. PLIN. nat. 19, 174 *cannabis* optima Alabandica, plagarum praecipue usibus. 37, 92 *carbunculos* Alabandicos in Orthosia Cariae nascentes, sed qui perficiantur Alabandis (96). 36, 62 niger est *lapis* Alabandicus terrae suae nomine, quamquam et Mileti nascens, ad purpuram tamen magis aspectu declinante (ISID. orig. 16, 5, 9. *cf.* PLIN. nat. 1, 36, 13 *et* Almandinus *et Nies, PW. I 1270*). 21, 16 *rosa.* *adi.* **Alabandinus,** -a, -um, Ἀλαβανδινός, *nunc* Almandin. ISID. orig. 16, 14, 6 gemma *v. l. 18.* *cogn. mul.* **Alabandis,** *quasi* Ἀλαβανδίς. CORP. VI 6883 (*e columb.*) v(iva) Amullia (mulieris) l. Alabandis. *sic fort. suppl.* X 4297 (*Capuae*) Pomponia (mulieris) l. Aland . s.

Alabanēnsēs, -ium. 1 *incolae conventus Cluniensis Hispaniae.* PLIN. nat. 3, 26. *contulerunt edd.* PTOL. 2, 6, 66 Ἀλαυῶνα *et* ITIN. Anton. Aug. p. 444 Allobone (*ubi* allabane, allabove, allone *singuli ll.*). 2 *v.* Alaba. *Diehl.*

alabarchēs, alabarchia *v. sub* arab- *II p. 391, 40.* *diversa esse nuper dixit Rostowzew, Röm. Mitt. XII 1897 p. 76.*

alabaster *m. et postea* **alabastros** *m.*, **alabastrum** *n.*, -strī, ἀλάβαστρος *vel* -ον *gemma.* *certae gen. masc. formae:* alabaster CIC., alabastros *acc. plur* PLIN., alabastri *nom. plur. lapis Aquinas*, alabastros *nom. sing.* DIOSC. *neutri generis primum legitur pluralis apud* MART., *sing. multo post apud* EVCHER. (?) EPIPHAN. *saepe formae sunt ancipites.*

I *lapis:* PLIN. nat. 33, 101 in ... argenti metallis invenitur, ut proprie dicatur, spumae lapis candidae nitentisque, non tamen tralucentis; stimi appellant, alii stibi, alii alabastrum, aliqui larbasim. duo eius genera, mas ac femina. magis probant feminam, horridior est mas scabriorque et minus ponderosus minusque radians et harenosior, femina contra nitet, friabilis fissurisque, non globis, dehiscens (*seq. caput de usu in medicina*). 1, 33, 33 de stimi sive stibi sive alabastro sive larbasi sive platyopthalmo. EPIPHAN de mensur. 17 'alus' ... dicunt Graeci sal, et ab alate id est a sali est appellatum alabastrum eo quod ampulla vitrea salis instar facile conteratur. AMBR. in psalm. 118, 16, 41 invenimus scriptum in historia Xenocratis ... inveniri circa Thebaidis civitatem alabastrum vel topazion ut aliqui putant. DIOSC. 4, 73 radix ... limpida sicut alabastros. HIER. in Matth. 26, 7 alabastro unguenti pretiosi, quod genus est marmoris; *cf.* EVCHER. instr. 2 p. 148, 21. GLOSS. alabastrum genus marmoris pretiosi apud Persas. II GLOSS. vas de gemma. *cf.* ISID. orig. 20, 7, 2 alabastrum vas unguentarium a lapide sui generis cognominatum quem alabastritem vocant. PLIN. nat. 13, 19 unguenta optime servantur in alabastris, odores in oleo. *de vasis figura cf.* PLIN. *l. 84 sqq.* CARM. epigr. 1135, 7 graciles. *Mau, PW. I 1272.* CIC. ac. frg. 11 quibus etiam alabaster plenus unguenti putere videatur. PETRON. 60 coronae aureae cum alabastris unguenti pendebant. frg. 18 affer nobis alabastrum Cosmiani. PLIN. nat. 9, 113 elenchos appellant *margaritas* fastigata longitudine alabastrorum figura in pleniore⟨m⟩ orbe⟨m⟩ desinentes. 21, 14 germinat omnis *rosa* primo inclusa granoso cortice, quo mox intumescente et in virides alabastros fastigato paulatim rubescens dehiscit. MART. 11, 8, 9 quod Cosmi redolent alabastra. CAPITOL. Ver. 5, 3 data et vasa aurea cum unguentis ad speciem alabastrorum. IVVENC. 4, 411 alabastro, quo pretiosa inerant ... unguenta. HIL. in psalm. 54, 17 unguenti effuso alabastro conquestus est *Christus.* VVLG. Matth. 26, 7 mulier habens alabastrum unguenti (ἀλάβαστρον μύρου) *cf.* HIER. *p. 1471, 74.* VVLG. Luc. 7, 37. Marc. 14, 3 *accessit* mulier habens alabastrum unguenti et fracto alabastro effudit super caput (GREG. M. epist. 8, 33 mulier quae alabastrum fudit). EVCHER. laud. her. 43 in his suavi unguedine alabastra fragrabant. SIDON. epist. 8, 3, 5 inter epulas abstemium ..., inter alabastra censorium. 9, 13, 5 vers. 63 iuvat ire per corollas alabastra ventilantes. carm. 9, 324 nardum ac pinguia Nicerotiana quae fragrant alabastra tincta sucis. CARM. epigr. 1135, 7 (*prope Aquinum*) ac teretes onyches fusi gracilesque alabastri. *translate:* PS. AVG. vit. erem. 54 frange igitur alabastrum cordis *in dei honorem.*

alabastritēs, -ae *m.*, ἀλαβαστρίτης, *lapis.* *Nies, PW. I 1271.* PLIN. nat. 36, 60 hunc aliqui lapidem (*onycha*) alabastriten vocant, quem cavant et ad vasa unguentaria, quoniam optume servare incorrupta dicatur. 36, 158 *sucum medicamentis* potiorem ... ex alabastrite Aegyptio. 36, 182 qui coquitur lapis (*ut gypsum fiat*), non dissimilis alabastritae esse debet aut marmoroso. 37, 73 in Arabia aedificiorum ornamentis includi et lapidem quem alabastriten Aegyptii vocent. 1, 36, 12 de alabastrite. ISID. orig. 16, 5, 7 alabastrites, lapis candidus *eqs.* 20, 7, 2 *v. p. 1471, 77.* DIOSC. 5, 161 de lapide alabastrite. lapis alabastrides *eqs.* *f.* **alabastrītis** *sc. gemma.* PLIN. nat. 37, 143 alabastritis nascitur in Alabastro Aegypti et in Syriae Damasco, candore interstincto variis coloribus. haec cremata cum fossili sale et trita gravitates oris et dentium extenuare dicitur. 1, 37, 53 alabastritis. medicinae ex ea. *V.*

Alabastron, -um, -ī, Ἀλαβάστρων πόλις (PTOL. 4, 5, 29), *opp. Aegypti.* PLIN. nat. 5, 61 -on *nomin.* 37, 109 circa Thebaidis Alabastrum oppidum. 37, 143 alabastritis nascitur in Alabastro Aegypti. HIL. in psalm. 118 ain 16 p. 504 in Thebaidis ... loco, cui Alabastrane (*v. l.* -stra) nomen est. *cf. Pietschmann, PW. I 1272.* *incolae appellantur* **Alabastrī,** -ōrum: AVELL. p. 748, 23 Indi in novem regna fuerant disparati, ... id est Alabastrorum, Homeritarum *eqs.* p. 746, 18. *nota adi.* AVELL. p. 746, 17 Alabastris ... negotiatoribus. **Alabastros** *flumen Aeoliae.* PLIN. nat. 5, 122.

Alabaudus, -ī *cogn. germ.* VEN. FORT. vita Albin. 11, 28. *Diehl.*

Alabēnsis *v.* Alaba.

alabēt(ēs), -ae *m.*, Straboni (17, 2, 4 p. 823) ἀλάβης *vel* ἀλλάβης, *piscis.* PLIN. nat. 5, 51 *in Nilide lacu* pisces reperiuntur alabetae coracini siluri. *V.*

Alabī, -ōrum *gens Aethiopiae.* PLIN. nat. 6, 190, *ubi* aladi *Vatic. et Leid. Lips.*, aladis *Riccard.*

Alabis, -is. 1 *nom. militis Hasdrubalis, quod sumptum videtur a fluvio Siciliae:* SIL. 15, 467 tunc Alabim, Murrum atque Dracen demisit ad umbras. 2 *fluvius Siciliae v.* 1. Alabon.

1. Alabōn *fluvius Siciliae, apud Graecos* Ἄλαβος, Ἀλαβών, Ἀλαβώς, Ἄβολος (*cf. C. Müller in Ptolemaei editione I p. 399*), *etiam* DIOD. frg. 36, 4, 2 τὸν Ἄλβαν ποταμόν. VIB. SEQ. geogr. p. 146, 14 Alabon (*trad.* alaebyn) Megarensium, cuius fontem Daedalus dilatavit agrumque reddidit eam regionem quam idem fluvius devastarat; *cf.* 151, 27 albo magarensium (*sic cod.*). *eundem putarunt quem memorat* SIL. 14, 227 Hypsam Alabimque sonoros (*cf.* Alabis). *contra contulit Müller l. c. p. 396* Allava *opp. Siciliae.* *vide etiam Hülsen, PW. I 1273, 1.*

2. Alabon *v.* Alabonte.

Alabonte (*abl.*) *statio Vocontiorum Galliae Narbonensis, nunc* Allemont. ITIN. Vicarell. II (Corp. XI 3282) 3, 12 Alabonte (III Corp. XI 3283, 3, 12. IV Corp. XI 3284, 3, 13. ITIN. Anton. Aug. p. 342, *ubi v. l.* alabunte). I (Corp. XI 3281) 3, 12 Alabontem. ITIN. Anton. Aug. p. 388 Alamonte. TAB. Peut. 3, 1 *et* 2 Alarante.

alabrum *v.* **alibrum.** **Alac** *v.* Ahalac.

Alacanza *dux Maurorum.* CORIPP. Ioh. 4, 642. 8, 543.

ad mānsiōnem **Alacarnum** *Galliae Lugudunensis.* VITA Nicet. 7. *Diehl.*

dicunt **alacco** Alaucus et sic alia *Galli.* VARRO ling. 8, 65.

alacer (*prisce* alacris), **alacris** (-cer APVL.), **alacre** [*fortasse cf. c. got.* aljan '*studium*', *gr.* ἐλαύνω ἐλατήρ; *v. Osthoff, Forsch. auf d. Gebiet d. indogerm. Stammbildung I 63 sqq. Th.*]. *variae sunt veterum originationes:* DON. Ter. Eun. 304 alacris, l littera pro d posita, non tristis id est ἄδακρυς intellegitur. PS. ASCON. Verr. 1 p. 132 'alacris' sive 'alacer' (utrumque enim dicitur) is qui integris est sensibus universis; quod est indicium erecti animi atque sublimis. nam e contrario 'lacer' dicitur amputatis corpore sensuum membris, hoc est auribus oculisve, quod ad animum saepe transfertur, ut plerumque afflicto animo sensibus non utamur erectis. sic 'alacer' dicitur is, cui omnes sensus in loco suo quisque vegeti (degat ui *trad.*) sunt et intenti, ut vultu indicet adesse animum [non] sincerum sensibus suis. qua re cognita illud quoque intellegitur,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aliud esse 'alacrem', aliud 'laetum'. sunt qui 'alacrem' festinantem et properum dici putant quasi 'alis acrem'. SCHOL. Cic. Gron. p. 393, 10 'laetus' animo, 'alacer' motu corporis. qui ambulando manus iactat alarum in modum, ille proprie 'alacer' dicitur. *cf.* p. 398, 25 'alacer' tam fortis quam velox. ISID. orig. 10, 6 'alacer' a velocitate et cursu, quasi diceret 'aliger'. *de formis*: CHAR. gramm. I 82, 31 quaeritur utrum hic ... 'alacer' an 'alacris' dici debeat. nam et Vergilius (*seq.* Aen. 6, 685). 113, 30 Velius Longus de hac regula dixit in V ea parte: (Verg. Aen. 5, 380). Romanus libro de analogia ita inquit: ',,alacris", licet consuetudo, ut ait PLINIVS libro VI dubii sermonis, ,,alacer" dicat ut equester ordo. nam et ,,haec alacria" ut ,,equestria" possunt neutro dici. quia tamen superlationem non capit ut ,,⟨acer⟩ acerrimus", dici non debet ,,alacer"'. sed et Terentius in Eunucho (304) 'quidve est alacris?' *similia* PRISC. gramm. II 152, 18 *sqq.* 229, 40 *sqq.* 230, 21 PROB. gramm. IV 13, 9. 194, 20 PS. SERG. IV 491, 28 FRG. Bob. V 559, 22 *sqq.* CAPER VII 107, 7. DON. Ter. Eun. 304 *quorum pars dicunt* alacer *esse adiectivum commune; et* alacer *pro fem. legitur* APVL. met. 10, 31. *cf.* SERV. Aen. 6, 685 sciendum antiquos et 'alacris' et 'alacer' et 'acris' et 'acer' tam de masculino, quam de feminino genere dixisse, nunc masculino utrumque damus, de feminino 'alacer' et 'acer' numquam dicimus. *masc.* alacris ENN. trag. 111 TER. Eun. 304 VERG. Aen. 5, 380. 6, 685 AMM. 20, 11, 8. HYMN. Ambros. I 4, 16. *masculinum* alacer (ENN.?) sat. 16 V. CAES. Gall. 3, 19, 6 VERG. Aen. 10, 728. 12, 337 LIV. 21, 42, 2. 21, 55, 1 VAL. MAX. 5, 3, 4. 8, 14, 5. PHAEDR. 2, 5, 22 *passim. de Vergilio haec* SERV. Aen. 5, 380: cum 'acer' ubique dicat, 'alacer' tamen non dicit, licet inde nascatur: vitat enim confusionem ... nam 'alacer' nusquam, 'acris' nusquam dixit. *fatua dumtaxat est differentia* SERV. auct. Aen. 12, 337 quidam 'alacer' gestiens et rei novitate turbatus (ISID. orig. 10, 6) volunt, 'alacris' vero laetus. CHAR. gramm. I 121, 21 'alacer'. 'er' finita numero ⟨singulari⟩ casu nominativo ablativum per varias vias ducunt (*et in* -e *et in* -i). FRG. Bob. gramm. V 559, 20 acer et alacer (ὁ πρόθυμος) ablativo casu singulari 'i' finiuntur et addita 'um' facient gen. plur. ... ab 'hoc alacri' 'horum alacrium'. *neque ego vidi abl. in* -e *nisi in cognomine, v. p. 1475, 54.* *comp.* ASELL. hist. 2 VARRO rust. 1, 17, 5. 2, 2, 10 *passim. superlat. deest, cf.* PLIN. *l. 12.* alăcer *testatur* PRISC. gramm. III 523, 27. [*it.* allegro, *francog. vet.* haliegre. *M.-L.*]

de hominibus fere i. q. mobilis, acer, promptus, saepe gaudio commotus, incitatus (GLOSS. πρόθυμος; γενναῖος δυνατὸς σφοδρὸς πρόθυμος; θαρσαλέος, εὐθαρσής; prompto animo, volens; fortis expeditus velox; laetus gaudens, γαῦρος, hilăris): ENN. trag. 111 iuvenum coetus ... alacris Bacchico insultans modo. (ENN.?) sat. 16 V. *parasitus* alacer celsus. TRABEA com. 4 de inproviso Chrysis ubi me aspexerit, alacris obviam mihi veniet. TER. Eun. 304 quid tu es tristis? quidve es alacris (*non laetitia*)? *sic codd., at* quid tu es alacris *Donat. bis in lemmate; unde Leo mavult verba* salve. quid tu es tristis? *dari Chaereae.* ACC. trag. 60 ut me depositum (rep- *trad.*) et maerentem nuntio repentino alacrem reddidisti atque excitasti (adiuehesitastis *trad.*) ex luctu in laetitudinem. [COM. pall. inc. 33 alacri *vers. corrupt.*] ASELL. hist. 2 alacriores (*opp.* segniores) ... commovere *ad.* RHET. Her. 2, 30, 48 multos alacriores ad maleficia futuros. 2, 31, 50 nos alacriores ad relicum persolvendum. CIC. inv. 1, 102 multos alacres expectare quid statuatur. Verr. 1, 17 iste repente ex alacri atque laeto sic erat humilis atque demissus, ut. Mur. 49 Catilinam interea alacrem atque laetum *videbant.* Sest. 1 eos ... alacris laetosque volitare. Cael. 66 an timebant, ne ... alacres perterritum superare non possent (Phil. 12, 18 alacres et laeti ... inter se impii cives, quasi vicissent, gratulabantur). rep. 6, 13 quo sis, Africane, alacrior ad tutandam rem publicam. Tusc. 1, 101 cum legiones scribat Cato saepe alacres ... profectas (*cf.* Cato 75 alacri animo atque erecto *de eodem dicto Catonis*). Att. 1, 16, 7 non ita ... alacris exsultat improbitas in victoria. 5, 13, 1 Graeci quasi Ephesio praetori se alacres obtulerunt. epist. 5, 12, 9 alacres animo sumus. 10, 7, 2 *me* facias alacriorem. CATVLL. 64, 254 qui tum alacres passim lymphata mente furebant. CAES. Gall. 3, 19, 6 ad bella suscipienda Gallorum alacer ac promptus est animus. 3, 24, 5 cum ... hostes nostros milites alacriores ad pugnandum effecissent (5, 33, 5 ad pugnam [pugnandum *BM*]). 7, 76, 5 omnes alacres et fiduciae pleni ad Alesiam proficiscuntur. civ. 3, 25, 2 tanto erant alacriores ad custodias. BELL. Hisp. 30, 5 haec mora adversarios alacriores efficiebat. VARRO rust. 1, 17, 5 praefectos alacriores faciendum praemiis. SALL. hist. frg. 2, 19 (Veg. mil. 1, 9) cum alacribus saltu, cum velocibus cursu ... certabat. NEP. Paus. 2, 6 alacrior ad rem gerendam factus. VERG. Aen. 5, 380 ergo alacris ... Aeneae stetit ante pedes. 6, 685 *Anchises* alacris palmas utrasque tetendit *Aeneae advenienti.* 9, 229 Nisus et ... Euryalus confestim alacres admittier orant. 10, 728 sic ruit in densos alacer Mezentius hostes. 12, 337 talis equos alacer ... Turnus ... quatit. [OV. epist. 1, 36 alacer *falso trad.*] LIV. 7, 10, 12 Romani alacres ab statione obviam militi suo progressi gratulantes laudantesque. 10, 14, 19 gaudio alacres fremunt. 10, 25, 5 laeti atque alacres diis ... grates agunt. 21, 42, 2 cuiusque sors exciderat, alacer inter gratulantes gaudio exultans cum sui moris tripudiis arma raptim capiebat. 21, 55, 1 miles ... alacer animis corporibusque arma capit. 25, 34, 11 alacres gaudio (*cf.* 44, 11, 9 VAL. MAX. 8, 14, 5 CVRT. 9, 5, 11) cum clamore ... discurrunt. 26, 9, 5 alacresque milites alius alium ... hortabantur. 42, 61, 9 qui vicerant alacres ... facinora sua audivere. 43, 3, 9. 44, 36, 5. VAL. MAX. 2, 1, 10 quo ad ea imitanda iuventutem alacriorem redderent. 5, 3, 4. 7, 5, 4 triumphantem ... laetum et alacrem. 8, 11, 1. 8, 13 praef. 8, 14, 5 alacer gaudio abiit. PHAEDR. 2, 5, 22 adsilit donationis alacer certae gaudio. SEN. dial. 6, 2, 3 adulescentem animo alacrem, ingenio potentem. 11, 8, 5 alacres ... et erecti ... intrepido gradu properemus. 11, 20, 1 laetum et alacrem. epist. 30, 3 Bassus ... alacer animo est. hoc philosophia praestat, in conspectu mortis hilarem ⟨esse⟩ et in quocumque corporis habitu fortem laetumque. 82, 21 alacres (*non timidi*) ... ad prandium illi promiserunt. 107, 10 impigri atque alacres excipiamus imperia. 108, 7 quidam ... transeunt in adfectum dicentium alacres vultu et animo. CVRT. 4, 13, 25. 4, 14, 25 ite alacres et spiritus pleni. 7, 9, 9. 9, 4, 25. 9, 5, 11. COLVM. 7, 6, 9 magister ... pecoris acer durus strenuus, laboris patientissimus, alacer atque audax esse debet. VAL. FL. 3, 462. 4, 81 SIL. 3, 455. 5, 238. 6, 246 ibo alacer. 8, 263. 8, 276 ite alacres (STAT. Theb. 7, 288. 12, 648). 11, 197 alacres rapite. 11, 607. 13, 112. 138. 376. 417. 648. 14, 421. 627. 15, 513. 17, 48. STAT. silv. 1, 2, 209 tibi ... alacri caelestum in munere claro (*i. ornatus munere ideoque alacer est*). 1, 4, 9. 5, 2, 180 vade alacer. Theb. 1, 425 alacres odio. 2, 201. 5, 23. 10, 187. 487. QVINT. inst. 2, 9, 2 laeti alacresque convenient. PS. QVINT. decl. 4, 17. FRONTIN. strat. 2, 5, 36 alacres successibus victoriarum. TAC. dial. 23 parum est aegrum non esse: fortem et laetum et alacrem volo. hist. 1, 39. 1, 88 in pace ⟨anxii⟩, turbatis rebus alacres. 2, 39 tribuni ambigui, miles alacer. 2, 80. 3, 7. ann. 3, 9 vultu alacres incessere. 4, 49 successu noctis alacres. 4, 74 revenere ... quidam male alacres, quibus ... gravis exitus inminebat. 11, 17 adstrepebat huic alacre vulgus. 11, 18 Chauci ... morte Sanguinii alacres. 15, 12 talibus in commune alacres. 15, 17 ut pedes confectus spatiis itinerum alacrem equitem adsequeretur. PLIN. epist. 10, 100 vota ... alacres laetique persolvimus. paneg. 13 alacer virtute militum. 22 alacrem hinc atque inde populum, ubique par gaudium paremque clamorem. 66. 92. FLOR. epit. 4, 2, 46 numquam acrior neque alacrior exercitus Caesaris fuit: inde classica prius, inde tela *quam a Pompei partibus.* APVL. met. 1, 17 emergo laetus atque alacer insperato gaudio perfusus. 3, 29 spe salutis alacer ac laetus. 8, 21 exurgit alacer (11, 1). 9, 22. 10, 31 *Minerva* intorto genere gesticulationis alacer. 11, 1. 11, 6. 11, 16 IVST. 1, 6, 6. DON. Ter. Eun. 427 gestum vultumque ... cuiusdam alacris et certi quod laudandus sit. AVSON. Mos. 204 puppibus et proris alacres gestire magistros. 407 (epist. 17) p. 224, 42 P. te vegetum atque alacrem. DAMAS. epigr. 29, 6 AMM. 16, 11, 1. 16, 2, 9. 17, 1, 5. 17, 13, 34. 19, 11, 2. 20, 11, 8 alacris miles. 28, 3, 6 dux alacrior ad audendum. VEG. mil. 1, 12 ut ... velut graviore pondere liberatus securior alacriorque pugnaret. 3, 6 alacriores *opp.* pigrius incedentes. 3, 11 inpar ... condicio est lassum cum requieto, sudantem cum alacri ... subire conflictum. HYMN. Ambros. I 4, 16 alacris ut currat viam *Christus.* HIER. epist. 94, 2. VVLG. Esth. 5, 9 egressus est ... Aman laetus et alacer (ὑπερχαρὴς εὐφραινόμενος). RVFIN. hist. 5, 1, 11 prompti et alacres. CLAVD. 5, 431 insultantque alacres. 7, 111 alacer consurgit. 10, 98 alacer passuque superbior intrat. 15, 472 auguriis alacres ... ruunt. 21, 256 nec ... alacrem potuit Nasamona morari. CARM. epigr. 488, 2 acri homini adque alacri forti fido adque venusto. AVG. serm. 108, 6 ad mercedem alacer, ad opus piger. SVLP. SEV. dial. 3, 15, 1 alacres ac laetos. MACR. sat. 1, 6, 4 alacriorem fecere coetum. MART. CAP. 8, 804 alacer ... atque hilaris. 9, 896. SIDON. epist. 1, 4, 1 vegetis et alacribus exemplum, desidibus et pigris incitamentum. 1, 6, 2 *opp.* trepidus. 7, 6, 6 acer animis, alacer annis. COD. Iust. 7, 72, 10, 1. 10, 34, 4 praef.

de hominum animo, actionibus, sim.: PLAVT. Amph. 245 cum clamore involant impetu alacri *equites.* RHET. Her. 4, 2, 2 auctoritas antiquorum ... hominum studia ad imitandum (*haec sunt corrupta in codd. mutilis*) alacriora reddit. CIC. de orat. 1, 184 erectum et celsum, alacri et prompto ore atque vultu. epist. 3, 11, 4 promptum animum et alacrem ... ad defendendam rem publicam. BELL. Hisp. 25, 7 virtute alacri. SALL. Catil. 21, 5 omnium animos alacris videt. VERG. ecl. 5, 58 alacris ... voluptas. LIV. 6, 24, 7 adhortatio ... totam alacri clamore pervasit aciem. MANIL. 5, 448 dabit natura vigorem atque alacres cursus. VAL. MAX. 1, 6, 11 cum clamore alacri (CVRT. 9, 4, 23 TAC. hist. 5, 16) adcurrere. 2, 6, 11 avara et feneratoria Gallorum philosophia, alacris et fortis Cimbrorum. 3, 2 ext. 3 alacri animo suos ad id proelium ... cohortatus est. 3, 6, 1 alacriores *manus intulit* (*opp.* segniores). 4, 7 ext. 2 studia nostra ... lucidiora et alacriora reddidit. 8, 7 praef. alacri spiritu *industriae.* SEN. benef. 3, 36, 1 alacrior erit pietas, si. epist. 23, 3 animus esse debet alacer et fidens et super omnia erectus. 72, 4 cuius animus in omni negotio laetus atque alacer est. 78, 21 arma et acies dant argumenta alacris animi indomitique terroribus. SIL. 1, 184 Hannibalem voce atque alacri certamine poscit. STAT. Theb. 4, 410 alacri pinna. TAC. ann. 4, 28 alacri vultu ... dicebat. 3, 1 classis paulatim successit, non alacri remigio, sed cunctis ad tristitiam compositis. GELL. 7, 8, 1 Ἀπίων ... facili atque alacri facundia fuit. APVL. met. 2, 11 ala-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

crem vigorem libidinis. 3, 5 maribus animis et viribus alacribus. 6, 27 alacri nisu. 9, 11 discursus alacres. SER. SAMM. 12 alacrem capitis reparare vigorem. 188 alacres homini contingere visus. ITIN. Alex. 12 alacri saltu. CAPITOL. Gord. 14, 5 lentas militum mentes et non alacres animos. HIL. trin. 6, 33 reviruisse . . . in cursum claudorum pedes alacres. PS. QVINT. decl. 2, 11 dum alacre corpus, dum spiritus viget. AVSON. 403, 12 alacri . . . carpe vigore viam. 413, 17 alacri refecti corporis motu viget. AMM. 17, 10, 2 alacri gradu (20, 4, 12. 22, 2, 2). 20, 5, 2 vultus alacres et laetos. 28, 3, 1 alacri mente. VEG. mil. 1, 27 cursu alacriore. 3, 24 velites . . . erant iuvenes levi armatura et corpore alacri. HIER. epist. 100, 4 ut alacri . . . pergamus incessu. VVLG. III reg. 8, 66 alacri corde (ἀγαθῇ ἡ καρδία). CLAVD. 20, 281 Curetum . . . alacres . . . enses. 26, 454 alacris . . . aulae. MART. CAP. 9, 901 alacri . . . vigore luminatus. NOVELL. Valent. 10, 1, 3 alacriorem . . . animum debet. INST. Iust. praef. 7 summa ope et alacri studio . . . accipite.

de bestiis: ACC. trag. 403 sic ⟨a⟩ut(?) inciti atque alacres rostris perfremunt delphini. RHET. Her. 2, 19, 29 cum feras bestias videamus alacres et erectas vadere ut alteri bestiae noceant. CIC. div. 1, 73 equum alacrem laetus aspexit. VARRO rust. 2, 2, 10 *greges* ad pastum alacriores faciant. COLVM. 8, 2, 11 *galli* sint elati alacres vigilaces. CLAVD. 22, 21 alacres . . . tauros.

structurae: *c.* ad: RHET. Her. 2, 30, 48 ad maleficia. CAES. Gall. 5, 33, 5 ad pugnam (pugnandum *BM*). civ. 3, 25, 2 ad custodias. VARRO rust. 2, 2, 10 ad pastum. AVG. serm. 108, 6 ad mercedem. TAC. ann. 15, 12 in commune. ad *c. ger. vel gerundiv.*: RHET. Her. 2, 31, 50. 4, 2, 2 CIC. rep. 6, 13 epist. 3, 11, 4 CAES. Gall. 3, 19, 6. 3, 24, 5 *passim*. *c. abl.* CIC. epist. 5, 12, 9 animo (SEN. dial. 6, 2, 3 epist. 30, 3). LIV. 21, 55, 1 animis corporibusque. SEN. epist. 108, 7 vultu et animo. TAC. ann. 3, 9 vultu. *cf.* annis SIDON. epist. 7, 6, 6.

synonyma: promptus, fortis, impiger, spiritus plenus, audax, acer, vegetus, mas. laetus, erectus, fiduciae plenus, gaudio exultans, hilaris, securus, superbus, fidens. *opposita*: ambiguus, confectus, piger, deses, sudans, lentus. depositus, maerens, humilis, demissus, aeger, trepidus.

adv. **alacriter** *cum comp.* alacrius. *non legitur ante* FRONTIN. strat. [PLIN. nat. 37, 69 acriter *boni codd.*]. GLOSS. προθύμως, fortiter, animo forti; γαύρως laetanter hilariter. FRONTIN. strat. 2, 7, 9 transfugas conlaudavit, quod eum alacriter praecessissent. APVL. met. 9, 7 exurgens alacriter . . . inquit. ITIN. Alex. 6 alacriter petens. IVST. 1, 6, 10 repetito alacrius (acrius *Oros.*) certamine. AMM. 14, 2, 17 in certamen alacriter consurgentem. 14, 10, 12 remedia arripere alacriter. 16, 12, 46 bella alacriter ineuntes. VEG. mil. 1, 9 ut ad explorandum alacriter pergant, alacrius redeant. 3, 14 p. 98, 9 dimicant. HIER. epist. 96, 1 adorantes. RVFIN. hist. 5, 1, 19 proclamabat. AVG. epist. 144, 1 multo . . . alacrius . . . adcurrere. 268, 2 festinanter et alacriter comparemus. serm. 351, 4, 11 perseveranter atque alacriter ambulant. in euang. Ioh. 7, 1 ultra quam sperare potuimus alacriter convenistis. NOVELL. Valent. 1, 1 praef. alacrius incitemur. CASSIOD. var. 1, 17, 3. 3, 22 fin. 5, 17, 1. 8, 11, 1 *passim*. VEN. FORT. carm. praef. 6 inpulsum alacriter, acrius renitentem. ISID. orig. 10, 6.

syn.: festinanter, perseveranter, acriter. *V.*

Alacer *cogn. vir.* INSCR. nummi Ercavicensis Hispaniae (Cohen I² p. 201 n. 136) L. Cae. Alacre IIvir(o). PAPYR. Wessely, Wien. Stud. 24, 123 (*saec. III/IV*) στρατιώτῃ Ἀμμωνις ἐπικαλούμενος Ἄλακερ.

Alacrius, -a *nom. gent.* CORP. X 3994 (*Capuae*) L. Alacrius Dasius. VI 3631 (*titulus neglegentissime scriptus*) T. Seranius Primianus (centurio) . . . fecit colugi (*sic*) sue Alagrie Ingenue. *Otto.*

Alachroes, -um *gens Africae.* PLIN. nat. 5, 28 in intimo sinu *Syrtidis maioris* fuit ora Lotophagon, quos quidam Alachroas dixere, ad Philaenorum aras. *Diehl.*

Alacius *nom. gent. v.* Allius.

alacrimōnia laetitia GLOSS. *semel* (V 264, 14) *traditum est* acrimonia. *V.*

Alacrinis *nutrix Alexandri Magni.* IVL. VAL. 1, 7. *Diehl.*

alacritās, -tātis *f. ab* alacer. DON. Ter. Eun. 304 alacritas est mutatio quaedam vultus gestientis in spem aliquam. GLOSS. προθυμία, σφοδρότης, celeritas, velocitas; γαυρότης. *plur.* GELL. 19, 12, 4. *vim habet laudativam exceptis* CIC. *locis l. 72. 73. 74.*

CIC. Deiot. 6 quantam mihi alacritatem populi Romani concursus adferret. Tusc. 4, 35 ecferetur alacritate. 4, 36 cupiditas . . . et inanis alacritas id est laetitia gestiens non multum differunt ab amentia. 5, 42 quem . . . temperantia . . . insolenti alacritate gestire non sinat. 5, 48 vir . . . temperatus, constans, . . . sine alacritate ulla, sine libidine nonne beatus? (*cf.* NON. p. 457 alacritatem in malis habendam Cicero . . . ostendit). div. 2, 83 ea res tibi aut timorem adferet aut alacritatem? Phil. 4, 1 frequentia vestrum . . . alacritatem mihi summam defendendae rei publicae adfert. 7, 20 eos consules habemus, eam populi Romani alacritatem, . . . ut. Att. 2, 7, 2 mira sum alacritate ad litigandum. 16, 3, 1 auges mihi scribendi alacritatem. ad Q. fr. 3, 5, 4 opus est ad poema quadam animi alacritate. ad Brut. 2, 7, 2 quae laetitia senatus, quae alacritas civitatis erat. epist. 1, 9, 16 qui . . . egregia animi alacritate afuerit. CAES. Gall. 1, 41, 1 summa . . . alacritas et cupiditas belli gerendi. 1, 46, 4 multo maior alacritas studiumque pugnandi maius exercitui iniectum est. 4, 24, 4 non eadem alacritate ac studio . . . utebantur. civ. 3, 37, 4 studium alacritatemque pugnandi. 3, 92, 3 est quaedam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus, quae studio pugnae incenditur. hanc non reprimere, sed augere imperatores debent. LIV. 2, 10, 10 clamor Romanorum alacritate perfecti operis sublatus (3, 62, 5. 24, 16, 10). 3, 54, 10 ingens assensus alacritasque cuncta adprobantium fuit. 6, 8, 10 cohortatus milites . . . ingenti militum alacritate . . . oppidum cepit. 6, 33, 10 adventus Romanorum mutaverat . . . Tusculanos ex ingenti metu in summam alacritatem. 7, 33, 4 universus exercitus incredibili alacritate adhortationem prosecutus ducis. 7, 37, 3 omnia . . . ingenti alacritate per clamorem militarem, indicem omnium adsensus, gerebantur. 8, 36, 10 addebat alacritatem, quod. 9, 13, 1 ingenti alacritate ad praetorium concursum est. 9, 41, 17. 10, 17, 9. 21, 46, 1. 26, 45, 4 cum . . . audacia atque alacritas . . . cresceret. 41, 3, 8. VELL. 2, 104, 4 elicitae gaudio lacrimae alacritasque et salutationis nova quaedam exultatio. VAL. MAX. 1, 8, 2 haud dubiam prae se appetitae clarioris sedis alacritatem ferens. 4, 8, 5 clamoris alacritate. 7, 4, 1 pro . . . trepidatione alacritate suorum pectora replevit. 8, 15 praef. ipsa natura nobis alacritatem sumministrante. 9, 7, 1 per summam animorum alacritatem. SEN. epist. 57, 6 alacritas rediit. CVRT. 4, 2, 20 alacritatem militum accendit. 4, 12, 23 sive alacritate sive taedio expectationis . . . ingentem . . . edidere clamorem. 4, 15, 28 ingens ergo alacritas et fiducia (9, 2, 25 FRONTIN. strat. 1, 11, 2) paulo ante territos accendit ad pugnam. 6, 2, 21 ipsius alacritatem et tanti animi spiritus. 6, 4, 1. 7, 1, 23 animorum alacritatem continere. 7, 8, 8. 8, 11, 8 clamor . . . exercitus, index alacritatis (9, 2, 30). 9, 9, 7. COLVM. 11, 1, 17 ne statim a prima luce familia cunctanter et languide procedat, sed velut in aliquod proelium cum vigore et alacritate animi . . . tamquam ducem strenue sequatur. QVINT. inst. 1, 3, 10 nec me offendit lusus in pueris (est et hoc signum alacritatis). FRONTIN. strat. 2, 4, 19 et suis alacritate et hostibus iniecto metu. 2, 5, 40 animum . . . impulit in vanam alacritatem. 2, 8, 2. 3, 8, 2 TAC. Agr. 35 hist. 1, 58. 4, 3 addidere alacritatem. 4, 34 inmane quantum suis pavoris et hostibus alacritatis indidit. ann. 2, 6. 12, 35. 16, 5 alacritatem tristitiamque. PLIN. paneg. 14 campum alacritate discursu pulvere attolleres. GELL. 1, 11, 17 militum securitas et alacritas. 19, 12, 4 vigoribus quibusdam mentium et alacritatibus. APVL. met. 7, 27. 8, 16 illa pernicitas non erat alacritatis meae, sed formidinis indicium. Socr. 12 p. 147 nullo angore contrahi, nulla alacritate gestire. CORP. III 14416 ⟨ob⟩ alacritatem virtu⟨tis adv⟩ersus hostes. MIN. FEL. 4, 1 [COMM. apol. 286]. ITIN. Alex. 5. 25 Paeonibus (Pannoniis *trad.*) alacritas est amica. 26 adeo torrenti turbine et alacritate. PANEG. 3, 3 regionum alacritas. 6, 4 IVST. 2, 9, 11. VIR. ill. 71, 1 Viriathus alacritate venator. HIL. in psalm. 63, 8. AVSON. 409 p. 268, 44 P. ut tu vegetam et sublimem alacritatem tuam temeritatem voces. AMM. 16, 5, 14 cum alacritate et tripudiis. 16, 12, 14. 17, 6, 2. 17, 13, 17 ne alacritas intepesceret pugnatorum. 19, 2, 6. 13. 19, 7, 2. 21, 13, 2. 23, 5, 16 viribus et alacritate vos vigere. 24, 1, 1 (*cf.* 30, 2, 1). 24, 6, 11. 25, 1, 7. 25, 3, 10 aestus officeret alacritati membrorum. 26, 9, 7. 27, 5, 5. 31, 7, 15. 31, 12, 17. 31, 15, 14 ab alacritate fortiter faciendi avertebat. VEG. mil. 1, 4 militaris alacritas, saltus et cursus ante temptandus est, quam corpus aetate pigrescat. 2, 19. RVFIN. hist. 4, 15, 16 tota alacritate contentus (προθύμως μετὰ σπουδῆς). 4, 15, 25 alacritatem vultus eius (*alia in graeco*). 5, 1, 28 mentis alacritatem . . . recuperare (ἐνδυναμούμενοι . . . ψυχῇ). 5, 1, 45 vigore animi et alacritate fidei suae. PS. RVFIN. in Os. 1, 10. in Ioel 2, 4—11 p. 1044^C bruchum et rubiginem, qui absque ulla operis alacritate (*non pugnando ut milites*) insidendo inhaerendoque consumat *arva*. VVLG. Sirach 45, 29 in bonitate et alacritate animae suae (ἐν ἀγαθότητι προθυμίας ψυχῆς αὐτοῦ). AVG. lib. arb. 2, 16, 41 in euang. Ioh. 5, 3 civ. 18, 54. serm. ed. Mai 168, 3 pennarum alacritate *Gabrielis*. SVLP. SEV. chron. 2, 1, 5 iuvenili alacritate . . . effugisse. PHYSIOGN. 51 nares patulae alacritatis et fortitudinis indicium produnt. MART. CAP. 1, 23 tanta gratulatione alacritateque concutitur, ut . . . etiam corpore moveretur. 8, 806 hac iocularis laetitiae alacritate fervente. SACR. Leon. p. 368 ad . . . beatitudinem . . . non fragilitate carnis, sed alacritate mentis ascenditur. SIDON. epist. 2, 4, 1 iuventutis. ENNOD. dict. 17, 5 horrea sua in pignoris alacritate posuisse. CASSIOD. var. 11, 17, 1 incitamentum magnae alacritatis. orat. frg. p. 470, 20 ingenio quidem destitutus, sed magna fultus alacritate. EVGIPP. Sev. 11, 3 tota cordis alacritate dominum deprecari. *de bestiis*: CIC. nat. deor. 2, 158 canum . . . tanta alacritas in venando. div. 2, 56 *galli* victores alacritate et quasi laetitia ad canendum incitantur. COLVM. 6, 29, 1 lascivia et alacritate *equi pulli*. PALLAD. 4, 13, 6 dabit et hilaritas, alacritas agilitasque documentum *bonae indolis pullorum*. *nota*: PS. ORIGEN. tract. 6 scio me . . . frequentissime alacritati vestrae (*i. vobis alacribus*) disseruisse.

personata: INSCR. numm. Cohen V² p. 353 n. 54 Alacritati (*Pegasus volans*).

iuncturae: *c. gen. gerund.*: CIC. Phil. 4, 1 Att. 16, 3, 1 CAES. civ. 3, 37, 4. *c. gen. causae*: LIV. 2, 10, 10. *c.* ad: CIC. Att. 2, 7, 2.

syn.: laetitia. fiducia. securitas. cupiditas, studium, animi incitatio. audacia. animi spiritus. vigor animi. fortitudo. agilitas.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

libido. *opp.*: timor, metus, trepidatio, pavor, formido, angor. tristitia. *V.*

Alacrius *v.* Alacer. **Aladaleariza** *v.* Olotoedariza.

Aladēs (*?*) *cogn. vir.* CORP. VI 12998 M. Aurelius Al|ades M. Aurelio| Serapiodoro alumno: *prius cogn. videtur esse integrum.*

Aladi *v.* Alabi.

Aladin *opp. Mesopotamiae ceteroqui ignotum.* TAB. Peut. 11, 3.

Alaea *insula Arabiae orae occidentali adiacens.* PLIN. nat. 6, 150.

Alaebece *v.* Alebece. **Alaeniticus** *v.* Elath.

Alaesa, Alaesīnus, Alaesus *v.* Halaesa.

Alaesius, -ī *cogn. vir. barb.* CORP. II 930 (*Caesarobrigae, periit*) Elena Alaesii h. s. e.

Alaeus, *cf. Ἀλαεύς Stephani Byzantii, utriusque phyles, Aegeidis* (*Αἰγηΐδος*) *et Cecropidis, incola.* STAT. Theb. 12, 622 atrox Alaeus (alecus *P*); *cf.* SCHOL. *ad l.* (*ubi trad.* ileus, aleos, aleus) unum pro gente. quidam hunc regem volunt esse Tegeae auxiliarem, non civem.

Alagabalus *v.* Elagabalus.

mātrōnae **Alagabiae**. INSCR. Ihm, Matronenkultus 316 matroni⟨s⟩ Alagabiabus. *cf. Ihm, PW. I 1274.*

Alagildus, -ī *nom. vir. germ.* CORP. V 8760 (*Concordiae, christ.*) Evingus, Semtor, Alagildus.

Alagisilus, -ī *nom. germ.* VEN. FORT. carm. 7, 21, 1 inscr. ad Sigimundum et Alagisilum. 2 hinc Sigimunde nitens, hinc Alagisle decens.

Alagria *v.* Alacer. **Alaia** *cf.* Elveto.

Alaina *statio Mesopotamiae.* TAB. Peut. 11, 4 RAVENN. p. 81, 15.

Alaisiagae, -ārum *deae Germanicae (?), de quibus v. Ihm, PW. I 1274 suppl. I 48.* INSCR. Ephem. epigr. VII 1040 p. 324 deo Marti Tsingso et duabus Alaisiagis Bede et Fimmilene et n. Aug. Germ(ani) cives Tuihanti v. s. l. m. *sim.* 1041.

Alal, Alala *v.* Halhul.

Alalcomenaeus, -a, -um, *Ἀλαλκομεναῖος, adi. ad Boeotiae oppidum pertinens quod vocatur Ἀλαλκομεναί.* STAT. Theb. 7, 330 Alalcomenaea Minervae agmina. *?* **Alalcomenē,** -ēs. SCHOL. Stat. Theb. 7, 330 Bacchylides Minervam Itoniam dixit et Alalcomenen (-ein *Leo, cf.* Il. *Δ* 8. *E* 908) ipsam significavit. *Diehl.*

Alalis, Alalius *v.* Helela.

Alalius, -a *nom. gent.* CORP. VI 1057, 6, 63 (*a. 205*) L. Alali(us) Felix *vigil.* 1058, 4, 26 (*a. 210*) *idem. fortasse cognatum cum* Allius. *Otto.*

Alam *v.* Elam.

Alamachius, -ī *nom. vir.* MARTYROL. Hier. Kal. Ian.: nat. Alamachi.

Alamaggei *v.* Salamaggenites gens.

1 *de animalibus et eis quae terra gignit, continet* (*plerumque quia partes sunt albae*): *de hominibus* (*subest hic illic nota non integrae valetudinis, angoris, timoris aegritudinis, ut sit i. q. pallidus*): PLAVT. Capt. 647 *Philocrates* corpore albo est (HOR. carm. 2, 2, 15 *ubi* PORPH. album ... corpus pro pallido dictum est. FRONTIN. strat. 1, 11, 17 DARES 13 PRVD. perist. 1, 112). CIC. carm. frg. 51 virgines. Phil. 2, 41. VARRO ling. 8, 38 album esse Aethiopa non satis est, quod habet candidos dentes. CATVLL. 93, 2 *al. v. p. 1507, 18.* HOR. sat. 1, 2, 124 nec magis alba velit quam dat natura videri. Ov. met. 15, 213 (*in imagine*) hiems venit ... aut spoliata suos, aut quos habet, alba capillos. PERS. 1, 16 haec ... albus (SCHOL. aut festiva veste indutus aut cogitandi pallore confectus) sede leges celsa. STAT. silv. 4, 3, 116 Sibyllam. 4, 8, 18 Atropos. MART. 1, 55, 14 vivat ... urbanis albus in officiis. 8, 26, 2 raptor (*sc. catuli*), in Hyrcano qui fugit albus equo. 10, 12, 9 amicis (*de eisdem versu proximo* pallida turba). TERT. spect. 9 auriga. SVLPICIA sat. 36 rex. HIER. in Zach. 1, 8 p. 786 *apostoli.* DIOM. gramm. I 489, 11 *histriones galearibus usi.* PHYSIOGN. 93 qui sine sensu est, ita esse debet: albus nimis vel nimis niger. MART. CAP. 4, 377 quo tempore albus est *homo.* BOETH. herm. *saepe* homo, Socrates, *sim.* *de bestiis*: PLAVT. Asin. 279 (*v. p. 1507, 9*) quadrigis (VARRO ling. 10, 24 PLIN. nat. 7, 110 APVL. apol. 22). VARRO ling. 10, 24 bigae (VERG. Aen. 10, 575 biiugis. 12, 164). CIC. nat. deor. 2, 6 equis (VERG. georg. 3, 82 HOR. sat. 1, 7, 8 *v. p. 1507, 9* PROP. 4, 1, 32 Ov. met. 8, 33. 15, 189 LIV. 5, 23, 5. 5, 28, 1. 24, 5, 4 *al.* CIC. nat. deor. 3, 11 cantheriis). VARRO ling. 5, 144 sue (VERG. Aen. 3, 392 alba *sus* ... albi circum ubera nati. 8, 45. 8, 82 *sus* cum fetu concolor albo. PROP. 4, 1, 35 PETRON. 47. VARRO rust. 2, 4, 18 porcos. SERV. auct. Aen. 3, 392. 3, 537 porcae. IVV. 6, 177 scrofa). VARRO rust. 2, 5, 10 *boves* (HOR. carm. saec. 49 LIV. 7, 37, 1. 22, 10, 7. 27, 37, 11 boves feminae. PAVL. FEST. p. 4 COLVM. 6, 1, 1. 2 PLIN. nat. 22, 9. ACT. ARV. a. 86, 12 ⟨bove mari⟩. 16 bove femina. CAPITOL. Alb. 5, 3 TREB. Gall. 8, 2. SERV. auct. georg. 2, 146 boves Mevanienses. *ibid.* tauris. Ov. fast. 4, 826 vacca. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 4, 6). VERG. georg. 2, 146 greges (3, 386 SEN. nat. 3, 25, 3). Aen. 3, 120 pecudem (VITR. 8, 3, 14 pecora. COLVM. 7, 9, 2 pistrinale *pecus.* SERV. georg. 3, 386 maritum pecoris ... album. Aen. 3, 118). Ov. fast. 1, 56 agna (PHAEDR. 3, 15, 10 *agnus ad canem*: *unde mater* scivit, niger an albus nascerer? SEN. nat. 3, 25, 4 oves. COLVM. 7, 2, 6 *de maribus ovium*: ex albo saepe fuscus editur partus; erythraeo vel pullo nunquam generatur albus. CALP. ecl. 2, 36 PLIN. nat. 2, 230. 31, 13). HOR. carm. 3, 8, 6 caprum (LIV. 25, 12, 13 MACR. sat. 1, 17, 29). epist. 2, 1, 196 elephas. Ov. fast. 1, 720 victima (PAVL. FEST. p. 10 hostia. VOPISC. Tac. 19, 6. *fort.* VARRO Gell. 10, 15, 32). PLIN. nat. 8, 132 Pontici mures. QVINT. inst. 6, 3, 57 (*cf. p. 1507, 25*) asinus. GELL. 15, 22, 4 cerva. *de avibus et apibus*: CIC. epist. 7, 28, 2 (*v. p. 1507, 21*) avem (Ov. met. 2, 632. 10, 719 [*i. columbas*]. 12, 144 aequoris ... volucrem. am. 3, 12, 2 PLIN. nat. 18, 363). VARRO rust. 3, 9, 17 merulis. VERG. Aen. 11, 580 olorem (HOR. carm. 2, 20, 10 alitem [*i. cycnum*]. Ov. met. 14, 509 cycnis. epist. 7, 2 SIL. 14, 190 STAT. Theb. 9, 858 PORPH. Hor. carm. 4, 1, 10 ISID. orig. 12, 7, 18). HOR. sat. 2, 8, 88 anseris (PETRON. 93 PALLAD. 1, 30, 1). TIB. 1, 7, 18 columba (Ov. fast. 1, 452 EPIST. Sapph. 37). COLVM. 8, 2, 7 *gallinae* (IVV. 13, 141 *cf. p. 1507, 26* SVET. Galba 1 PALLAD. 1, 27, 1. AMBR. hex. 6, 4, 26 *gallum*). IVV. 7, 202 corvo (HYG. fab. 202 p. 128, 10). HIER. in Zach. 5, 9 p. 819 *genus herodionum.* PLIN. nat. 11, 59 quaedam albae *apes.* *de cocleis, serpentibus, lumbricis* PLIN. nat. 9, 173. 30, 45; 30, 21. 31, 18; CAEL. AVR. chron. 4, 8, 108. *de arboribus et herbis*: LVCIL. 1181[k] pampinum. CATO agr. 8, 2 murtum (133, 2 COLVM. 12, 38, 1 PLIN. nat. 15, 123). 70 vitis (VERG. georg. 2, 91 Ov. met. 13, 800 CELS. 5, 2 p. 161 COLVM. 4, 29, 17. 6, 4, 3. 10, 347. 12, 7, 1. 2 SCRIB. LARG. 79. 134. PLIN. *passim.* PALLAD. 1, 35, 1). VARRO rust. 1, 46, 1 populus (HOR. carm. 2, 3, 9 TIB 1, 4, 30 Ov. epist. 9, 64 VITR. 2, 9, 9 CELS. 6, 9 p. 246. PLIN. *passim. nota* 16, 86 alba *populus* folio bicolor, superne candicans, inferiore parte viridi. SIL. 10, 531 SER. SAMM. 697. SCHOL. Pers. 1, 59 populum ... dicimus albam, quod ... folia eius alba sunt una parte). CATVLL. 61, 194 parthenice. VERG. ecl. 2, 18 ligustra. 7, 38 hedera (PLIN. nat. 16, 152. 24, 76 albae sativae). georg. 4, 130 lilia (Aen. 12, 69 LYGD. 4, 33 PROP. 2, 3, 10 Ov. fast. 4, 442 *al.*). HOR. sat. 2, 4, 74 piper (2, 8, 49; *sic ceteri passim, praecipue in medicamentis et sim., ut* CELS. COLVM. SCRIB. LARG. PLIN. nat. *medici recentiores*). Ov. fast. 6, 130 *spina* (6, 165 FEST. p. 245 COLVM. 7, 7, 2. 7, 9, 6. PLIN. nat. 24, 109 acaciae spinā ... alba ... arbore. VVLG. Bar. 6, 70 *al.* VARRO Char. gramm. I 144, 21 *et* Non. p. 112, 19 ex spinu alba). CELS. 2, 13 p. 58 veratro (3, 18 p. 101. 3, 23 p. 114 *al. hic illic in medicamentis. item* SCRIB. LARG. 10). 3, 24 p. 115 betam (PLIN. nat. 20, 70 APIC. 4, 181). 4, 17 p. 143 papaver (PLIN. nat. 20, 198). 5, 4 p. 162 violae (5, 11 p. 164 PLIN. nat. 12, 39. 21, 27. 64. 65. 69. 131. 24, 135). 6, 5 p. 225 struthii. COLVM. 7, 5, 7 (h)elleborum (PLIN. nat. *saepius*). 9, 4, 3 ziziphus. 10, 417 arbos (*i. ficus*) ... alba ... quae servat flavae cognomina cerae. SCRIB. LARG. 15 t⟨h⟩ymi. 90 alterci (220). 165 ervi. 177 costi. PLIN. nat. 12, 106 calami odorati. 12, 133 labrusca. 14, 122 Arabica resina (16, 55). 14, 123 colophonia. 15, 70 *ficus* aratia. 15, 71 ficus (MACR. sat. 3, 20 *saepius*). 16, 66 ăcer (16, 69). 18, 124 cicer. 18, 153 herba ... panico similis. 19, 125 *lactucas* (19, 130 CAEL. AVR. chron. 3, 2, 33). 20, 97 scillarum ... alba. 22, 85 chamaeleonti (28, 162. 30, 30 GALEN. alfab. 71). 22, 88—90 sonco. 23, 23 bryoniam. 24, 151 aris. 25, 120 verbascum. 25, 149 mandragora. 26, 81 hypocisthis. 27, 25 androsaces herba est alba. 28, 197 nasturtii. 29, 93 rosa (? GLOSS. III 567, 56). Ps. RVFIN. in Ioel 1, 6—8 ut alba pro viridi silva (*sc. a locustis erosa*) visatur. *de terra, terrae generibus, terrenis, eis quae terra gignit*: VARRO rust. 1, 9, 5 sabulo (PLIN. nat. 17, 25. 33. 36, 194 harena). 1, 9, 7 terra (PLIN. nat. 17, 43. 44. 33, 69. 35, 192). PLIN. nat. 17, 45 *mergae.* 26, 59 sōlo. LVCR. 6, 1079 plumbo (CAES. Gall. 5, 12, 5 CELS. 5, 26, 36 p. 199 PLIN. nat. 4, 112. 33, 94. 34, 157. 158. 160—163 HYG. fab. 274 p. 149, 17. MART. 10, 22, 2 cerussa). VERG. Aen. 12, 87 orichalco (PLIN. nat. 16, 55 aeris). HOR. sat. 1, 6, 116 lapis (Ov. met. 2, 832 FEST. p. 174. PLIN. nat. 36, 135 coranos ... Parios [ISID. orig. 16, 4, 31]. 36, 167. 174 HIL. dedic. eccl. p. 881[D] AVG. civ. 21, 4 MART. CAP. 4, 366 SIDON. carm. 11, 19 ISID. orig. 16, 4, 12). Ov. frg. 8 crystallo (PLIN. nat. 36, 198 vitrum). VITR. 2, 5, 1 saxo aut silice. 2, 7, 1 tofus. PETRON. 33 calculis (LAVS Pis. 194 NOVAT. tract. 18 p. 193, 16 ANTH. 194, 3 DRAC. Orest. 941. *ad* PLIN. epist. 1, 2, 5 SYMM. epist. 1, 96 PORPH. Hor. carm. 1, 36, 10 *cf. p. 1507, 32.* SCHOL. Pers. 2, 1 lapillo). PLIN. nat. 36, 158 ophite. 36, 168 silices. 37, 134 *gemmam* (MART. 11, 36, 1). 37, 192 dendritide. VEN. FORT. carm. 8, 3, 264 zmaragdus. *de fluviis, montibus, regionibus* (*per hypallagen*): VERG. Aen. 5, 865 scopulos Sirenum. 7, 517 Nar (CARM. epigr. 409, 2). STAT. silv. 2, 7, 65 Philippos. MART. 12, 63, 3 albi ... oves Galaesi. SIDON. carm. 2, 243 Tanais (ALC. AVIT. carm. 4, 441 *Gallicanorum librorum pars deterior, ut videtur recte, alii* alvus). AVIEN. orb. terr. 118 cautes. 512 vertice. VVLG. Ioh. 4, 35 regiones.

de membris, corporum partibus, aliis ad corpus pertinentibus rebus: *animalium*: PLAVT. Bacch. 1101 barba. Epid. 429 dentibus (VERG. Aen. 7, 667. 11, 681 QVINT. inst. 8, 2, 10. 8, 6, 40). ENN. ann. 518 V. spumas *equorum.* CATO agr. 157, 3 cancer. inc. libr. frg. 7 lacte *caprarum atrarum.* VARRO Men. 490 pilis *ericii* (rust.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 3, 2 pilo *capri*). rust. 2, 1, 14 cornibus *bovis*. 3, 12, 5 ventre *leporis* (PERS. 3, 98). LVCR. 2, 823 pinnis *corvorum*. VERG. georg. 2, 465 lana (LIV. 24, 16, 18 PAVL. FEST. p. 288 PETRON. 54 PLIN. nat. 8, 190 MART. 14, 155 OPTAT. 5, 7 p. 134 SERV. georg. 3, 386 VVLG. Is. 1, 18 apoc. 1, 14). Aen. 5, 565 maculis *equi Thracii* (9, 48. PAVL. FEST. p. 369 in corpore hominis. PLIN. nat. 8, 69 FIRM. math. 3, 7, 10 VVLG. lev. 13, 49. AVG. civ. 18, 5 *vituli*. CORIPP. Ioh. 4, 52. ISID. orig. 12, 2, 19 *pardi*). Aen. 5, 567 vestigia primi alba pedis *equi* (AVSON. 353, 8 *de sponsa*. SIL. 16, 349 IVV. 1, 111 ISID. orig. 12, 1, 52). *ibid.* frontem *equi* (BVC. Eins. 1, 7 *capri*. SIL. 16, 348. PORPH. Hor. carm. 4, 2, 59 *vituli*. ISID. orig. 12, 1, 52). 7, 417 crinīs (9, 648 IVV. 2, 112 SOL. 15, 5 HIL. carm. euang. 76. HOR. epod. 17, 23 capillus. TIB. 1, 8, 45 PROP. 3, 24, 33 *al.* OV. am. 1, 8, 111 comam. met. 10, 424 canities. BVC. Eins. 1, 44 caesaries. MART. 4, 78, 2 cum facies multo splendeat alba pilo. SIDON. carm. 5, 91 telis *suis*). HOR. carm. 2, 5, 18 umero. epod. 7, 15 pallor (CYPR. GALL. num. 390 PHYSIOGN. 91). sat. 1, 2, 36 cunni. 1, 8, 16 ossibus (CELS. 8, 2 p. 329). 1, 8, 37 merdis ... corvorum. 2, 4, 13 ova (COLVM. 6, 38, 2 ovorum ... liquor. PLIN. nat. 10, 148). OV. epist. 7, 100 vellera (VVLG. gen. 30, 35). am. 1, 7, 51 albo et sine sanguine vultu (PRVD. psych. 244). 1, 8, 35 ora. 1, 10, 3 plumis *oloris*. met. 14, 208 medullis. Pont. 4, 9, 50 colla ... boum. FEST. p. 205 ungulam ... equi. CELS. 1, 2 urina (2, 4 p. 35 SCRIB. LARG. 182 PLIN. nat 28, 69. CELS. 2, 4 p. 34 folia quaedam tenuia atque alba *in urina*. 2, 4 p. 35 id quod excernitur. 2, 5 p. 35 *in urina* subsidentia. 2, 7 p. 40 *ex urina* quod desidit. PLIN. nat. 28, 68). CELS. 2, 6 p. 36 quae ... *in oculis* alba esse debent (3, 24 p. 115. PHYSIOGN. 26 *guttulae oculi*). 2, 8 p. 44 pus (p. 45. 5, 26 p. 195. 5, 28, 12 p. 214. 7, 3 p. 266). 2, 8 p. 45 sputum (p. 47). 4, 1 p. 122 venae (PRVD. cath. 8, 62). 4, 18 p. 143 bilis. 5, 28 p. 215 callus. 5, 28, 15 p. 218 pusula. 6, 6, 1 p. 225 pituita. 6, 8, 2 p. 245 caruncula. 7, 6 p. 272 tunica (*i. cutis*. 7, 7, 13 p. 279. 7, 18 p. 295). 7, 12, 3 inflammatio. COLVM. 8, 2, 8 auribus *matricum gallinarum* (PERS. 1, 59 auriculas. SCHOL. *ibid.* interior pars aurium). SCRIB. LARG. 184 linguam. 236 crustam perductam. PLIN. nat. 20, 165 vitiligines (30, 120. 31, 118). 21, 123 fluctiones mulierum (22, 81 profluvia ... feminarum). 22, 93 guttas in vertice (29, 84 *phalangiorum*. 29, 87 *myrmecionis*. 30, 100 fullonis). 25, 60 elephantiasi. 26, 156 menses *mulierum*. 29, 86 virgulis *asterii*. 29, 87 medium caput *tetragnathiorum* distinguente linea alba. MART. 4, 78, 2 facies. 10, 3, 10 pinna *rumoris personati*. 11, 84, 3 brachia *turbae entheae*. IVV. 13, 117 porci omenta. SOL. 17, 8 *pantherae* alba ... tergi supellex. PALLAD. 1, 27, 2 *pituita* alba pellicula linguam *gallinarum* vestit. VVLG. lev. 13, 19 cicatrix (13, 24). RVFIN. hom. Orig. in lev. 8, 5 sanata adustio lucida alba. CLAVD. 1, 90 pectus. carm. min. 9, 13 *iaculorum hystricis* alba ... radix. AVG. quaest. hept. 3, 43 tactus *lucidus albus*, id est illa macula coloris (3, 45). PHYSIOGN. 60 ungues. THEOD. PRISC. eup. faen. 17 *alopecia*. SIDON. epist. 2, 2, 17 abdominibus *piscium*. ISID. in lev. 11, 11 *lepram*. *nota* PROP. 3, 5, 24 *ubi iam sparserit* nigras alba senecta comas (OV. trist. 4, 8, 2). *arborum, herbarum, saepe de fructibus*: CATO agr. 70, 1 fabulos. 117 oleae (118. 119 VARRO rust. 1, 66 CELS. 2, 22 p. 69. 2, 30 p. 72 COLVM. 11, 2, 83 PLIN. nat. 12, 130. CELS. 4, 27 p. 154 olivae. COLVM. 12, 49, 1. 4 *al.*). VERG. georg. 2, 71 flore piri (OV. met. 14, 291 florem ... album, moly vocant superi. PLIN. nat. 20, 209 *tithymali*. 21, 60 *leucanthemi*. 21, 176 *parthenii*. 24, 59 *viticis*. 24, 81 *cisthi*. 26, 26 *bellis*. 26, 40 *malundri*. 26, 55 *thymi*. AMBR. hex. 3, 8, 33 *pyri*). OV. fast. 4, 697 fungos. met. 3, 510 foliis *crocei floris* albis (PLIN. nat. 19, 93 *medicae masculae*. 24, 29 *chamaepityis*. 25, 148 *hippophlomi*. 26, 59 *scamonii herbae*. 27, 26 *androsaemi*. 27, 88 *chamaezeli*). 4, 51 poma (COLVM. 3, 21, 3 generis albi ... pomis). COLVM. 12, 16, 1 *uvas* (arb. 4, 5. 8, 4 PLIN. nat. 14, 81. 15, 109. 23, 10. 23, 14 uva passa. 31, 118. VOPISC. Tac. 17, 3 uvas Aminias). 12, 38, 5 baccas albi generis myrti (12, 38, 7. 12, 52, 9). 12, 49, 2 pauseam (12, 49, 7). PLIN. nat. 16, 244 radice *hippophaesti* (20, 222 *althaeae*. 25, 76 *nymphaeae*. 25, 113 *persollatae*. 15, 147 *mandragorae*. 25, 172 *ranunculi herbae*. 26, 39 *tripolii*. 26, 42 *ali*. 27, 21 *alceae*. 27, 33 *arctii*. 27, 60 *circaeae*. 27, 92 *hippophaesti* radiculae). PLIN. nat. 19, 131 seminis *hortensium* (20, 174 *piperitis*. 25, 111 *dauci*. 25, 148 *mandragorae*. 26, 68 *paralii*. 26, 69 *helioscopii*. 26, 162 *arsenogoni et thelygoni*. VVLG. exod. 16, 31 *coriandri*). PLIN. nat. 22, 45 viscum. 24, 9 *gallam*. 25, 132 *polythrichis*. VAL. FL. 5, 10 fronde. AVSON. 393, 75 melonis albam paginam. VVLG. Ioel 1, 7 *fici* rami. THEOD. PRISC. eup. faen. 81 bulbis. *lapidum, gemmarum*: PLIN. nat. 37, 89 circuli *in sardonychibus* (ISID. orig. 16, 11, 1 *achatae*). *ibid.* zona *sardonychum* (37, 90). 37, 97 maculis *carbunculi* (37, 138 *iritidis*). 37, 118 linea *iaspidis* (37, 177 *cardeli*). 37, 141 venis *achatae Phrygiae* (37, 162 *zmaragdi*). 37, 150 *baropteni* nodis. 37, 184 limite *gemmae Veientanae*. ISID. orig. 16, 10, 4 succum *galactitae lactei*. 16, 11, 5 notis *Veientanae*.

2 *de rebus ad vitam et victum pertinentibus*: *de potu, cibo, liquoribus, cera, medicamentis, sim.*: PLAVT. Men. 915 vinum (CATO agr. 106, 2 vini veteris vel aminnii vel miscelli albi. VARRO Men. 575. HOR. sat. 2, 4, 29 Coo [*sc. vino*]. PLIN. nat. 20 *sqq. saepissime; al.*). CATO agr. 119 epityrum. VARRO rust. 2, 11, 7 cera (OV. am. 1, 12, 30 COLVM. 12, 52, 16 CELS. 4, 27 p. 153 PLIN. nat. 22, 116. 29, 114 PALLAD. 1, 40, 1. 2 PLIN. med. 1, 3). CELS. 5, 26, 20 p. 189 melli (PLIN. nat. 11, 38). *ibid.* oleo. SCRIB. LARG. 200 ius (APIC. 7, 280. 8, 398). COLVM. 12, 57, 1 acre acetum (PLIN. nat. 34, 116). PLIN. nat. 14, 78 mustum (14, 100. 18, 102. 23, 30. 23, 44. 24, 129). 31, 115 obsonia. CELS. 5, 19, 23 *emplastra* (SCRIB. LARG. 217. 219. 220 PLIN. nat. 31, 63). INSCR. *Espérandieu* 41 catodi album lene m(edicamentum). 126. *de supellectile, vestitu, operibus, armis*: PLAVT. Persa 74 (*v. p. 1507, 12*) rete. LVCIL. 769 (*v. p. 1507, 14*) linea (GELL. praef. 11 CASSIOD. var. 3, 51, 7). CATO agr. 135 treblae. VARRO Gell. 10, 15, 32 galerum *flaminis Dialis*. BELL. Afr. 57, 6 vestitum (VVLG. Luc. 9, 29). HOR. carm. 1, 35, 21 panno *Fidei*. OV. met. 2, 413 vitta (am. 3, 6, 56 *Iliae*. PLIN. nat. 18, 6 *spiceae coronae*. SERV. Aen. 7, 417). 6, 577 filis. am. 3, 2, 41 vestis (3, 13, 27 *sacerdotum Iunonis*. fast. 4, 619 *et* 5, 355 *Cerealium*. trist. 3, 13, 14 *et* 5, 4, 8 *Natalium*. CORP. XII 6038, 6 *uxoris flaminis*. CVRT. 3, 3, 11. 4, 15, 27 PETRON. 65 PAVL. sent. 1, 21, 14 TERT. resurr. carn. 57 *liberti*. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 35 *matronarum*. LAMPR. Alex. 4, 2. 60, 3 VVLG. Luc. 23, 11. act. 1, 10 *duorum virorum caelestium*. AVG. epist. 34 ISID. orig. 10, 15). FEST. p. 286 tunicis *virginum nubentium* (IVV. 3, 179 PLIN. epist. 7, 27, 13. APVL. met. 8, 27 *sacerdotum deae Syriae*. VOPISC. Aurelian. 48, 5 BOETH. herm. pr. 1, 8 p. 102, 1 herm. sec. 2, 8 p. 180, 1). p. 302 vestimento (PAVL. FEST. p. 349. VVLG. Matth. 17, 2 *Iesus clarificati*. apoc. 3, 5. 18. 4, 4 HIER. epist. 108, 21). VAL. MAX. 1, 6, 11 paludamentum *in proelium exeuntium*. SCRIB. LARG. 142 staminis (IVV. 12, 65). PETRON. 78 stragulam (SVET. Nero 50). PLIN. nat. 28, 29 linteolo. VAL. FL. 1, 385 palla *Mopsi*. STAT. silv. 1, 2, 24 vellere *Parcarum*. Theb. 6, 331 cristis *cassidis et infulae Amphiarai*. 4, 218 infula *Amphiarai* (SAB. Gell. 7, 8, 8 *fratrum Arvalium*). MART. 4, 2, 6 lacerna (14, 137. 139). APVL. met. 7, 8 calceis (VOPISC. Aurelian. 49, 7. HERM. Pal. vis. 4, 2 calceamentis). CYPR. mort. 20 indumenta *fratrum mortuorum*. SOL. 27, 51 mitrula. LAMPR. Alex. 40, 11 bracas. TREB. Claud. 14, 8 subsericam (17, 6). EDICT. Diocl. 7, 52 ⟨ce⟩ntunclum equestre coactile. 9, 17 ⟨sol⟩eis Babylonicis. 9, 19. 23 socci. 10, 11 zona militaris. VVLG. apoc. 6, 11 stolae. 7, 9. 19, 14 byssino. VEN. FORT. Mart. 2, 274 tegmina. GREG. M. epist. 9, 195 birrum. GLOSS. III 211, 5. 226, 55/56. 647, 3 paenulam. VERG. Aen. 9, 545 parma. PROP. 4, 11, 54 carbasus *virginis Aemiliae*. OV. epist. 2, 12 vela. OV. met. 4, 48 turribus (altis *N*). VITR. 7, 3, 4 opus. COLVM. 8, 8, 3 tectorio. PERS. 5, 183 fidelia. STAT. silv. 4, 9, 45 calicum.

3 *de caelestibus, aeriis, ventis, luce, die, nubibus*: ENN. ann. 89 V. sol (AMBR. hex. 2, 3, 14). 557 V. iubar. VARRO Men. 557 grandine. CIC. ac. 2, 100 nivem (fin. 1, 30. LVCR. 6, 736 ningues). CATVLL. 63, 40 aethera. HOR. carm. 1, 7, 15 Notus (3, 27, 19 Iapyx. PLIN. nat. 18, 356 tempestatem). 1, 12, 27 stella (AVIEN. Arat. 1698). OV. trist. 3, 5, 56 Lucifer *personatus*. LVCAN. 2, 720 lux (MART. 10, 62, 6 luces. CASSIOD. var. 9, 3, 4 DRAC. laud. dei 2, 220). SIL. 15, 53 dies. ITALA apoc. 14, 14 nubem (SCHOL. Germ. Bas p. 104, 3). HYG. astr. 4, 13 p. 113, 2 solis ignis. SCHOL. Germ. Bas. p. 104, 9 circuli. GLOSS. Plac. V 31, 9 *lactei circuli* via.

4 color, *semel* candor: VARRO rust. 2, 5, 89 *pecudum*. 2, 9, 4 *canum* (COLVM. 7, 12, 3). 3, 7, 2 *columbarum generis cuiusdam* (COLVM. 8, 8, 9). CIC. leg. 2, 45 color ... albus ... decorus deo. LVCR. 2, 811. 823. OV. met. 2, 541 *corvi*. 12, 403 *crurum Cyllari centauri*. 15, 46 omnibus *lapillis* e nigro color est mutatus in album. PAVL. FEST. p. 4 aquae. 22. 99 boum. 302. CELS. 5, 19, 2 *emplastrorum*. 5, 26, 27 p. 194 *vulneris*. 5, 28, 19 p. 221 *vitiliginis*. SEN. epist. 58, 12. 94, 19. COLVM. 7, 2, 4 ovium. 8, 14, 3 anserum. PLIN. nat. 14, 27 *de vino* (14, 80). 35, 50 APVL. mund. 20 (?). HERM. Pal. vis. 4, 1 bestiae. PALLAD. 4, 13, 3 *equorum* (ISID. orig. 12, 1, 48 *sqq.*). AMM. 20, 11, 29. SERV. Aen. 7, 517 *Naris fluminis*. HYG. fab. 136 p. 115 *vituli*. VVLG. lev. 13, 3 *pilorum*. 13, 10 in cute. 13, 42 in calvitio sive in recalvatione. AVG. c. Faust. 21, 11 *in plumis volatilium*. PHYSIOGN. 79 *corporis* (88 color frigidus. 91. 92. 110. 112). MART. CAP. 9, 942. SIDON. carm. 23, 325 *quadrigarum sive aurigarum*. DRAC. laud. dei 2, 453 in agnis. CASSIOD. var. 3, 51, 5 *in ludis circensibus*. ISID. orig. 12, 1, 50 GLOSS. III 329, 22. 499, 7. 529, 41. APVL. met. 11, 3 ⟨vestis⟩ ... albo candore lucida.

structurae: *additur qua re*: VERG. Aen. 5, 865 scopulos Sirenum ... multorum ... ossibus albos (STAT. silv. 2, 7, 65). 7, 517 amnis sulpurea Nar albus aqua. HOR. epod. 17, 23 tuis capillus albus est odoribus. OV. am. 1, 12, 30 immundo cera sit alba situ. CELS. 4, 1 p. 122 venae colore albae. 5, 28, 15 p. 218 *pusula* ἐπινυκτὶς colore ... alba. PLIN. nat. 25, 149 albus (salsus *viri docti*, *nescio an recte*) rore tantum sucus. STAT. silv. 4, 3, 116 *Sibyllam* albam crinibus infulisque (*cf.* MAXIM. eleg. 2, 55). MART. 4, 78, 2 *cum* facies multo splendeat alba pilo. SVLPICIA sat. 36 *rex* ingluvie albus. SOL. 30, 25 *res* saxo alba. CLAVD. rapt. Pros. 2, 130 *comes Proserpinae* alba ligustris. SIDON. carm. 5, 602 Maurus ... timore albus. SERV. georg. 3, 386 maritum pecoris et cornu et ungulis et palato album esse debere. ISID. orig. 12, 7, 18 olor ... totus albus plumis. 13, 21, 27 quod Tiberis nivibus albus sit. *c. acc. graec.*: OV. met. 15, 213 hiems (*personata*) ..., quos habet, alba capillos. *cum* ad: VVLG. Ioh. 4, 35 albae ... ad messem regiones.

nomina geographica, quibus inest albus: LIV. 32, 9, 2 *de caelo tacta erat* Capuae ... aedes, quae Alba dicitur (40, 45, 3). PLIN. nat.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 237 *flagrat vertex* Susis . . . ad Turrim albam XV caminis (*alia prope Circeios* TAB. Peut. 6, 1). 3, 3 fauces oceani patent quinque M (passuum) in latitudinem a vico Mellaria Hispaniae ad promunturium Africae Album (5, 75). 16, 142 in Idaeis montibus et quos Albos vocant (31, 43). GREG. M. epist. 3, 17 locum qui appellatur Gallinas Albas (CVRIOS. urb. reg. 6 p. 8, 8).

B ***proverbialiter*** *sive* ***translate***: *de rebus corporeis*: PLAVT. Asin. 279 si huic occasioni tempus se subterduxerit, nunquam edepol quadrigis albis indipescet postea (HOR. sat. 1, 7, 8 *Persius* confidens, tumidus, adeo sermonis amari, Sisennas Barros ut equis praecurreret albis, *ubi* PORPH. ut Sisennam . . . longe anteiret, SCHOL. Hor. equi albi dicuntur esse velociores). Persa 74 qui hic albo rete aliena oppugnant bona (*alluditur fortasse ad album reipublicae*). LVCIL. 769 amabat omnes. nam ut discrimen non facit neque signat linea alba (GELL. praef. 11 Graeci multa et varia lectitantes . . . alba ut dicitur linea sine cura discriminis solam copiam sectati converrebant). CIC. Phil. 2, 41 vide, quam te amarit is, qui albus aterne fuerit, ignoras (CATVLL. 93, 2. HOR. epist. 2, 2, 189 *Genius* voltu mutabilis, albus et ater, *ubi* PORPH. proverbialiter. hoc est bonus et malus. et album ad liberalem et laetum reddidit. APVL. apol. 16 HIER. de virg. Mar. 16). CIC. epist. 7, 28, 2 quasi avem albam videntur bene sentientem civem videre (IVV. 7, 202 felix ille . . . corvo quoque rarior albo). PERS. 1, 110 per me . . . sint omnia protinus alba (SCHOL. *ibid.* alba, sicut malum dicimus nigrum). QVINT. inst. 6, 3, 57 Iunius Bassus, homo in primis dicax, asinus albus vocabatur. IVV. 13, 141 tene . . . extra communia censes ponendum, quia tu gallinae filius albae (SCHOL. *ibid.* proverbium vulgare), nos viles pulli nati infelicibus ovis? PLIN. epist. 1, 2, 5 confitebor . . . me et contubernales ab editione non abhorrere, si modo tu fortasse errori nostro album calculum adieceris (SIDON. epist. 4, 6, 3 huiusmodi consilio album calculum minime apponam. *paulo aliter* PORPH. Hor. carm. 1, 36, 10 Cretensibus mos erat laetos dies calculis albis . . . notare. SYMM. epist. 1, 96 SCHOL. Pers. 2, 1). NON. p. 247 album: mite vel placidum (*excidit substantivum in loco allato*). *de rebus incorporeis*: SEN. contr. 7 praef. 2 sententiae *Albuci*, quas optime Pollio Asinius albas vocabat ($M\,\beta$; violabat $CD\,v$), simplices, apertae. PERS. 3, 115 cum excussit membris timor albus (*i. album, pallidum reddens*) aristas (*cf.* SIDON. carm. 5, 602 *p. 1506, 76*); *similiter* MART. 3, 58, 24 non segnis albo pallet otio copo. *coniecerunt* ASCON. Mil. p. 39 album (aliorum *codd.*) . . . iudicium, Pompeius tale proposuit, ut; *nescio an iure*. *sumunt christiani symbolice et allegorice*: HIER. in Zach. 1, 8 p. 784 albi *equi* Medos Persasque significant, quia sub ipsis dimissa captivitas et templum instauratum est *eqs.* p. 786 *montes* plurimos sanctos sentire possumus et apostolos atque apostolicos viros, qui totum orbem rufi et varii et albi peragrasse memorantur (6, 6 p. 824). 6, 3 p. 822 equi albi Macedones, sub quorum rege Antiocho Machabaeorum victoriam legimus *eqs.* AVG. in psalm. 73, 13 *manus* alba, id est immunda.

II ***substantivum*** *et* ***pro substantivo***:

A *neutr.* **album, -ī.** **1** *tabula antiquis temporibus alba sive dealbata; postea, ut videtur, etiam alius cuiusdam coloris. vulgariter masculine, ut* GLOSS. *saepius,* NOVELL. Maior. 7, 18 CORP. VIII 2403 SIDON epist. 6, 8, 2. **a** *magistratuum populi Romani, imprimis praetorum, censorum, postea imperatorum, in qua edicta, actiones, actionum formulae, similia ad ius, censum pertinentia, nomina senatorum, iudicum, aliorum aliquid profitentium (cf. infra p. 1508, 15) initio imperii vel anni descripta publice proponebantur, in qua antiquis temporibus pontifici maximo res gestae per annum scribebantur, sim. nota terminum* in tabula in albo, in tabulam in album *technice in titulis antiquioribus usurpatum*: GLOSS. λευκόν, λεύκωμα, διάταγμα; albus praetoris ubi conscripti sunt, qui recitandi sunt; tabula est et habet albis litteris (*cf. Theophilus antecessor* 4, 6, 12 albon δὲ λέγεται τὸ ἤδικτον διὰ τὸ λευκοῖς γεγράφθαι γράμμασιν) iudices et senatores. LVCIL. 588 (*locus non intellectus*) non te multitudinem tuorum, quam in album indidit, a dextera conficis ibi. LEX repetund. (Corp. I 198) 14 q‹uei . . . ex› h(ac) l(ege) CDL vireis in eum annum *a praetore* lectei erunt, ea nomina omnia in tabula in albo atramento scriptos . . . hab‹eto . . .›. CIC. de orat. 2, 52 usque ad P. Mucium pontificem maximum res omnes singulorum annorum mandabat litteris pontifex maximus efferebatque in album et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi, iique etiam nunc annales maximi nominantur (*cf.* LIV. 1, 32, 2 *sacra publica* ex commentariis regis pontificem in album elata proponere in publico iubet). LEX Rubr. (Corp. XI 1146) 1, 25 eam stipulationem, quam is quei Romae inter peregreinos ius deicet, in albo propositam habet (1, 34). LEX Iul. munic. (Corp. I 206) 15 quod quemquem h(ac) l(ege) profiterei oportebit, is, apud quem ea professio fiet, eius quei profitebitur nomen, et ea quae professus erit, et quo die professus sit, in tabulas publicas referunda curato, eademque omnia, quae uteique in tabulas rettulerit, ita in tabulam in album referunda ‹curato›, idque aput forum et quom frumentum populo dabitur, ibei ubei frumentum populo dabitur, cottidie maiorem partem diei propositum habeto, u(nde) d(e) p(lano) r(ecte) l(egi) p(ossit). 17 queiquomque frumentum populo dabit dandumve curabit, neiquoi eorum, quorum nomina h(ac) l(ege) ad cos. pr. tr. pl. in tabula in albo proposita erunt, frumentum dato neve dare iubeto neve sinito. LIV. 9, 46, 5 *Flavius scriba* civile ius . . . evulgavit fastosque circa forum in albo proposuit. [VELL. 2, 28, 3 in qua civitate petulantis convicii iudicium historiarum ex alto (*coniecit Gronovius* histrioni ex albo *nescio an iure*) redditur]. SEN. epist. 48, 10 per . . . turpes infamesque etiam ad album sedentibus exceptiones. benef. 3, 7, 7 iudex ex turba selectorum, quem census in album et equestris hereditas misit. QVINT. inst. 12, 3, 11 *iuris studiosi* alii se ad album ac rubricas transtulerunt. decl. 249 p. 21, 23 cum album descripsi, cum iudices reieci. 374 p. 414, 1 potentius est, quod in albo lego, quam quod in testamento. TAC. ann. 4, 42 Merulam . . . *Tiberius* albo senatorio erasit. SVET. Tib. 51 instanti saepius, ut civitate donatum in decurias adlegeret, negavit alia se condicione adlecturum, quam si pateretur ascribi albo '. . .'. Claud. 16 splendidum virum . . . albo iudicum erasit (Dom. 8). Nero 21 nomen suum in albo profitentium citharoedorum iussit ascribi. GAIVS inst. 4, 46 innumerabiles eius modi aliae formulae in albo proponuntur. PAVL. sent. 1, 13ᵃ, 3 is, qui album raserit, corruperit, sustulerit, mutaverit . . . extra ordinem punietur (VLP. dig. 2, 1, 7 pr. si quis id, quod iurisdictionis perpetuae causa, non prout res incidit in albo vel in charta vel in alia materia propositum erit, dolo malo corruperit, datur in eum quingentorum aureorum iudicium. 2, 1, 9. PAVL. sent. 5, 25, 5 qui rationes, acta, libellos, album propositum, testationes, cautiones, chirographa, epistolas sciens dolo malo in fraudem alicuius deleverit, mutaverit, subiecerit, subscripserit . . . falsi poena coercetur. *Theophilus antecessor* 4, 6, 12 ἔστι κατ' αὐτοῦ ἡ in factum ἀγωγὴ albi corrupti, τουτέστιν ἕνεκα τοῦ ἄλβου διαρραγέντος). VLP. dig. 2, 13, 1, 1 eum quoque edere (*technice*) Labeo ait, qui producat adversarium suum ad album et demonstret, quod dictaturus est. PS. ASCON. div. in Caec. p. 103 *censores cives sic notabant, ut* qui plebeius, in Caeritum tabulas referretur et aerarius fieret ac per hoc non esset in albo centuriae suae. COD. Theod. 12, 1, 48 si qui forte decuriones munia detractantes ad senatus nostri sese consortium contulerunt, exempti albo curiae propriis urbibus mancipandi sunt. 12, 1, 57 qui legem nostram neglexerint, exempti senatorio albo . . . non capiant cassi honoris augmentum. PS. PROSP. prom. 5, 14, 1 in calculis eburneis nomina proconsulum conscripta Carthagini in foro coram populo a praesenti iudice sub certis vocabulis citabantur et erat sollemnis dies 'albi citatio'. CASSIOD. var. 4, 25, 3 *Petrum* senatorem in album sacri ordinis . . . referri. CORIPP. Iust. 4, 142 senatorum sacro recitantur ab albo nomina. PAPYR. Berol. 611 II 14 *accusatores* cum apud curiosum consilium inimicos suos reos fecerunt, relincunt eos in albo pendentes. CARM. epigr. 40 non est ex albo iu‹de›x patre Aegyptio. **b** *magistratuum municipalium ad decuriones pertinentia, nomina decurionum, alia incidenda curantium*: MOD. dig. 50, 2, 10 Modestinus respondit sola albi proscriptione minime decurionem factum, qui secundum legem decurio creatus non sit. VLP. dig. 50, 3, 1 rubr. de albo scribendo. 50, 3, 1 praef. decuriones in albo ita scriptos esse oportet, ut lege municipali praescribitur . . . ut scribantur eo ordine, quo quisque eorum maximo honore in municipio functus est. 50, 3, 1, 1 in sententiis . . . dicendis idem ordo spectandus est, quem in albo scribendo diximus. 50, 3, 2 in albo decurionum in municipio nomina ante scribi oportet eorum, qui dignitates principis iudicio consecuti sunt, postea eorum, qui tantum municipalibus honoribus functi sunt. 50, 4, 18, 11 *camelarios* ex albi ordine vocari. VOPISC. Car. 4, 4 in ephemeride quadam legisse memini Carum Mediolanensem fuisse, sed albo curiae Aquileiensis (*sic Madvig probabiliter*; set lavo B^1, iuria aquiliensis BP) civitatis insertum. SYMM. rel. 38, 5 *quod Venantius* decurionum adscriptus albo . . . adversum leges ad palatina castra transisset. HIER. hom. Orig. in Ezech. 10 p. 970 infamia decurioni eradi de albo curiae. NOVELL. Maior. 7, 18 *ut provinciarum rectores* principales vel seniores urbium singularum, tam curiarum quam reliquorum corporum albos, quos conscripsit vetustas, proferre compellant. COD. Theod. 12, 1, 142 nominationum forma vacillare non debet, si omnes, qui albo curiae continentur, adesse non possunt. CASSIOD. var. 9, 4, 2 illustris magnificentia tua Agenantiam uxorem Campaniani viri disertissimi in Lucania provincia constitutam filiosque eorum de albo curiae suae faciat diligenter abradi. COD. Iust. 10, 32 (31), 3 cum decurionatus honorem sponte susceperis, albo eximi . . . non potes. 10, 32 (31), 9 in albo decurionum perscriptis patrem non habenti filios anteferri constitit. 10, 32 (31), 62 si sponte confessus vel . . . convictus fuerit, quod ex filia *decurionis Antiochenae civitatis* sit curialis progenitus et albo decurionum adscriptus fuerit. CORP. VIII 2403 albus ordinis col. Thamg. **c** *in vita privata index quilibet nominum vel hominum imprimis collegii cuiusdam. translate etiam de fictis indicibus*: SEN. suas. 6, 3 *de Sullae proscriptione*: iniusta bella (unius tabellae *Gronovius probabiliter*) albo Pharsalica ac Mundensis Mutinensisque ruina vincitur. PLIN. nat. praef. 6 *ad Titum*: cum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo (*sc. iudicum operis mei*). CORP. VI 33885, 6 (*aetate Hadriani*) uti curatores *collegii cuiusdam eborariorum aut citriariorum* . . . ex albo raderentur ab ordine (20). LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CORP. XIV 2112) 2, 8 quisquis magister suo anno erit ex ordine al‹bi› ad cenam faciendam (2, 14). APVL. met. 6, 23 dei conscripti

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Musarum albo. TERT. adv. Marc. 5, 1 quem *apostolum* in albo apostolorum non deprehendo. FVLG. myth. 1, 15 *Cassiope dicit*: una ... sum e virginali Eliconiadum curia Iovis albo conscripta. HIER. epist. 92, 3 in albo viduarum descripta est. SIDON. epist. 6, 8, 2 nomen eiusdem lectorum (*technice*) nuper albus accepit. SEDVL. carm. pasch. 1, 347 ut merear ... albo ... beati ordinis extremus conscribi in saecula civis (op. pasch. 1, 30 albo vitalis paginae). ENNOD. epist. 2, 10, 3 quos ... effusus sanguis albo curiae caelestis adscripsit aut clara confessio. CORP. VIII 2626 alb⟨um *sive* -us⟩ vet⟨eranorum⟩.

2 *color albus, materia alba*: CIC. Tusc. 5, 114 Democritus ... alba ... discernere et atra non poterat. VERG. ecl. 2, 41 sparsis ... pellibus *capreolorum* albo. georg. 3, 56 *bos* maculis insignis et albo. OV. met. 3, 221 nigram medio frontem distinctus ab albo Harpalos *canis*. ars 3, 191 alba decent fuscas: albis, Cephei, placebas (fast. 4, 619). LIV. 4, 25, 13 ne cui album in vestimentum addere ... liceret. 40, 51, 3 columnas ... poliendas albo. PAVL. FEST. p. 31 quod in capite album habeat *basiliscus* (114). CELS. 2, 3 p. 33 in urina subsidere album. 2, 6 p. 36 ex albo oculorum aliquid apparet (2, 8 p. 48. 7, 7, 6 p. 275 ut palpebra cum albo oculi cohaerescat. *ibid.* ubi albo ipsius oculi palpebra inhaesit. 7, 7, 12 p. 279. COLVM. 6, 17, 7 sive album in oculo est. PELAGON. *saepius* oculare ad album. 443 ad album oculi. VEG. mulom. 3, 17, 2 ipsum album de superiori parte ... deprimis. 3, 18 ut interdum *vitium* oculo album ducat, interdum limpidet. 3, 20, 1. CHIRON 541. 798. 799. 978). CELS. 4, 22 p. 148 ex inferioribus partibus ... infundere ... album crudum ex ovis (4, 27 p. 153 ex ovis album misceatur. p. 154 album ex ovo cum rosa mixtum *adponatur*. 5, 2 p. 161 *glutinat vulnus* ovi album. 5, 13 p. 164 levat id quod exasperatum est ... ovi album. 6, 6, 1 p. 227 ovi et album et vitellus in vas defundendum est. 6, 6, 8 p. 229 leniri medicamentum debet adiecto ... albo ovi. SCRIB. LARG. 26 diluto *medicamento* cum ovi albo. 27. 154 clysterem ... ovorum albis temperatum. PLIN. nat. 10, 144 aquaticis *volucribus* lutei plus quam albi *ovi est. alia multa, cf.* albor, albumen *al.*). SEN. nat. 3, 25, 4 *quo flumine poto equis* spargatur albo cutis. 3, 25, 11 foedam ex albo varietatem. CVRT. 3, 3, 17 purpureae tunicae medium album intextum erat. 3, 3, 19 caerulea fascia albo distincta (6, 6, 4). COLVM. 11, 3, 27 *lactuca* Cyprii generis ex albo rubicunda. 12, 49, 9 orchita cum primum ex albo decoloratur. PLIN. nat. 18, 195 cui *grano* plus intus albi est. 22, 37. 26, 97 intus *in satyrio erythraico* album includi sapore subdulce. 35, 64 pinxit *Zeuxis* et monochromata ex albo. 37, 148 Aegyptillam *gemmam* Iacchus intellegit per album sardae (*sc. vena*) nigraque venis transeuntibus. 37, 180 perileucos fit ab oris gemmae ad radicem usque albo descendente. VLP. dig. 32, 70, 12 *versicoloribus* neque album neque naturaliter nigrum contineri nec alterius coloris naturalis. ITALA lev. 13, 13 (Tert. pudic. 20) quoniam *lepra* convertit in album (λευκόν, VVLG. candorem; *cf.* AVG. loc. hept. 3, 28 *sqq.*). SPART. Hel. 5, 7 foliis rosae, quibus demptum est album (APIC. 4, 129). SERV. Aen. 7, 612. 9, 48. HIER. tract. in psalm. 101 p. 159, 24. VVLG. gen. 30, 40 erant ... alba et nigra quaeque Laban (31, 8). MART. CAP. 9, 956 quod inter album nigrumque est, color dicitur. ORIENT. comm. 1, 423 qui canent albo sordente capilli. SIDON. epist. 2, 10, 4 si *fuscus* vestiatur albo. COD. Iust. 11, 9 (8), 3 vellera ... in speciem sacri muricis tingere non sinimus nec ... alio ... colore fucari, cum de albo omnium colorum tingendi copia non negetur. ISID. orig. 12, 6, 5 turdi *pisces* albo varii. *cf. et p. 1503, 24 sqq.*

B *masc. et fem.* **albus** *et* **alba:** HOR. sat. 2, 2, 21 pinguem vitiis albumque neque ostrea nec ... poterit ... iuvare. IVV. 2, 23 Aethiopem albus *derideat*. VEN. FORT. carm. 4, 26, 151 puer atque senes, niger albus, turpis honestus ... obit. alba *vestis*: TERT. scorp 12 *victoribus quibusque promittit* spiritus albam vestiri. VVLG. Ioh. 20, 12 duos angelos in albis sedentes. apoc. 3, 4. GREG. TVR. Franc. 4, 43 archidiaconus indutus albam. VITA Caes. Arel. 1, 44 albam paschalem dedit ei. GLOSS. IV 307, 14 albas gerentes candidam vestem amicti. *praecipue de albis vestibus baptizatorum, quas per octo dies post baptisma induti erant*: INSCR. christ. Rossi I 810 (*a. 463*) albas suas octabas pascae ad sepulcrum deposuit. INSCR. christ. Leblant I 355 in albis cum pace recessit (CORP. XII 2156 VEN. FORT. carm. 4, 22, 5). GREG. TVR. Franc. 2, 29 baptizatus ... puer ... in ipsis ... albis obiit. 5, 11 renatus ... deo per baptisma sacramentum, cum albatis reliquis in albis et ipse procedit. glor. mart. 66 *Genesius* in albis positus (glor. conf. 59). glor. conf. 34 in albis ... transisse (53). 90 in albis migrasse a saeculo. alba *gemma*: SVIDAS ἄλβα: οἱ μάργαροι. LAMPR. Heliog. 21, 3 exhibuit ... sumina apruna ... orizam cum albis exhibens. 21, 4 albas praeterea in vicem piperis piscibus et tuberibus conspersit. CAPITOL. Maximin. 27, 8 monolinum de albis novem. AMBR. hex. 3, 12, 52 hyacinthos ceterasque gemmas fulgere existimes, coruscare Indicos, albarum emicare gratiam. CASSIOD. var. 9, 6, 6 adsurgat Indici maris de albarum candore fama locupletior. VEN. FORT. carm. 6, 1, 110 sapphirus, alba, adamans, crystalla, zmaragdus, iaspis cedant cuncta: novam genuit Hispania gemmam. 10, 10, 18 unde datae sibi sunt alba, topazus, onyx? Mart. 3, 471 sculptilis inpressis ... in auribus alba sigillis. 3, 514 *valvas* niveas stellantibus albis. 4, 627 toga permixtis hyacinthina(?) ... albis. CORIPP. Iust. 4, 119 *de gemmis*: miscentur teretes quadris viridantibus albae. PAPYR. Marini 1 vestes ... sericas cum albis et auro contextas. INSCR. Espérandieu, cachets d'oculistes 159 Fl. Secundi at albas (*sc. cicatrices oculorum*). *Bannier.*

Albus, -a *cogn. cf.* Albius. *antiquissimis temporibus cogn. Postumiorum* (*a quinto saec.* Albinus *suscipit* Albi *partes, cf.* Albinus): A. Postumius Albus Regillensis *cos. a. 258/496*. Sp. Postumius A. f. P. n. Albus Regillens *cos. a. 288/466* (DIOD. 11, 75 Albinus. DIONYS. ant. 9, 60 Ἀλουίνιος). A. Postumius A. f. P. n. Albus Regillens. *cos. a. 290/464*. Sp. Postumius Albus *trib. mil. cos. pot. a. 322/432*. LIV. 4, 25, 5. 4, 27, 8. ACT. ARV. a. 117 II 12 L. Antonius Albus. CORP. VI 27946 d. m. L. Valerio (*sic*) Albus. XIV (*in epitaphiis Praenestinis Sullae aetate antiquioribus*) 3178 ⟨N⟩umtoriai M. Opi Albi. 3191 M. Oppi M. f. Alb. X 6729ᵉ (*Antii*) Sextilia P. l. Alba mater. V 5147 (*Bergomi*) ... †A. n. Albus. II 803 (*in Lusitan.*) '*in fine lege*': uxo⟨r⟩ ex t(estamento) ar⟨b(itratu) Al⟩binae Albi f. f. c. 2855 (*in prov. Tarracon.*) Ambata Alb ... auca Segovetis f.: *ergo vix ad* Albam *pertinet.* 2979 ... s Albus (*christianus*). 4969, 7 (*in lucerna*) Albi. 4970, 19 (*in vasis*) a) Albus f. b) ofi. Alb. VIII 2795 (*in prov. Numidia*) d. m. L. Aemilius Albus. CORP. XII (1941?) 2635 Sex. Vcc⟨i⟩o Secundo Albus fratr. d. s. d. 3261 C. Pinario L. f. Albo aedil. 3346 C. Iulio Albo. 4110 T. A⟨u⟩reli Vol. Albi. 5686, 28 (*in vasculis*) Albi. 34 Albus. 5683, 127 (*in amphoris*) C. I. Alb. *et sim.* 286 Str. Alb. 4956 ⟨Lucia⟩ Felicis l. Alba: *incertum.* XIII 5105 ⟨I⟩uliae Albae. 5704 Albu. pic. '*num* pic⟨tor⟩ *supplendum sit, dubito*'. 10002, 467 (*in amphora*) L. Ser. Alb. 10005, 4 (*in doliis*) App. Alb. 10010, 86 (*in vasculis*) Albus. 76 e) Alb. a) ofi. Alb. b. d. f. Alb. 2115 Alb. VII 1336, 31 (*in patellis*) Alb. 48 *et* 49 *et* 50 Albus. III 4150, 2, 15 (*in Pannon. super.*) Vlp(ius) Albus. 11725 (*in Norico*) ⟨...⟩ae Rufi ⟨f⟩il. Albae. 12014, 110 (*in vasculis*) Albus fe. 12027 b. Albi Q. s...., ENNOD. epist. 6, 34 p. 168 Ennodius Fausto Albo. NOT. Tir. 114, 68 Albus. *nomine* Albi *Albinus imperator ab oraculo Delphico significatur*: SPART. Pesc. 8, 2. **Albulus,** -a *cogn.* CORP. IX 2290 (*Telesiae*) Herenniae C. l. Albulae. 3528 (*Furfone*) Albulo. II 1911 (*in Baetica*) Ver(ania?) Albula. VIII 6092 (*in Numidia*) ⟨d.⟩ m. Albula. 14125 (*Carthagine, christiana*) Albula in pace Liparitana.

Albillus, -a *cogn., nisi est nom. celt.* CORP. XIII 767 (*litteris malis*) Iul(ia) Albilla. 10010, 79 Albillus, Albilus, Allbillus. VII 1336, 36 Albilli m. CORP. inscr. Graec. 3953 l Ἀντωνίας Ἀρίστης Ἀλβίλλης.

cogn. **Albinus,** -a. *in versibus invenitur*: LVCIL. 790 maestus se Albinus, repudium quod filiae. 1020ᵃ virtus, Albine, est pretium persolvere verum. HOR. ars 327 MART. 4, 37, 2 IVV. 3, 130 PAVL. NOL. carm. 21, 281. 838 VEN. FORT. carm. 6, 10, 69. 11, 25, 10 CORP. V 7640, 11 *et* 23. *est cognomen alicuius stirpis praeclarae gentis Postumiorum, quae temporibus reipublicae vigebat. cf. sub* Albus. *primus* M. Postumius A. f. A. n. Albinus Regillensis *censor a. 351/403, utrum frater huius P. Postumius* Albus *an* Albinus *appellatus sit, non traditur. praeterea*: Postumius ... Regillensis Albinus *censor a. 388/366*, Sp. Postumius Albinus *cos. I a. 420/334, cos. II a. 433/321*, A. Postumius A. f. L. n. Albinus *cos. a. 512/242*, L. Postumius A. f. A. n. Albinus *cos. a. 520/234*, Sp. Postumius L f. A. n. Albinus *cos. a. 568/186*, A. Postumius A. f. A. n. Albinus *cos. a. 574/180*, Sp. Postumius A. f. A. n. Albinus Paullulus *cos. a. 580/174*, L. Postumius A. f. A. n. *cos. a. 581/173*, L. Postumius Sp. f. L. n. Albinus *cos. a. 600/154*, A. Postumius A. f. Albinus *cos. a. 603/151*. CIC. Brut. 81 A. Albinus, is qui graece scripsit historiam..., et litteratus et disertus fuit; *vix idem* CORP. VI 31057 (*saec. VII*) *duovir.* Sp. Postumius S. f. S. n. Albinus Magnus *cons. a. 606/148, cuius patrem habemus* CORP. V 8045. CIC. Brut. 94 multae sunt Sp. Albini orationes. Sp. Postumius Albinus *cos. a. 644/110*, A. Postumius Albinus *cons. a. 655/99*. CIC. Brut. 135 quae laus ... in A. Albino bene loquendi fuit; nam flamen Albinus etiam in numero est habitus disertorum. *accedit temporibus imperatorum* INSCR. Ephem. epigr. 8, 563 A. Postumi Albini L. Philippi. Ἀλβῖνον *ducem Samnitium 686/68 occisum commemorat* APPIAN. bell. civ. 1, 93. *temporibus imperatorum* Lucceius Albinus *procurator Iudaeae post Festum, idem ut videtur, qui a Nerone Mauretaniae procurator factus a. 69 p. Chr. interfectus est* TAC. hist. 2, 58, 59 *et quem* PLIN. epist. 2, 9, 7 virum in dicendo copiosum ornatum dicit. Imperator Caesar D. Clodius Septimius Albinus Augustus *imper. a. 196/7* CAPITOL. Alb. *cf.* CORP. III 13847. V 8267. VIII 1549. Nummius Albinus *frater imperatoris Didi Iuliani* SPART. Did. 1, 2. Pescennius Albinus *ab imperatore Severo occisus* SPART. Sept. Sev. 13, 6. M. Nummius Vmbrius Primus M. f. Senecio Albinus *cos. a. 206 p. Chr.* CORP. III 5945. V 4347. XIII 6704 *al.* (*cf.* IX 4330. 6078, 176 Vmbriae Albinae. V 4353 [*Brixiae*] honori Postumiae P. f. Paullae ... Vibia ... cum Nummiis Albino et Varia *tempor. Tiberii*). M. Nummius Senecio Albinus *cos. a. 227* CORP. III 7437, 2. 10843. V 56. XIV 2919. Albinus *cos. a. 246* CORP. VI 2821. 2842. Albinus *cos. a. 263* CORP. III 14549. Nummius Ceionius Albinus *praef. urb. a. 256, 261—263* VOPISC. Aurelian. 9, 2 CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 65, 256, 261—263. *saec. IV et V cogn. saepissime invenitur in familia Ceioniorum, ut*: Ceionius Rufius Albinus *cos. a. 335.* CORP. VI 1708 philosophus *appellatus est. cf.* FIRM. math. 2, 29, 10 *Mommsen, Hermes 29, 468. eundem fort. Rufinus* GRAMM. VI 565 *metricum dicit, cf. duo hexametri* GRAMM.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Alcmeo (-on), -ōnis, *Ἀλκμέων* (*cf.* Svet. Ner. 39 *carm. graec.*). *de nominis formis*: Plavt. Capt. 562 Alcŭmĕus (alcmeus *B²V*), *sed cave antiquitati tribuas* Exc. barb. p. 300, 1 ed. Frick Almeus. Prisc. gramm. II 29, 5 '*u*' saepe interponitur inter 'cl' et 'cm' in graecis nominibus, ut . . . antiqui *Ἀλκμήνη*, Alcumena, *Ἀλκμέων* Alcumeon. Mar. Victorin. gramm. VI 8, 6 iuxta autem non ponebant (*sc. antiqui*) 'cm': inde nec Alcmenam dicebant nec Tecmessam, sed Alcumenam ⟨et Tecumesam⟩; inde Alcumeo et Alcumena ⟨et Tecumesa⟩ tragoediae. p. 9, 20 Alcmenam *nos potius scribamus* quam Alcumenam, Alcmeonem quam Alcumeonem, Tecmessam potius quam interposita u Tecumessam. Non. p. 16 Alcimeone (116. 393. 470). *cf. Ritschl, opusc. II p. 485 Ribbeck, ibid. p. 512 sqq.* Prisc. gramm. III 311, 19 Alcmaone. Isid. orig. 1, 39, 1 **Alcimon.** *de declinatione*: *nom.*: Alcumeus *v. p. 1519, 80.* Alcmeo: Cic. nat. deor. 1, 27 fin. 4, 62 ac. 2, 88. 89 Chalc. comm. 246 Mar. Victorin. *l. c.* p. 8, 8. Alcmeon: Vell. 1, 8, 3 Cens. 5, 2. 5, 4. 6, 4 Hyg. fab. 71ᵃ p. 78, 12. 73 p. 79, 5 Rvfin. Clement. 8, 15 Hier. chron. a. Abr. 1262 Serv. Aen. 6, 445. Prisc. gramm. II 29, 7 (*ubi expectaveris* -ó). Schol. Cic. Gron. p. 432 Schol. Stat. Theb. 4, 188 Mythogr. 1, 152. 2, 58 Isid. orig. 1, 39, 1. *gen.* Alcmaeonis (Acc. trag. 78), *dat.* Alcmaeoni. *acc.* Alcmeonem: Cic. Tusc. 3, 11 Nep. Epam. 6, 2 Hyg. fab. 245 p. 137, 12 Schol. Stat. Theb. 2, 305 Mar. Victorin. gramm. VI 9, 21. *sic appellantur*: 1 *Amphiarai filius ex Eriphyle, qui matrem occidit (de quo cf. Bethe, PW I 1551): hic intellegendus plerisque locis adhuc allatis. ab eodem fabulae* (*cf.* Mar. Victorin. *l. c.* 8, 8) *inscribuntur Euripidis* (Prisc. gramm. III 311, 19), *Enni* (Cic. ac. 2, 52. 88. 89 fin. 4, 62 Non. p. 127), *Acci* (Non. *ll. cc. et* p. 132. 181. 487 *bis*), *quarum persona fuit* Alcmaeo (Cic. *ll. cc.*). *cf.* Acc. trag. 78. 2 *archon Atheniensis, de quo cf. Wilhelm, PW. I 1556, 5*: Vell. *l. c.* Hier. chron. *l. c.* Exc. barb. *l. c.* 3 *philosophus Crotoniates, de quo egerunt E. Wellmann, PW I 1556, 6; Diels, Vorsokratiker p. 103 sqq.* Cic. nat. deor. 1, 27 Crotoniates . . . Alcmaeo, qui soli et lunae reliquisque sideribus animoque praeterea divinitatem dedit, non sensit sese mortalibus rebus inmortalitatem dare. Cens. *philosophi de semine partuque opiniones adfert* 5, 2. 5, 4. 6, 4. Chalc. comm. 246 primus exsectionem *oculi* adgredi ausus est. Rvfin. Clement. 8, 15 Alcmaeon contrarietates *elementa principiorum esse dicit.* Isid. orig. 1, 39, 1 Alcmon *fabulas invenisse traditur.* *adi.* **Alcmaeonius,** -a, -um, *Ἀλκμαιόνιος, ad* Alcmaeonem *1 pertinens.* Prop. 3, 5, 41 Alcmaeoniae furiae.

1. Alco, -ōn, -ōnis *vel* -ontis, *Ἄλκων.* Char. gramm. I 118, 7 Alcon Alconis adaeque facit. *nom. vir.* 1 *in fabulis*: Cic. nat. deor. 3, 53 tertii (*sc. Διόσκουροι*) dicuntur a nonnullis Alco et Melampus et Tmolus, Atrei filii. Hyg. fab. 173 *ad aprum Calydonium ierunt* p. 28, 13 Alcon Martis *filius.* p. 29, 1 Alcon Hippocoon⟨tis⟩ *filius.* Hyg. fab. 14 p. 46, 1 (*in Argonautarum catalogo*) Phaleros Alcontis filius ab Athenis. Verg. ecl. 5, 11 Alconis . . . laudes. *cf.* Serv. *ad l.* Cretensis sagittarius fuit *eqs.* (Mythogr. 1, 160. 2, 191. Gloss. V 520, 17 *ubi* Alcon). Serv. auct. *ad l.* Philarg. *ad l.* (*ubi* Alcon). *idem memoratur* Sidon. carm. 5, 183 *ubi* Alconem. Cvlex 66 pocula . . . Alconis. Ov. met. 13, 683 *cratera Aeneae* fabricaverat Alcon. Stat. Theb. 6, 556 *exit in* Sicyonius Alcon (9, 121). 6, 606 celer . . . Alcon. Calp. ecl. 6, 1 Nyctilus et puer Alcon *pastores* (6, 6. 21). 6, 18 Alcona. 2 *in rerum gestarum memoria*: a *apud scriptores et poetas*: *Saguntinus Hannibalis aevi*: Liv. 21, 13, 1 Alco (21, 12, 4 *e coni. ubi* alconus *Colbertin.*, alcon *Mediceus*). 21, 12, 3 Alconem. 21, 12, 6 Alcone. *Nasidieni servus apud* Hor. sat. 2, 8, 15. *artifex aevi incerti*: Plin. nat. 34, 141 est in eadem urbe (*Rhodo*) et ferreus Hercules, quem fecit Alcon laborum dei patientia inductus. *vulnerum medicus celeberrimus aevi Claudiani*: Plin. nat. 29, 22 Alconti. Mart. 11, 84, 5 Alcon *ante cons.* 6, 70, 6 Alconti. Avson. 73 inscr. de Alcone medico. 73, 3 Alcon *in hexametri fine.* 74, 1 Alcon *ante h. idem qui* Ioseph. antiq. 19, 1, 20 *Ἀλκύων.* portus Alconis *v. l. 71 sqq.* b *in titulis*: Corp. VI 4290 (*e monumento Liviae*) M. Livius Alconis ⟨l.⟩ Chresimus. *cf.* 4289. Corp. VI 10238 T. Flavius Aug lib. Alcon. 27307 M. Aedius Alcon. XIV 1403 P. Sabidius Alcon. *nota*: Corp. XI 2431 (*Clusii*) C. Senti Alchu Clepatras. *v.* Aulax.

2. Alcō, *quasi Ἀλκώ.* Gell. 4, 11, 14 Clearchus et Dicaearchus memoriae tradiderunt fuisse *Pythagoran* . . . feminam pulcra facie meretricem, cui nomen fuerat Alco.

mūtātio Alcobile *Syriae.* Itin. Burdig. 583, *ubi* alcovile *cod. Veron. cf. Benzinger, PW. I 1577.*

1. Alcōn *v.* Alco.

2. Alcon *statio Indiae.* Tab. Peut. 12, 4. Ravenn. p. 42, 15 Arcon.

Alconis (portus), *in Gallia Narbonensi.* Itin. Anton. Aug. p. 505 (*in portuum conspectu*) ab Heraclia Caccabaria Alconis mpm XII, ab Alconis (alchonis *unus liber*) Pomponianis portus mpm XXX. *contulit Holder Altcelt. Sprachsch. I 89* Steph. Byz. *Ἀλωνίς, νῆσος καὶ πόλις Μασσαλίας, ὡς Ἀρτεμίδωρος. τὸ ἐθνικὸν Ἀλωνίτης.*

Alctus, -ī *cogn. barb.* Corp. XIII 3988 (*Treveris*) Boutius Alctus.

Alcymē *v.* Alcime *sub* Alcimus.

alcyon, alcyoneus *v. sub* halc-. **Aldatas** *v.* Altallus.

v. **Aldeni** Donní fíl(iae) uxori. Corp. XIII 5 (*apud Consorannos, saec. I*).

Aldescus *v.* Ardiscus.

Aldio *cogn. vir.* Greg. M. epist. 9, 102 Aldio, magister militum. *cf.* 2, 32 vir magnificus. *Diehl.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aldius *nom. gent.* CORP. IX 1432 (*Aequi Iutici*) C. Aldio Barbato C. Aldius Agr<i>cola fil. fec. *cf.* Aledius *sub* Allius? *Otto.*

Aldualuhus, -ī *cogn. vir. germ.* CORP. XIII 6256 (*Borbetomagi, saec. VI/VII*) hic pausat corpus Aldualuhi, cuius anima gaudet in caelo. *Diehl.*

Alduasdubis *v.* Dubis.

Aldunus, -ī *nom. vir celt.* INSCR. christ. Leblant Nouv. Rec. 241 Alduni. *Jacobsohn.*

Alē *vel* **Alae** *opp. Ciliciae.* PLIN. nat. 5, 92. *cf.* STEPH. BYZ. *sub* Ἀλαί: καὶ τῆς Κιλικίας δὲ πόλις, πληθυντικῶς λεγομένη Ἀλαί. ἀπὸ δὲ τούτου Ἀλήιον πεδίον. *cf.* Alēus. *Diehl.*

ālea, -ae *f.* [*orig. inc.; sunt qui conferant c. ind.* akṣáḥ *'alea', v. Leo Meyer, Vergl. Gramm. d. griech. u. lat. Spr.* I^2 *484. Th.*]. ISID. orig. 18, 60 alea, id est ludus tabulae, inventa a Graecis in otio Troiani belli a quodam milite nomine Alea, a quo et ars nomen accepit (*sim.* GLOSS. IV 14, 26. 205, 49. 473, 51. V 165, 17. *brevius* V 410, 3). GLOSS. κυβεία. κύβος. κόττος. κοττισμός. tefil (*anglos.*). V 424, 21 genus ludi. 262, 22 ubi nummi ad ludendum. 165, 15 alea quasi bellum quod alterum facit victum, alterum victorem. 165, 16 tabula ad ludendum eo quod alter alio victo vincet. 490, 46 *lect. inc. cf.* 1. aleo. *forma* alia: CORP. IV 2119 (*cf.* ALBIN. gramm. VII 297, 14) *et saepius in codicibus, ex. gr.* VARRO rust. 1, 4, 3 *cf.* PLIN. *p. 1522, 34.* *inde a* PLAVTO *in usu est.*

proprie: v. Mau, Leonhard, Hartmann, PW. I 1358 sq. ludere alea, aleam *sim.*: GLOSS. II 354, 12 κοττίζω aleam ludo. 356, 23 κυβεύω aleo, aleam ludo (III 76, 44). II 14, 33 aleam ludit κοττίζει, κυβεύει. TITIVS or. frg. Macr. sat. 3, 16, 14 ludunt alea studiose, delibuti unguentis, scortis stipati. CIC. Phil. 2, 56 vel in foro alea ludere. CARM. Suet. Aug. 70 postquam bis classe victus naves perdidit, aliquando ut vincat, ludit assidue aleam. OV. trist. 2, 471 sunt aliis scriptae, quibus alea luditur, artes. PAVL. FEST. p. 52 cybios genus piscis, quia piscantes id genus piscium velut aleam ludant. SEN. apocol. 14 Aeacus iubet illum alea ludere pertuso fritillo. IVV. 8, 10 si luditur alea pernox. SVET. Claud. 33 aleam studiosissime lusit; de cuius arte librum quoque emisit; solitus etiam in gestatione ludere, ita essedo alveoque adaptatis, ne lusus confunderetur. Nero 30 quadringentis in punctum sestertiis aleam lusit. PAVL. dig. 47, 10, 26 si aleam luserit. 11, 5, 4, 2 quod in alea lusum est. 11, 5, 4 pr. (?). EDICT. praet. Vlp. dig. 11, 5, 1 pr. apud quem alea lusum esse dicetur. *ibid.* aleae ludendae causa. VLP. dig. 11, 5, 1, 2. ANTH. 323, 1 ludis, nec superas, Vltor, ad aleam. PS. CYPR. aleat. 8 alea ludes (*ibid. bis* aleae tabula qui ludit). 11. CAPITOL. Ver. 4, 6 fertur et nocte perpeti alea lusisse. SCHOL. Hor. carm. 2, 1, 6. SVET. Claud. 39 multos ... ad aleae lusum admoneri iussit (*cf.* Cal. 41 ne ex lusu quidem aleae compendium spernens). MACR. sat. 1, 7, 22. AMBR. Tob. 11, 39 victus aleae ludo. COD. Iust. 3, 43, 1 pr. alearum lusus. PLAVT. Curc. 355 talos poscit sibi in manum, provocat me in aleam, ut ego ludam. 609 elusi militem, inquam, in alea. RHET. Her. 4, 21, 29 hic, quos homines alea vi<n>cit, eos ferro statim vincit (*cf.* CORP. IV 2119 vici Nuceriae in alia *denarios tot* fide bona. *sic* perdere in alea: CIC. Phil. 2, 56 POMP. dig. 17, 2, 59, 1). CIC. Catil. 2, 10 quod si in vino et alea comissationes solum et scorta quaererent (Phil. 13, 24 in lustris, popinis, alea, vino tempus aetatis omne consumpsisses. *cf.* COLVM. 1, 8, 2 PLIN. paneg. 82. LAMPR. Comm. 9, 1 in convivia et aleam convertit *sumptum*). CIC. Phil. 2, 56 hominem ... lege, quae est de alea, condemnatum (*et bis ibid. cf.* HOR. carm. 3, 24, 58 vetita legibus alea. PS. CYPR. aleat. 6 alea est quam lex odit. AMBR. Tob. 11, 38. 11, 39 aleae ... legibus oboedire *Hunnos.* ISID. orig. 18, 68 de interdictione aleae. *cf.* alearius). HOR. epist. 1, 18, 21 quem damnosa Venus, quem praeceps alea nudat. OV. ars 1, 452 non cessat perdere lusor et revocat cupidas alea saepe manus. Pont. 1, 5, 46 nec tenet incertas alea blanda manus (MART. 4, 14, 7 blanda vagus alea December). 4, 2, 41 nec vinum nec me tenet alea fallax (SEN. apocol. 15). OV. rem. 146 NVX 75. SEN. dial. 12, 17, 4 *Caligulae* lugentis sororem alea solacium fuit. benef. 7, 16, 3. PERS. 5, 57 hic campo indulget, hunc alea decoquit. PLIN. nat. 14, 140 quantum alea quaesierit, tantum bibit. MART. 4, 66, 16. 13, 1, 8. 14, 15, 2 dum sit maior, quam talis, alea saepe mihi. 14, 19 (18), 1 alea parva nuces et non damnosa videtur. QVINT. inst. 6, 3, 72 IVV. 1, 88. 11, 176 turpis. 14, 4 damnosa. TAC. Germ. 24 aleam ... sobrii inter seria exercent (LAMPR. Comm. 2, 8). SVET. Aug. 70 aleae indulgens (PS. AVR. VICT. epit. 1, 21 studiosissimus aleae lusor). 71 aleae rumorem nullo modo expavit. Cal. 41 glorians ... numquam se prosperiore alea usum. Claud. 5 aleae infamiam subiit. Vit. 4 Claudio per aleae studium familiaris. Dom. 21 alea se oblectabat. FRONTO p. 128, 23 N. alea in castris frequens. PAVL. dig. 44, 5, 2, 1 si in alea rem vendam, ut ludam. VLP. dig. 22, 3, 19, 4 in alea gestum esse contendatur. GELL. 14, 1, 24 cur tandem non de alea quoque ac de calculis et alveolo audent dicere, quisnam ibi ludentium vincat? TERT. pall. 5 dabo catharticum ... aleae Curii et vinolentiae Antonii (*cf.* aleator). CYPR. Demetr. 10 alea prodigus (*cf.* GLOSS. *sub* 1. aleo *p. 1521, 17*). PS. CYPR. aleat. 5 aleae tabula (6. 7. 8). 9 quando se aleae auctorat. 11 fuge aleam. *ibid.* aleam noli respicere. CAPITOL. Ver. 10, 8 aleae cupidissimus. AMM. 14, 6, 25 pugnaciter aleis certant. AMBR. Tob. 11, 39 ad unum aleae iactum. PHYSIOGN. 29 aleae deditos (88. 103 SIDON. epist. 8, 11, 8). SIDON. epist. 1, 8, 2 student pilae senes, aleae iuvenes.

proverbialiter et translate; cf. Otto, Sprichw. p. 12. SVET. Iul. 32 iacta alea est (esto *Erasmus*), inquit (ἀνερρίφθω κύβος). *cf.* PETRON. 122 vers. 174 iudice Fortuna cadat alea. AMBR. epist. 82, 8 incerti eventus quaedam, ut dicitur vulgo, alea. VARRO rust. 1, 18, 8 temptare quaedam sequentes non aleam, sed rationem aliquam. 1, 4, 3 ubi salubritas non est, cultura non aliud est atque alea (alia *trad.*) domini vitae ac rei familiaris. CIC. div. 2, 36 non perspicitis aleam quandam esse in hostiis deligendis? HOR. carm. 2, 1, 6 periculosae plenum opus aleae (*cf.* PORPH. *ad l.*). sat. 2, 5, 50 perraro haec alea fallit. OV. ars 1, 376 talibus admissis alea grandis adest. LIV. 1, 23, 9 non contenti libertate certa in dubiam imperii servitiique aleam imus. 31, 35, 1 tam celerem aleam universi certaminis timens. 37, 36, 7 tutam fore belli aleam (HEGES. 3, 17 brevi damno totius belli aleam lusi. 5, 30 varia atque incerta bellorum alea. COD. Theod. 7, 17, 1 *a. 412* istis ... ad belli aleam praeparatis. COMMENT. Lucan. 7, 107 aleam belli temptare. SCHOL. Hor. carm. 2, 1, 6 cogit alea belli). LIV. 40, 21, 6 filios non commissurum in aleam eius ... casus (42, 50, 2 ut in aleam tanti casus se regnumque daret. AMM. 24, 2, 14 omnes aleae casus experiri festinans). 42, 59, 8 ne ... summam rerum temere in non necessariam aleam daret. MANIL. 1, 916 repetitaque rerum alea. SEN. clem. 1, 1, 7 magnam adibat aleam populus Romanus, cum incertum esset *eqs.* (benef. 3, 11, 1). epist. 58, 34 non exigua temporis mercede magnae rei aleam redimit. 99, 12 nihil ille perdidit nisi aleam in damnum certiorem. 117, 20 subibo (-to *codd.*) huius voti aleam (*cf.* nat. 4 praef. 7 *ubi* aleam *pro* litem *Muretus.* COLVM. 3, 21, 6 primum neglegentiae vindemiatoris aleam subeat. APVL. met. 4, 15 ancipitis machinae subivit aleam). COLVM. 1 praef. 8 an bellum per obsessa maris et negotiationis alea sit optabilior. 8, 2, 5 rixosarum avium lanistae, cuius ... patrimonium, pignus aleae, victor gallinaceus pyctes abstulit. LVCAN. 6, 7 placet alea fati (6, 603). PLIN. nat. praef. 7 M. Tullius extra omnem ingenii aleam (taliam *codd.*) positus. FRONTIN. grom. p. 44, 6 magna ... alea est, litem ad interdictum deducere. ANTH. 198, 53 ubi quaeritur alea mortis. POMP. dig. 18, 1, 8, 1 aliquando ... et sine re venditio intellegitur, veluti cum quasi alea emitur (PAVL. dig. 18, 4, 7). SCAEV. dig. 22, 2, 5 si modo in aleae speciem non cadat. GELL. 18, 13, 1 Saturnalibus Athenis alea quadam festiva et honesta lusitabamus huiuscemodi. AMM. 26, 6, 12 aleam periculorum omnium iecit abrupte CLAVD. 21, 365 nec constitit alea castris nutatura semel. SIDON. epist. 4, 6, 3 bene factum est, quod anceps iter ... distulistis neque intra iactum tantae aleae status tantae familiae fuit. CASSIOD. var. 3, 1, 1 cavete subito in aleam mittere quos constat tantis temporibus exercitia non habere.

derivata: alearis, alearius, aleator, aleo *subst. et verb.* *Ihm.*

1. (Ālea) *nom. vir. v. s.* alea *p. 1521, 15.*

2. Alea, -ae, Ἀλέα. *opp. Arcadiae.* PLIN. nat. 4, 20 (*ubi trad.* aleae, alae). STAT. silv. 4, 6, 52 *qualem Herculem* Aleae (taleae *Matr.*) lucis vidit Tegeaea sacerdos. Alea Minerva *ibi culta*: STAT. Theb. 4, 288 templumque Aleae nemorale Minervae. *cf. Wentzel, PW. I 1358, 4.* *heros oppidi eponymus* **Aleus,** -ī, Ἄλεος. HYG. fab. 162 p. 16, 1 Auge, Alei filia (98 p. 93, 3). 14 p. 46, 24 *ubi trad.* egei. EXC. barb. p. 240, 4 ed. Frick Aleu *gen.* *abiit in nom. serv.* CORP. VI 156 (*a. 105*) *minister.* *cf. Thrämer, PW. I 1365.* *Diehl.*

ālēāris, -e *ab* alea. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 25 *in os* immittimus ceram vel tabellam alearem aut feruleam et ductu contrario fasciolae corrigere temptamus depravata.

āleārius, -a, -um *ab* alea. PLAVT. Mil. 164 ut ne legi fraudem faciant aleariae (*cf.* alea *p. 1521, 55 sqq.*). AMM. 28, 4, 21 amicitiae aleariae (*plur.*). *Ihm.*

Aleasiumara, -ae *nom. mul. celt.* CORP. XII 1124 (*Aptae*) Aleasiumarae Viri f. *Diehl.*

āleātor, -ōris *m.* [*ab* alea. *Th.*]. GLOSS. κοττιστής. κυβευτής. κυβιστής, *passim.* IV 474, 1 aleator: lusor cupiditatis (*sic saepius*). II 566, 8 tebleri (*anglos., cf.* V 338, 20). V 264, 39 *v.* 2. aleo. NOT. Tir. 42, 35. PLAVT. Rud. 359 o Neptune ..., nec te aleator nullus est sapientior; profecto nimis lepide iecisti bolum. PVBLIL. A 33 aleator quanto in arte est potior, tanto est nequior. *cf. Otto, Sprichw. p. 13.* CIC. Verr. 2, 33 lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat (LACT. inst. 6, 17, 19). 6, 33 aleatoris Placentini castra commemorabuntur. Catil. 2, 23 omnes aleatores, omnes adulteri (*cf.* QVINT. inst. 2, 4, 22 TRYPH. dig. 50, 16, 225). Phil. 3, 35 impudicis, aleatoribus, ebriis servire (2, 67). 5, 12 ille legit aleatores, legit exules, legit Graecos. 8, 26 cavet mimis, aleatoribus, lenonibus. off. 3, 91 mendacem esse, aleatorem, furacem, ebriosum. Att. 14, 5, 1. IMP. AVG. epist. frg. Suet. Aug. 71 lusimus per omnis dies forumque aleatorum (*codd.*, -rium *edd.*) calfecimus. ASCON. tog. cand. 96 Curius ... notissimus fuit aleator (*cf.* TERT. pall. 5). MART. 5, 84, 5 aedilem rogat udus aleator. QVINT. inst. 2, 4, 22 aleator pauper. DIG. 11, 5 de aleatoribus. VLP. dig. 21, 1, 4, 2 aleatores et vinarios (21, 1, 25, 6). 21, 1, 19, 1 aleatorem ... furem. PORPH. Hor. epist. 1, 8, 21. PS. CYPR. aleat. 1. 6 o aleatorum noxia ... nequitia. *ibid.* aleatores cum prostitutis mulieribus ... nocturnas vigilias ... celebrant. 8. 9. 11 esto

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

potius non aleator, sed christianus. ANTH. 323 tit. SPART. Did. 9, 1 quod gulosus fuisset, quod aleator. COD. Theod. 3, 16, 1 (*a. 331*) marito ... ebrioso aut aleatori aut mulierculario. AMM. 28, 4, 31 aleatorum vocabulum declinantes. AMBR. Tob. 11, 38 aleatorum conventicula. PS. AVR. VICT. orig. 3, 5 hodieque aleatores posito nummo opertoque optionem collusoribus ponunt. SIDON. epist. 5, 17, 6 ad pyrgum vocabat aleatores. ENNOD. dict. 19 tit. 19, 1 deforme aleatoris studium. ISID. orig. 18, 64. 18, 66 a peritis aleatoribus. *fem. adi.* **āleātrīx,** -īcis. PS. CYPR. aleat. 5 aleatricem manum dico ..., quae libidinoso studio consuevit, id est aleae tabula.

āleātōrius, -a, -um *ab* alea, aleator. CIC. Phil. 2, 67 suggerebantur ... damna aleatoria [IMP. AVG. epist. frg. *v.* aleator *p. 1522, 77*]. PAVL. FEST. p. 8 alveolum tabula aleatoria. GELL. 18, 13, 6 ad sophisma diluendum ac refellendum ritu aleatorio vocatus erat. SIDON. epist. 2, 9, 4 aleatoriarum vocum. *neutr. pro subst.*: SIDON. epist. 2, 2, 15 pilae vacamus ..., donec ... aleatorium lassis consumpto sphaeristerio faciat. *Ihm.*

āleātrīx *v.* aleator. **Aleb** *v.* Chali.

1. **Aleba,** -ae *nom. mul. celt.* CORP. II 5223 (*Olisipone*) Aleba Arconis f. ... mater. 755 (*in Lusitania*) Aleba Celti f.

2. **Aleba** *statio Illyrici.* RAVENN. p. 218, 9 s Sapua Aleba. p. 217, 20 s Apeva Sapua.

Alebece *opp. Galliae Narbonensis.* PLIN. nat. 3, 36 Alebece (*sic Riccard., alii* alebecae, alaebaece) Reiorum Apollinarium.

Alebiōn, -onis, *Apollodoro* Ἀλεβίων, *Neptuni filius prope Rhodani ora ab Hercule occisus.* MELA 2, 78, *ubi trad. acc.* albiona. *cf. Knaack, PW. I 1359 et suppl. I 51.*

Alebo, -ōnis *nom. celt.* CORP. V 5218 (*ad lacum Larium*) v. f. veter. leg. VIIII C. Alebo Castici f. 7072 (*Taurinis, periit*) ⟨P.⟩ Coelio Alebonist (*sic trad.*) f. Stel. Nigro. 7803 (*prope Albingaunum, periit*) Tretius Aleboni (*sic*) f. *Diehl.*

aleb(ris), -e *ab* alere. *active*: PAVL. FEST. p. 25 alebria bene alentia. GLOSS. alibre alimentum. II 566, 4 alero nutrimentum. V 590, 20 alebr⟨i⟩a bona quibus alimur. II 14, 35 alerius εὔτροφος θρεμβος γροφευς (*θρεπτός? τροφεύς*). II 565, 50 alerius bonus alumnus (*male ex* εὔτροφος *versum*). V 342, 20 alerius nutritor. V 438, 34 alibre alimenta habens. CAES. civ. 3, 48, 1 ab alebribus *coni. Holder.* *passive*: GLOSS. IV 206, 6 alebre polchrum bene educatum. IV 477, 17 alebre quod bene a quibus alitur (V 264, 59). 481, 7 alisae quod bene alitur. *V.*

Alebus *amnis Hispaniae citerioris.* AVIEN. ora 466 diu incolis carens sibi sonorus Alebus amnis effluit. *Diehl.*

alec, alecātus *v.* hall-. **Alēcius** *v.* Alethius.

alecria *v.* alectorius.

alectori(us), -a, -um [*vocabulum graecum, cf. c.* ἀλέκτωρ. *Th.*]. GARG. MART. med. 30 catapotia Corneliana alectoria (all- *codd. optimi*) fiunt ex brassica ... dicuntur alectoria (all- *codd. optimi*), quod post balneum sumpta circa cantum gallorum alvum incipiunt commovere. *hanc originationem veram esse non credo, intellego potionem quae alvum allicit ciet ducit.* *f.* **alectoria** *sc. gemma.* PLIN. nat. 37, 144 alectorias vocant in ventriculis gallinarum inventas, crystallina specie, magnitudine fabae, quibus Milonem Crotoniensem usum in certaminibus invictum fuisse videri volunt (SOL. 1, 77 *ubi* alectorius *codd.*). 1, 37, 54 alectoriae. ISID. orig. 16, 13, 8 a l e c t r i a quasi alectoria; in ventriculis enim gallinaceis invenitur. *V.*

Alectorius *nom. gent., ab* ἀλέκτωρ? CORP. VIII 7186 (*Cirtae*) Alectori Gulosi. *Otto.*

alectoros lophos (ἀλέκτορος λόφος), quae apud nos crista dicitur, folia habet similia gallinacei cristae plura, caulem tenuem, semen nigrum in siliquis PLIN. nat. 27, 40. 1, 27, 23 alectorolophus quae crista. *V.*

?**Alectryon,** -onis, Ἀλεκτρυών. HYG. fab. 97 p. 91, 1 Leitus Alectryonis (*trad.* pithus lacreti) et Cleobules filius. *cf. Martis satelles in alectryonem mutatus ipso nomine non allato* AVSON. 336, 27.

Alecturia *opp. apud Cimmerios.* RAVENN. p. 369, 14 (Guido p. 533, 23 Allecturia). p. 177, 10 A l e c t u r u m. *contulerunt edd.* Ἀλέκτορος φρούριον *Dionis Chrysostomi.*

alecula *v.* halecula. **Aledea** *v.* Eldaa. **Aledius** *v.* Allius.

Alēī campī, *Ciliciae,* Ἀλήιον πεδίον, *cf.* Ale. CIC. carm. frg. Tusc. 3, 63 ut ait Homerus (Z *201*) de Bellerophonte: qui miser in campis maerens errabat Aleis (*trad.* alienis). OV. Ib. 257 quique (*i. Bellerophon*) ab equo praeceps ⟨in⟩ Aleis (*trad.* alienis) decidit arvis. PLIN. nat. 5, 91 campi Alei (*trad.* alaei *et* aleii). HYG. fab. 57 p. 60, 12 in campos Aleios (*trad.* alienos). *nota* AVIEN. orb. terr. 1036 caespes ... Alē[t]ius. *cf. Hirschfeld, PW. I 1360.* *Diehl.*

?**Aleitenius** *nom. gent. ex titulo male descripto.* CORP. X 7782 (*Caralibus*) L. Aleitenio Diadumeno. *Otto.*

Alēius *v.* Allius *et* Alei campi.

Alelen *acc. urbs Africae gentis Phazaniorum supra minorem Syrtim.* PLIN. nat. 5, 35.

Alemannī *v.* Alamanni.

Alēmōn, -onis, *quasi* Ἀλήμων, *nom. myth.* OV. met. 15, 19 nam fuit Argolico generatus Alemone quidam Myscelus: *Crotona condidit.* *patronym.* **Alēmonidēs,** -is, *quasi* Ἀλημονίδης, *Alemonis filius, i. Myscelus.* OV. met. 15, 26. 48 Alemonidem *vel* -en *ante cons.* *cf.* Alemone. *Diehl.*

Alemōna *dea dicta ab alendo, cf.* alimentum. TERT. anim. 37 superstitio Romana deam finxit Alemonam alendi in utero fetus. *Otto.*

[**Alemone**?] *in gigantum catalogo.* HYG. fab. praef. p. 10, 9, *ubi coniecerunt*: Alcyoneus Alemon Palaemon Almops. *Diehl.*

Alendus, -a *cogn. fictum ab alendo.* CORP. XI 1298 (*haud procul a Placentia*) C. Domi⟨tius⟩ Alendu⟨s⟩ Cremon⟨a⟩. V 5151 (*Bergomi*) M. Betutius M. l. Inachus ... Corneliae P. l. Alendae. *Otto.*

Alennius *v.* Allius.

?**Alentius,** -ī *cogn. vir. lat.* (?). HIER. epist. 138 Alentium diaconum. *Diehl.*

Alēnus, -a *v.* Allius.

1. **āleo,** -ōnis *m.* [*ab* alea. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 29 aleonem aleatorem. GLOSS. II 354, 13 κοττιστής aleator aleo. V 438, 32 aleo cottistis id est cottilator (*an* -zator?). IV 473, 50 aleo (? *trad.* alea *cf.* CYPR. Demetr. 10 *p. 1521, 80*) prodigus (*cf.* V 264, 3. 344, 54). V 264, 42 alealea (*i.* aleo, alea) cotista et locus ubi tablizant (*cf. Stowasser, Archiv 9, 565*). PHOC. gramm. V 413, 5 quae in o puram desinunt e vocali praeposita masculini generis sunt, ut hic ganeo aleo labeo, quae nominativum et vocativum solum habent (*sim.* PS. PRISC. de acc. 19 gramm. III 522, 30). NAEV. com. 118 pessimorum pessime, audax, ganeo lustro aleo. CATVLL. 29, 2 impudicus vorax et aleo (29, 10 *cf.* QVINT. inst. 9, 4, 141). TERT. fug. 13 aleones et lenones. AMBR. Tob. 11, 38 aleonum concilium iudicavit. PS. AMBR. paenit. 18 te ... exercitio aleonis intentum. *titulus fabulae*: NON. p. 147 Pomponius Aleonibus. p. 166. 408.

2. **āleo,** -āre [*ab* alea, *cf.* aleator. *Th.*]. GLOSS. II 356, 23 κυβεύω aleo, aleam ludo. *cf.* V 264, 39 aleatur cotizat g(raece). *v. Landgraf, Archiv 9, 363.* *Ihm.*

Aleōn *vel* **Aleōs,** ὁ Ἀλέων, *amnis prope Erythras Ioniae.* PLIN. nat. 31, 14 Erythris Aleos (*v. l.* alios) amnis pilos gignit in corporibus. 5, 117 Aleon fluvius. *cf. Bürchner, PW. suppl. I 52.* *Diehl.*

āleph *indecl., n.* AMBR. in psalm. 118 serm. 1, 1 prima littera *apud Hebraeos* aleph dicitur, cuius interpretatio doctrina est (HIER. epist. 30, 2. 5). HIER. epist. 20, 3. 5. 78, 34. nom. hebr. p. 48, 8 alef mille sive doctrina (sit. et nom. p. 160, 2). tract. in psalm. 111 p. 206, 13 primus versiculus ex aleph scribitur. 119 p. 219, 12. 16. ISID. orig. 1, 3, 4 apud *Hebraeos* prius dictum est aleph, deinde ex simili enuntiatione apud Graecos tractum est alpha, inde apud latinos 'a' (quaest. test. 9). *Plenkers.*

Alepius *v.* Alypius. **aleps** *v.* adeps.

Alere *fluv. Galliae, nunc* Indre. RAVENN. p. 298, 17. *Diehl.*

Aleria *opp. Corsicae,* Ἀλαλία *a Phocaeensibus conditoribus nominatum; cf. Hülsen, PW. I 1366.* HEROD. 1, 165 οἱ Φωκαιέες ἐν ... τῇ Κύρνῳ ... ἐκ θεοπροπίου ἀνεστήσαντο πόλιν τῇ οὔνομα ἦν Ἀλαλίη. DIOD. 5, 13 *corrupte* Κάλαρις. PTOL. 3, 25 Ἀλερία κολωνία (Οὐαλερία *duo codd., cf.* ZONAR. 8, 11). 8, 8, 7. STEPH. BYZ. Ἀλλαλία, πόλις ἐν Κύρνῳ ..., τὸ ἐθνικὸν Ἀλλαλιαῖος. ELOG. Scip. carm. epigr. 6, 5 hec cepit Corsica Aleriaque urbe (*a. 459/295*). MELA 2, 122 Aleria (Aperta *trad.*) et Marciana coloniae. PLIN. nat. 3, 80 colonias Marianam, a C. Mario deductam, Aleriam a dictatore Sulla. FLOR. epit. 1, 18, 16 Aleriae (Baleriae *Nazar., Leid.*) urbis excidio. ITIN. Anton. Aug. p. 85, 6 Aleria. GREG. M. epist. 6, 22 episcopo Aleriae de Corsica. 11, 58 Aleria atque Aiacium civitates Corsicae. **Alirēnsis, Alarēnsis, Alerīnus** *adi. et incolarum vocabula.* GREG. M. epist. 1, 77 in ecclesiam ... Alirensem. 1, 79 ecclesia Alarensis (Alir- *unus cod.*). CONC. Later. a. 649 Mansi 10, 867 C Bonoso Alerino episc(opo). Βωνώσου ἐπισ(κόπου) Ἀλερίας.

[**alerius**] *v.* alebris.

Alerius *nom. gent.* CORP. VI 31147 (*a. 139*) Alerio Maximo tribuno *equitum singularium.* ?**Alerōnius** *nom. gent.* CORP. VI 34356 (*periit*) C. Aleronius '*nomen fortasse non recte descriptum*'. *Otto.*

alers, allers [*orig. inc.; cf. esse videtur cum* sollers, iners. *Th.*]. GLOSS. II 401, 26 πεπαιδευμένος alers doctus eruditus. II 566, 13 alers eruditus (IV 307, 20 aleas eruditus). V 520, 6 allers sollers. 536, 35 allers doctus. 438, 44 allers doctus eruditus. *V.*

Alerta *statio Aquitaniae, Avarico Biturigum vicina.* TAB. Peut. 2, 3. *Diehl.*

āles, -itis *m. et f.* [*ab* ala. *Th.*]. ISID. orig. 12, 7, 3 alites *dictae*, quod alis alta intendant. *vulgariter* alis *cod. V* CATVLL. 66, 54 HIL. gen. 192 (*codd. AB*), *quam formam damnat* PROB. app. gramm. IV 198, 12 ales, non alis. *abl. sing. adiectivi* aliti SEN. Med. 1025 SOL. 56, 12. AMM. 31, 7, 7. alite HOR. epod. 3, 14 FLOR. Verg. p. 185, 12. *forma hexametro apta, ut* CIC. Arat. 470 OV. am. 3, 12, 24 met. 10, 587 GERM. 131 SIL. 3, 365. 4, 338. 8, 555. 9, 622. 12, 67. 460. 17, 415 STAT. Theb. 4, 287. 312 ANTH. 273, 1 AVIEN. Arat. 336 SIDON. carm. 5, 414. *gen. plur.* alituum LVCR. 2, 928. 5, 801. 1039. 1078. 6, 1216 VERG. Aen. 8, 27 MANIL. 5, 369 STAT. silv. 1, 2, 184 LACT. Phoen. 157 AVIEN. orb. terr. 1358 CLAVD. carm. min. 27, 77 MAR. VICTOR aleth. 2, 173 *cf.* PRISC. gramm. II 355, 24 SERV. Aen. 1, 635. 6, 653. 8, 27. *de prosodia*: MART. CAP. 3, 301 in nominativo ... e ... contrahunt ... ales. *peccatum* ante ălitem DRAC. Romul. 10, 109. *genus anceps est, sed multo crebrius femininum quam masculinum; in carminibus ubi*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

commodum etiam masculinum est. nota: VERG. Aen. 12, 247 fulvus Iovis ales. SIL. 12, 56 ales fulva Iovis. OV. met. 2, 544 ales Phoebeius. SIL. 5, 79 Phoebea ales. OV. am. 2, 6, 55 ales Iunonia. ANTH. 199, 69. 230, 1 Iunonius ales. SIL. 12, 95 *de Daedalo* novus ... ales. ANTH. 415, 48 *de eodem*: nova ... ales *sim. cf.* PORPH. Hor. epod. 10, 1. *nota etiam* OV. met. 10, 328 ipsaque, cuius semine concepta est, ex illo concipit ales, *ubi res duplex genus postulavit.* GLOSS. *πτηνόν, ὄρνις, ὄρνεον*; alites aves, volucres, volatilia *sim. cf.* ITIN. Alex. 50 *de petra Aorni*: est ei nomen ex celsitudine, quam nec alites supervolitent. *numerus singularis pro plurali saepius*: SOL. 2, 45 hoc genus alitis praeterquam ibi nusquam gentium est. ANTH. 389, 12 alitis hinc, pecudes (-is?) vivit genus omne natantum (hinc alites *Riese, etiam sequentia mutans*). *exemplorum, quae habebam, sub II complura omisi.* PLAVT. *et* TER. *non habent.*

I ***de variis rebus***: *volucris, alis praeditus*: 1 *de animalibus fabulosis, deis, daemonibus, heroibus, sim.*: *adiective et substantive*: *proprie*: PACVV. trag. 397 angues ... alites (HOR. epod. 3, 14 serpente. FLOR. Verg. p. 185, 12 AVG. civ. 18, 13 p. 272). CATVLL. 66, 54 ales equos. OV. am. 3, 12, 24 *de Pegaso* (GERM. 207 Sonipes *astrum*. SOL. 7, 23 AVIEN. Arat. 545. *cf.* SIDON. epist. 8, 9 vers. 3 hinnientis). VERG. Aen. 5, 861 *Palinurus mortuus* se sustulit ales ad auras. catal. 14, 9 Amor (HOR. carm. 3, 12, 4 Cythereae puer. PERVIG. Ven. 55 pueri. DRAC. Romul. 2, 75 *de Amore*: vix caelum liquerat ales. 2, 109 se subtrahit ales [10, 145]. 6, 79 remigat ammotis pinnarum plausibus ales. 8, 495 flammiger ales ... puer. 10, 165 impiger ales *cf. l. 30*). HOR. carm. 1, 2, 42 sive mutata iuvenem figura ales in terris imitaris, almae filius Maiae (PRIAP. 9, 10 deus ales. OV. met. 2, 714. epist. 15, 68 nuntius ales. VAL. FL. 4, 385 Cyllenius ales [ANTH. 743, 5 CLAVD. rapt. Pros. 1, 77]. STAT. Theb. 1, 292 impiger ales ... Cyllenia proles. 4, 287. 605. 4, 794 puer ales. 7, 64 ales Maenalius. silv. 5, 1, 102 Tegeaticus [SIDON. carm. 7, 20 *ex coniectura*]). HOR. carm. 4, 11, 26 Pegasus (CARM. epigr. 1111, 19 Pegasus *astrum*). PROP. 2, 30, 31 si nemo extat, qui vicerit alitis (*i. Iovis in aquilam versi*) arma (DRAC. Romul. 8, 440 Iovis alitis Helena proles). OV. met 13, 710 Aëllo. GERM. 248 ales Perseos effigies (LVCAN. 9, 680 zephyro convertitur ales. STAT. Theb. 1, 545 aureus ... ales. DRAC. Romul. 14, 5 auro genitus Iovis ales). SEN. Oed. 102 carmen alitis (*i. Sphingis*) ... ferae (STAT. Theb. 2, 505 Oedipodioniae domus alitis). 902 *Daedalus* alitem expectans suam *i. Icarum* (*cf.* SIL. 12, 95 *de Daedalo*: novus ... ales. ANTH. 415, 48). SIL. 17, 538 imago. TERT. apol. 22 p. 208 spiritus. ANTH. 273, 1 somno. CLAVD. 28, 597 Victoria. PAVL. NOL. carm. 6, 84 *de Gabrihele*: elabitur ales ad auras. 16, 185 angelus. *additur abl.*: HOR. carm. 4, 1, 10 *Venus* purpureis ales oloribus. TERT. nat. 1, 14 *dii* alites plan⟨t⟩a, fronte et tergo.

translate, in imagine: SIL. 12, 67 *Hannibal* alite vectus equo. AVSON. 146, 26 dextera *notarii*. NOT. dign. occ. 6, 58 equites Mauri. 2 *translate de motuum generibus, ventis, iaculis, al; adiective*: CIC. Arat. 470 emergunt alite lapsu e terris volucres. OV. met. 10, 587 passu volat alite virgo *Atalante*. GERM. 131 *Virgo* abit alite cursu. SIL. 12, 460 saltu tramittitur alite Ganges *a tigride*. SOL. 30, 27 *lupi Aethiopici* in saliendo ... nisus habent alitis (alites *M*). 56, 12 feminas aliti pernicitate. AVIEN. Arat. 336 alite procursu sese in convexa ferebat Virgo. AMM. 31, 7, 7 velocitate. SIL. 4, 338 *quamvis Vfens* alite planta ... ferretur (8, 555). SEN. Med. 1025 curru. VERG. Aen. 8, 430 austri. STAT. Theb. 4, 312 vento. APVL. met. 5, 21 flatus. PLIN. nat. 34, 138 alitem *mortem* ... fecimus (*sc. pinnato ferro usi*). SIL. 3, 365 plumbo (9, 622). 17, 415 iaculo. PRVD. perist. 14, 46 ales ignis fulminis in modum vibratur. psych. 323 arundo nervo pulsa. SIDON. carm. 5, 414 telo. CLAVD. 15, 477 *de gruibus*: ordinibus variis per nubila texitur ales littera. *nota cum infin.*: PAVL. NOL. carm. 27, 3 aegra redire, ales abire dies. *incertissimum adv. comparativi* **ālitius**: IVL. VAL. 1, 9 p. 18, 18 alitius (*in palimps. Taur.* altius *legit Mai*) ... refert.

II ***avis, volucris***: A *de* ***genere*** *vel* ***specie*** *non accuratius definita*: 1 *generaliter cum aliis universi partibus*: CATVLL. 64, 152 feris ... alitibusque. LVCR. 5, 801 genus alituum variaeque volucres (5, 1078. ARNOB. nat. 2, 59 alites et volucres ceterae *i. animalia volatilia*). VERG. Aen. 8, 27 animalia ... alituum pecudumque genus. 9, 484 canibus ... alitibusque. HOR. epod. 5, 100 lupi et Esquilinae alites. OV. met. 8, 873 equa ... ales ... bos ... cervus. SEN. Oed. 930 quae tigris aut quae ... ales? PLIN. nat. 18, 202 alitum quadrupedumque. 19, 10 piscium et alitum. APVL. met. 5, 27 alitibus bestiisque. ANTH. 389, 12 homines, armenta ... alitis ... pecudes (-is?) ... genus omne natantum. CHALC. comm. 197 (*vers.*) puer ... arbos ... ales ... ex undis animal ... virgo. AVSON. 418, 17 aeris ales quadrupedesve ... serpens ... pecus aequorum ... cymbala ... pulpita . . tympana. MARCELL. med. carm. 24 *inter multarum rerum naturae nomina*. VEN. FORT. Mart. 2, 79 pisce alite fruge. *al.* 2 *per se ipsas spectatae*: *de natura, moribus, captu, al.*: CIC. nat. deor. 2, 101 *aer* volatus alitum sustinet. VARRO ling. 5, 75 primum nomen *animalium in aere viventium* nominem alites. LVCR. 2, 928 in pullos animalis vertier ova cernimus alitu⟨u⟩m. 5, 801 genus alituum variaeque volucres ova relinquebant exclusae tempore verno. 5, 1039 alituum ... genus alis omne videmus fidere. 6, 818 Averna loca alitibus summittere debent mortiferam vim (821). OV. met. 7, 770 *canes* non segnior alite ludit *fera*. 8, 213 ante volat comitique timet, velut ales, ab alto, quae teneram prolem produxit in aera nido. 10, 328 ipsaque, cuius semine concepta est, ex illo concipit ales. 15, 467 alite vesci. ars 2, 481 ales habet, quod amet. rem. 207 alite capta aut lino aut calamis. am. 2, 6, 23 non fuit in terris vocum simulantior ales. Pont. 2, 2, 37 accipitremque timens pennis trepidantibus ales audet ad humanos fessa venire sinus. hal. 6 concussisque levis pennis ... evolat ales. PHAEDR. 1, 13, 8 *vulpes ad corvum*: si vocem haberes, nulla prior ales foret. SEN. Oed. 605 nec tanta gelidi Strymonis fugiens minas permutat hiemes ales et caelum secans tepente Nilo pensat Arctoas nives. Phaedr. 817 nulla *tela Hippolyti* sine alite descendent. PLIN. nat. 2, 189 *in boreis partibus* varias effigies animalium provenire et maxime alitum in multas figuras gigni volucres. 8, 36 ⟨ut⟩ *serpentes* supervolantes ... alites haustu raptas absorbeant. 9, 2 sors alitum, quibus vita pendentibus. 10, 15 aquilarum pinnae mixtas reliquarum alitum pinnas devorant. 10, 56 nec ulla ales excepto struthocamelo, maius corpore inplens pondus. 10, 137 alitum colloquia. 10, 156 est ... pumilionum genus non sterile in his (*gallinis*), quod non in alio genere alitum *evenit*. 11, 104 *locustae* tanto volant pinnarum stridore, ut aliae alites credantur. 11, 155 struthocamelus alitum sola ... utrimque palpebras habet. 17, 1 *depugnante* circa pendentes *fructus* ... cum alitibus *homine* 17, 36 *terram* recentem exquirunt inprobae alites vomerem comitantes. 18, 202 ut in alitum ... genitura, esse quosdam ad conceptum impetus. 19, 10 est sua gloria et Cumano *lino* ... ad ... alitum capturas. 19, 116 *alum* adversus improbitatem alitum depascentium semina coctum. 25, 16 ne qua ales intret *segetem*. MART. 9, 55, 1 *luce (i. die) propinquorum* plurima mittitur ales. 13, 61 inter sapores fertur alitum primus Ionicarum gustus attagenarum. 14, 217 non tantum calamis, sed cantu fallitur ales. ITALA Is. 16, 2 (Barnab. 10, 3) eritis ... tamquam alites pusillis ablatis. PERVIG. Ven. 3 vere nubunt alites. TIBERIAN. carm. 1, 15 has per umbras omnis ales plus canora quam putes cantibus vernis strepebat et susurris dulcibus. ITIN. Alex. 50 *est petrae Aorni* nomen ex celsitudine, quam nec alites supervolitent. LACT. Phoen. 157 *Phoenix* alituum stipata choro. IVVENC. 4, 81 ales uti dulces solita est sub corpore pullos obice pennarum circumconplexa fovere. CARM. de Sod. 113 si quis plumat senio modulatior ales. AVSON. 413, 2 iambe pinnis alitum velocior. AMM. 19, 2, 12 undique inaestimabiles copiae in modum alitum ferebantur. CLAVD. 14, 21 murmur querula blandius alite. rapt. Pros. 3, 141 sic aestuat ales, quae teneros humili fetus commiserit orno adlatura cibos. PAVL. NOL. carm. 20, 208 *tamquam* ruptis cassibus ales evolat. 24, 449 sicut ... alites pares in unum convolant. AVG. gen. ad litt. 3, 6 quod ... *aeris* humidum est, hoc portat alitum corpora. EVSTATH. Bas. hex. 8, 2 p. 948 nullus alitum sine pedibus esse potest, utpote qui pastum consequuntur e terra. ISID. orig. 12, 7, 3. *speciatim alitum rapacium*: CATVLL. 64, 152 dilaceranda feris dabor alitibusque praeda. VERG. Aen. 9, 484 canibus data praeda ... alitibusque. 10, 558 alitibus linquere feris. HOR. epod. 5, 100 insepulta membra different ... Esquilinae alites. 17, 12 addictum feris alitibus ... Hectorem. OV. fast. 3, 807. SEN. Oed. 930 quae saeva visceribus meis incurret ales? Phoen. 318 praebebit alitibus iecur. Thy. 1032 saevis pabulum alitibus iacent. LVCAN. 7, 837 omnisque cruenta alite sanguineis stillavit roribus arbor (840). PLIN. nat. 10, 73 neque *hirundo* rapinae ceterarum alitum obnoxia est. SIL. 2, 269. 13, 873 STAT. Theb. 11, 191. 12, 213 uncis alitibus non hos potius supponimus artus? CALP. decl. 51 diris alitibus exponi. APVL. met. 5, 27 ITALA deut. 28, 26 (Monac.) IVST. 2, 13, 12 AVSON. 345, 9. AMM. 28, 6, 13 ut rapaces alites advolarunt inritamento sanguinis atrocius efferatae. 29, 6, 15 OBSEQ. 70 RVFIN. Orig. in exod. 7, 4 PRVD. perist. 11, 66 CARM. de resurr. 117 MAR. VICTOR aleth. 2, 173. *de alitibus auspicia facientibus, saepius translate i. q. omen, auspicium, οἰωνός. cf.* PORPH. Hor. carm. 4, 6, 24 meliore alite, hoc est meliore auspicio. epod. 10, 1. SCHOL. Stat. Theb. 3, 64 mala ales: id est malum augurium. GLOSS. III 435, 24 alites *οἰωνοί*. IV 307, 37 aves praepetes. IV 429, 10 ales avis ambrosia. CATVLL. 61, 20 bona cum bona nubet alite virgo. HOR. carm. 3, 3, 61 Troiae renascens alite lugubri fortuna. 4, 6, 24 potiore ... alite. epod. 10, 1 mala soluta navis exit alite. 16, 24 secunda ratem occupare ... alite. MACER carm. frg. 4. OV. met. 13, 771 Telemus ... quem nulla fefellerat ales. VAL. FL. 1, 361 adest quamvis arcentibus Idmon alitibus. SIL. 5, 59 ales, priscum populis de more Latinis auspicium, cum bella parant mentesque deorum explorant super eventu ... damnavit vesci (5, 90). 5, 405. 13, 820 STAT. Theb. 2, 693. 3, 64. 483. 3, 496 dextris ... profundum alitibus praetexe diem. 3, 504. 3, 665 vēnis ... aut alite visa bellorum proferre diem. 8, 205. APVL. Socr. 18 p. 160 cum ... difficultas belli et facultas itineris et tranquillitas maris et clementia ventorum per ... alitum vias ... exploranda est. p. 161. AMM. 15, 7, 8 quae ... augurales portenderent alites scientissime callens. PRVD. Symm. 2, 565 his ... auspicibus felix adfuit ales. CLAVD. 7, 9 procede secundis alitibus. 22, 216 MART. CAP. 1, 26. *dubium*: EVGRAPH. Ter. Ad. 547 primus porro obnuntio: hoc est, malum nuntium vel accipio vel ales perfero. *nota significationem propriam in disciplina augurali*: FEST. p. 197 oscines aves Ap. Claudi[an]us esse

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ait, quae ore canentes faciant auspicium ... alites (aut *cod.*), quae alis ac volatu, ut buteo sanqualis aquila inmusulus vulturius. picus autem Martius Feroniusque et parra et in oscinibus et in alitibus habentur (p. 3 SERV. auct. Aen. 1, 394. 3, 246 (*additur*) quae *alites* si fuerint prosperae, 'praepetes'; si adversae, inebrae [ISID. orig. 12, 7, 77 inhibae] vocantur. CIC. nat. deor. 2, 160 avis quasdam, et alites et oscines, ut nostri augures appellant, rerum augurandarum causa esse natas putamus. div. 1, 120 eadem ... efficit in avibus mens, ut tum huc, tum illuc volent alites, tum in hac, tum in illa parte se occultent, tum a dextra, tum a sinistra parte canant oscines. epist. 6, 6, 7 non ex alitis involatu (volatu *nonnulli codd.*) nec e cantu sinistro oscinis, ut in nostra disciplina est ... auguror. PLIN. nat. 10, 43 nunc de secundo genere *avium* dicamus, quod in duas dividitur species, oscines et alites. illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit. SVLP. APOLL. Gell. 7, 6, 12 praepetes ... esse alites, quas Homerus 'τανυπτέρυγας' appellaverit, quoniam istas potissimum augures spectarent, quae ingentibus alis patulae atque porrectae praevolarent. AMM. 28, 1, 7 quid augurales alites vel cantus monerent oscinum. SERV. auct. Aen. 1, 398 alites ... ostendit cum ait 'stridentibus alis'; oscines vero cum dicit 'et coetu cinxere polum cantusque dedere' (3, 246). *aliis locis opponuntur* oscinibus praepetes.

B *de specie accuratius definita*: 1 *generatim*: *speciei nomine non addito*: VARRO rust. 3, 3, 1 omnium alitum, quae intra parietes villae solent pasci. COLVM. 8, 15, 7 silvestres alites. 9, 14, 7 pinnis aquilae vel etiam cuiuslibet vastae alitis. PLIN. nat. 10, 80 in grandiore alitum genere (10, 165). 11, 156 graviores alitum inferiore gena conivent. 17, 51 natantium alitum. 18, 4 dirarum. 18, 126 ruris alitum ... genera. 18, 208 aestivas ... alites ... hibernas. 23, 28 villarum alites(?). 37, 146 in nido Arabicarum alitum. PS. LACT. Phoen. 145. OBSEQ. 70 alitum, quibus strages cadaverum pabulo est. AVG. civ. 15, 27 quae possunt in aquis vivere non solum mersa sicut pisces, verum etiam supernatantia, sicut multae alites. *speciei nomine addito*: OV. am. 2, 6, 1 psittacus Eois imitatrix ales ab Indis (2, 6, 9 alitis ... rarae). met. 2, 536. 15, 391 *Phoenix* una est, quae reparet seque ipsa reseminet ales (AVSON. 365, 6 Phoenix, reparabilis ales). PLIN. nat. 10, 165 *alites* minores ... ut miluus et accipiter. 18, 249 alitis temporariae, quam cuculum vocant (ANTH. 687, 10). SOL. 30, 29 *de Aethiopia*: illius caeli ales est pegasus. AMM. 22, 15, 25. ISID. orig. 12, 7, 25 halcyon ... quasi ales oceanea. 2 *singillatim*: *coniungitur cum speciei nomine*: VARRO Men. 379 ales gallus. CIRIS 528 haliaeetos ales. PAVL. FEST. p. 113 GELL. 9, 11, 1 AVIEN. Arat. 691 orb. terr. 707 CORIPP. Iust. 1, 349. *pro specie, de qua agitur*: VERG. Aen. 5, 506 timuitque exterrita pinnis ales (*columba*). OV. met. 2, 537 fuit haec quondam niveis argentea pennis ales (*corvus*). 5, 298. 677 nunc quoque in alitibus (*picis*) facundia prisca remansit. 11, 733. 742. 744. LIV. 1, 34, 9 eam alitem (*aquilam*) ... dei nuntiam venisse. 7, 26, 5 tenuit ... ales (*corvus*) captam semel sedem. MANIL. 5, 489 caelo militat ales (*aquila*). *reliqua non pauca imprimis apud* PLIN. nat. *omitto*. *in antonomasia, praecipue mythologice*. *cf.* SCHOL. Verg. Veron. Aen. 5, 488 singula genera alitum diis quibuscunque sacrata sunt. *aquila*: PLIN. nat. 10, 18 *Iovi* ales *aquila* adscribitur. CIC. Arat. 294 summi Iovis ales nuntius. VERG. Aen. 1, 394 Iovis ales, *ubi* SERV. aquila. VERG. Aen. 12, 247 fulvus Iovis ales. HOR. carm. 4, 4, 1 ministrum fulminis alitem. *cf.* PORPH. *ibid.* OV. met. 4, 362 regia ... ales. 6, 517. 10, 157 nulla tamen alite verti dignatur, nisi quae posset sua fulmina ferre. ars 3, 420 MANIL. 1, 343 GERM. 316. 607. 689 armiger uncis unguibus, ante omnis gratus tibi, Iuppiter, Ales. SIL. 4, 113. 127. 12, 56. STAT. Theb. 8, 675 flammiger ales. APVL. met. 6, 15 supremi Iovis regalis ales illa ... rapax aquila. IVL. VAL. 1, 30. AVIEN. Arat. 1008 Iovis armigero ... alite. 1105 HIL. euang. 66 DRAC. Romul. 2, 23. *contra usum* PETRON. 122 vers. 177 de caelo Delphicus ales omina laeta dedit. VERG. Aen. 11, 721 accipiter ... sacer ales. VERG Aen. 12, 862 alitis ... parvae ..., quae quondam in bustis aut culminibus desertis nocte sedens serum canit inportuna per umbras (SERV. noctuam dicit, non bubonem). *gallus*: MORET. 2 excubitorque diem cantu praedixerat ales. PROP. 1, 16, 46 matutinis obstrepit alitibus (*an etiam aliae aves?*). OV. met. 11, 597 non vigil ales ibi cristati cantibus oris evocat auroram. fast. 1, 455 cristatus ... ales. 2, 767 lucis praenuntius ales. PRVD. cath. 1, 1 GREG. TVR. vit. patr. 2, 4. *corvus*: OV. met. 2, 544 ales ... Phoebeius. MANIL. 1, 417 Phoebo sacer ales. SIL. 5, 79 Phoebea ... ales. STAT. silv. 2, 4, 17 APVL. Socr. praef. p. 110. *aliter* LYGD. 6, 8 fulserit (pulserit *A*) hic niveis Delius alitibus; *cf. etiam l. 62 et p. 1528, 4*. *columba*: OV. ars 2, 150 Chaonis ales. LAVS Pis. 91 Acidalia ... alite. SIL. 3, 683 Cythereia ... ales. *cf.* OV. am. 1, 2, 48 *Amor* gravis alitibus. ARATOR act. 1, 671 *spiritus almus* alitis innocuae dignatus imagine cerni. *pavo*: OV. am. 2, 6, 55 ales Iunonia. ANTH. 199, 69. 230, 1 AVIAN. fab. 15, 1. *hirundo, luscinia*: OV. am. 3, 12, 32 Cecropis ales. EPIST. Sapph. 154 Daulias ales. EPICED. Drusi 106. SEN. Herc. O. 192. Ag. 673 Bistonis ales. LAVS Pis. 77 Pandionis ales. PAVL. NOL. carm. 23, 32 illam ... veris avem ... quae viridi sub fronte latens solet avia rura multimodis mulcere modis *eqs.* *ulula*: OV. fast. 2, 89 Palladis alite. MART. CAP. 6, 571 noctividae ... alitis. *olor*: OV. trist. 5, 1, 11 Caystrius ales. *phasianus*: PETRON. 93 ales Phasiacis petita Colchis. STAT. silv. 2, 4, 27 Phasidis ales. 4, 6, 8. *Phoenix*: MART. 6, 55, 2 alitis superbae. 9, 11, 4. AVSON. 336, 16 Gangeticus ales. 410, 9. CLAVD. carm. min. 27, 7 Titanius ales. rapt. Prop. 2, 83 ales longaeva. SIDON. carm. 7, 354 Phoebeius ales. PAVL. NOL. carm. 23, 11 pinnis candida nigris ales (*ciconia*). *pro specie notissima, sive alibi accuratius significata*: AETNA 89 in Ledam candidus ales Iuppiter, ut Danaae pretiosus fluxerit imber (SEN. Phaedr. 301). CVLEX 238 Tityos ... iacet alitis esca (HOR. carm. 3, 4, 78 SEN. Ag. 18 OCTAVIA 622). HOR. carm. 1, 6, 2 scriberis Vario ... Maeonii carminis alite *i. olore* (2, 20, 10 album mutor in alitem. 2, 20, 16). epod. 17, 67 Prometheus obligatus aliti (SEN. Herc. f. 1207 VAL. FL. 4, 72. 5, 176). PRIAP. 3, 5 *Ganymedes* raptus ab alite sacra (MANIL. 5, 25 Iuppiter Alite tectus). OV. am. 1, 6, 66 inque suum miseros excitat ales (*gallus*) opus. fast. 4, 482 amissum cum gemit ales Ityn. MANIL. 1, 783 *Corvinus*, qui gestat in alite Phoebum (FLOR. epit. 1, 13, 20). SEN. Herc. O. 1889 alesque (*Stymphalis*) sequi iussa sagittas *Herculis* (1813 PANEG. 3, 3). LVCAN. 6, 676 feta tepefacta sub alite (*aquila*) saxa (*aëtitae*). PRVD. cath. 5, 102 ventus anhelitu crassa nube leves invehit alites (VVLG. num. 11, 31 ventus ... coturnices detulit. SALV. gub. 1, 43. SEDVL. carm. pasch. 3, 210 alite multa carnis opima dedit). CLAVD. 20, 310 vasta velut Libyae venantum vocibus ales cum premitur calidas cursu transmittit harenas *eqs.* (*struthocamelus*). AVIAN. fab. 21, 1 parvola progeniem terrae mandaverat ales (apol. 21 alauda). SIDON. carm. 7, 205 alite (*accipitre, sim.*) vincit aves. *cf.* GLOSS. Plac. V 5, 33 *et* 46, 6 ales aquila sed (vel) omnes aves possunt dici ales. 3 Ales *sidus, gr.* Ὄρνις, *i. q.* Avis: CIC. Arat. 46 *Fides* inter flexum genus et caput Alitis haesit. namque est Ales avis lato sub tegmine caeli quae volat et serpens geminis secat aera pinnis *eqs.* 85 *Sagittam* propter nitens pinna convolvitur Ales. 258 imponitque pedes duplices Equus; et simul Ales ponit avis caput et clinato corpore tergum. 412. AVIEN. Arat. 633. 959. 4 *translate apud christianos*: AMBR. virg. 3, 2, 8 in vobis quoque ales interior illa, de qua legimus: 'renovabitur sicut aquila iuventus tua', sublime tenens, virgineo praepes volatu, superfluae carnis nesciat appetentiam. HIER. epist. 69, 6 columba spiritus sancti expulso alite taeterrimo, ita ad Noe quasi ad Christum in Iordane devolat. *Bannier.*

Alēsa, Alēsīnus *v.* Halaesa.

alēsco, -ere [*cf. c. got.* alan '*crescere*' *et c.* alere. *Th.*]. NON. p. 248 alescere (adolescere *codd.*, ab olescere *Lindsay*) crescere, unde adolescentem dicimus, *cf.* VARRO *l. 43*. DIFF. ed. Beck p. 35, 61 inter ali[t] et aliscere. alimur ab alio, aliscimus nostra sponte. alisco *legitur etiam* VEN. FORT. carm. 6, 1, 139 *in codd. opt.* *i. q. ali, crescere*: VARRO Cens. 14, 2 adulescentes ab al[l]escendo sic nominatos (*cf.* NON. p. 248 *l. 39*). rust. 2, 4, 19 neque *possunt* congenerati *porci* alescendo roborari. LVCR. 2, 1130 donec alescendi summum tetigere cacumen *res crescentes*. VARRO rust. 1, 2, 6 illic ... quem ad modum quicquam seri aut alescere aut meti possit? 1, 44, 4 quae nata sunt ... in fundo alescunt. 1, 45, 3 radices ... magis sub terra. *translate*: LABER. mim. 84 laus nomine agendi (n. a. *omittunt pars codd. Noni*), nomine gloria alescit (adolescit *pars codd. Noni*). VEN. FORT. carm. 6, 1, 139 unus amor vivo solidamine iunctus aliscat. *cf.* olesco. *v. Mess.*

Alesia, -ae *oppidum Mandubiorum, nunc* Alise-Sainte-Reine. *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 90; Hirschfeld, Corp. XIII p. 439.* *in codd. plerumque scriptum est* Alesia; alaesiam: CAES. GALL. 7, 68, 2 *BM*, 7, 76, 5 *B*; elesiam: CAES. Gall. 7, 79, 1 *BM*, 7, 80, 9 *α*; elesiam FLOR. epit. 1, 45 *L*. in Alisiia *praebet titulus Celticus* CORP. XIII 2880, Alisia *nummorum inscriptiones apud Holder l. l.; apud Graecos* Ἀλησία, *contra* Ἀλεσίαν DIO 40, 39, 3, Ἀλαισία POLYAEN. 8, 23, 11 *in archetypo.* CAES. Gall. 7, 69, 1; *cf.* 7, 69, 2 *sqq.* 7, 68, 2 ad Alesiam castra fecit. 7, 68, 3. 7, 76, 5 ad Alesiam proficiscuntur. 7, 77, 1. 7, 79, 1 ad Alesiam perveniunt. CAES. civ. 3, 47, 5 meminerant *milites* ad Alesiam magnam se inopiam perpessos ... discessisse. LIV. perioch. 108 ad Alesiam misit. OROS. hist. 6, 11, 7 dum haec ad Alesiam geruntur. TAC. ann. 11, 23 apud Alesiam obsederint. VELL. 2, 47, 1 circa Alesiam. CAES. Gall. 7, 80, 9 ab Alesia processerant. 7, 68, 1 Vercingetorix Alesiam, quod est oppidum Mandubiorum, iter facere coepit. 7, 79, 3 ex oppido Alesia. PLIN. nat. 34, 162 in Alesia oppido. CAES. Gall. 7, 84, 1 arce Alesiae. HIRT. Gall. 8, 14, 1. 8, 34, 1. *adi.* **Alisiēnsis**: VEN. FORT. vita Germ. 11, 36 in pago Alisiense. *Jacobsohn.*

Al.esso *in vasculis Gallicis.* CORP. XIII 10010, 87 Al.esso.

Alēsus *v.* Halaesus. **Aleta** *v.* Alata.

pāgus Aletānus *in Vocontiorum agro occidentali.* CORP. XII 1711 L. Voturio Maximo, aedili pagi Aletani, patri C. Voturi Aviti.

II *ab* imp. Alexandro Severo: **1 Alexandrēus** (-īus), -a, Ἀλεξάνδρειος. Carm. epigr. 273 (*Singiduni*) s<acravi>t in usum emeritis quondam Alexand<r>e<o> nomine dignae. *legio* Iulia Alexandria *appellata videtur ab imperatore et Mamaea matre*: Not. dign. or. 8, 19 *sub magistro militum per Thracias* (51). **2** *adi.* **Alexandrīnus,** -a, -um. thermae Alexandrinae: Hier. chron. a. Abr. 2243 thermae Alexandrinae Romae aedificatae *ab Alexandro imperatore* (Cassiod. chron. II p. 146, 920 Alexandrianae). Cvrios. urb. p. 14, 1 *et* 22, 12 (*contra utrubique* Reg. urb. p. 15, 3 *et* 23, 13 Alexandrian-). Lampr. Alex. 25, 3 *instauravit* thermas nominis sui iuxta eas, quae Neronianae fuerunt, aqua inducta, quae Alexandriana nunc dicitur. Evtr. 7, 15, 2 aedificavit Romae thermas, quae ante Neronianae dictae nunc Alexandrianae appellantur. *cf. Hülsen, PW. I 1398.* Cvrios. urb. p. 24, 3 *aqua* Alexandrina (*contra* Reg. urb. p. 25, 3 Alexandriana). Lampr. Alex. 25, 7 Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus, hoc est porfyretico et Lacedaemonio, primus instituit. Lampr. Alex. 26, 7 basilicam Alexandrinam instituerat inter campum Martium et saepta Agrippiana. **3** *adi.* **Alexandriānus,** -a, -um. aqua Alexandriana: Corp. VIII 2659 (*Lambaesi*) M. Aurellíus Severus Alexander Pius (aquas) Alexandrianas Lambaesita(nis dedit). Carm. epigr. 252 (*Lambaese, in nymphaeo, suprascr.*) numini aquae Alexandrianae. *cf.* aqua Alexandrina. Corp. X 1693 (*Puteolis, a. 393, cf.* p. 971) <Ale>xandrianam b<asilicam>. *cf.* 1694. Lampr. Alex. 60, 5 Alexandrianarum *ficorum*. *cf. sub* Alexandrinus *p. 1536, 66.* Lampr. Alex. 40, 6 ita ut Alexandriana *purpura* hodieque dicatur quae vulgo Probiana dicitur. Lampr. Alex. 63, 4 *sodales*, qui Alexandriani appellati sunt. thermae Alexandrianae *v. l. 30 sqq.* *legiones*: Corp. III 14564 (*Naissi in Moesia superiore*) leg. <I> Se<verianae Alexandrianae p.> v. VIII 2742 (*Lambaese*) leg. III Aug(ustae) Alexandrianae. II 2640 (*Asturicae*) leg. VII g(eminae) Alexsandrianae p. f. (2640. 2664. Inscr. Rhen. Bramb. 1529 *Aquis Mattiacorum*). III 8244 (*Naissi*) l. VII C. S. Alex. *cf.* 8112 (*Viminaci, a. 228*). XIII 6738 (*Mogontiaci, a. 223*) leg. VIII Aug. Severianae Alexandrian<ae>. III 14357 (*Carnunti*) <l(eg.)> XIIII g(eminae) Seve<r(ianae) Alexa>n<drianae>. XII 144 (*apud Nantuates*) miles leg. XXII Alexandr<ia>ne p. f. *cf.* XIII 6716 (*Mogontiaci, a. 227*). 6769 (*ibid.*). Inscr. Rhen. Bramb. 202 leg. XXX V(lpiae) v(ictricis) Severianae Alexandri(anae) p. f. *cf.* Corp. III 6764 (*Ancyrae*). *cohortes*: Corp. III 7473 (*in Moesia inferiore, a. 230*) coh. II Fl. Britt. <Alexa>n<d>rianae. VII 732 (*a. 225*) coh. II Asturum S(everianae) A(lexandrianae). *alae*: Corp. III 5938 (*cf.* 11943. *Castris Reginis, a. 231*) dec. al. I F(laviae) s(ingularium) A(lexandrianae). 3388 (*Camponae*) a<l>a<e I Thr>a<c>um S<e>verianae <Al>e<xandrian>ae vet. 798 (*in Dacia*) ala Frontoniana Alexandriana (797). *coloniae et municipium*: Corp. X 1117 (*a. 240, periit*) col. Ven. Livia Aug. Alexandrian. Abellinatium *'siquidem nomina recte tradita sunt'.* *coloniae* Vchi *et* municipii Giufitani *nomina v. sub* Augustus *II p. 1417, 47 sqq.* Corp. VIII 1487 (*Thuggae, a. 261*) resp. col. Liciniae Sept. Aurel. Alex. Thugg. *cf.* 1406. 1404. Corp. VIII 10469 (*in miliario*) a n(umerum) Severianum Ale<xandri>an<um> Syr(orum) m. p. III (10468). **Alexandriānī,** -ōrum *appellantur milites leg. XXII.* Corp. XIII 6592 (*a. 232*) officiales Bri(ttonum) et deditic(iorum) Alexandrianorum. **4 mūtātio Alexandroschene** [Ἀλεξάνδρουσκηνή? *Otto*] *Phoeniciae, cf. Benzinger, PW. I 1462.* Itin. Burdig. p. 584.

III *ab Syriae (Palaestinae) regibus*: **1 Alexandrīum,** -ī *n.*, Ἀλεξάνδρειον, *castellum (castrum) Palaestinae.* Heges. 1, 15, 21 castrum (34). 1, 19, 9 *castellum* (1, 20, 5). **2 Alexandra,** -ae, Ἀλεξάνδρα. **a** *Alexandri Iannaei uxor*: Hier. chron. a. Abr. 1941 Iudaeorum regnavit Alexandra a. VIIII. Alexandra quae et Salina uxor Alexandri Hierusolymis regnavit (1950 Prosp. chron. I p. 403, 305 Chron. Gall. chron. I p. 638, 250). in Dan. 9, 24 p. 687 Heges. 1, 13. 1, 23, 2. 1, 37. 2, 13, 50. 79 Avg. civ. 18, 45 Svlp. Sev. chron. 2, 26, 4. **b** *altera Iudaea*: Corp. IX 6231 (*Venusiae*) hic requescet Alexsanra pateressa. *christianas admiscui ethnicis exemplis l. 14.*

IV **Alexandriānus,** -ī *cogn. vir. ab* Alexander (*vel ab* Alexandria?) *deriv.* Corp. III 12289 (*Eretriae Euboeae, aevi Augustei*) Thamyro Aug. disp. Alexan<d>riano (*cf.* 563). 10763 (*Emonae*) C. Alexandrianus. XI 1470 (*Pisis*) d. m. Felici Caes. n̄. ser. Alexandriano. Cod. Theod. 10, 1, 11. 10, 10, 11. 12, 6, 14, *cf.* Alexandrinus *p. 1537, 13.* **Alexandra,** -ae, Ἀλεξάνδρα, *cogn. mul.* Corp. III 169 (*Beryti*) Flaviae Ti. fil. Alexandrae Atticillae. 14501[1] (*in Moesia superiore*) Cassiae Alexandrae. *cf.* XIII 1892 (*Luguduni*). Cod. Iust. 6, 20, 5 (*a. 239*) *imp. Gordianus* A. Alexandrae. 4, 21, 8 (*a. 287*) *impp. Diocletianus et Maximianus* AA. Alexandrae (7, 50, 2 *a. 294*). *christianae*: Inscr. christ. Rossi I 20 (*a. 295*) Statilia Alexandra .... filia(e?) Alexandros. 451 (*a. 397*). *cf.* 396 (*a. 391*). 745 (*a. 449*). Corp. XI 2893 (*Volsiniis*) Alenxandra. **Alexandra urbs** (*i.* Alexandrina urbs). Ven. Fort. carm. app. 1, 98.

Alexarchus, -ī, Ἀλέξαρχος, *nom. graec.* Serv. auct. Aen. 3, 334 olim ... Epirum Campaniam vocatam, sicut Alexar<chus>, historicus Graecus, et Aristonicus referunt.

Alexās *v.* Alexa. **Alexia** *v.* Alesia.

Alexias, -adis, Ἀλεξιάς, *cogn. mul.* Corp. VI 13741 Caeciliae Alex<ia>di patronae suae.

Alexiānus *v.* Alexius.

Alexicacos (-us), -ī, Ἀλεξίκακος. **1** *epitheton Herculis*: Varro ling. 7, 82 Herculem ... cognominatum Alexicacon, ab eo quod defensor esset hominum. Lact. inst. 5, 3, 14 simulacrum *Apollonii* sub Herculis Alexicaci nomine constitutum ab Ephesiis etiamnunc honorari. *cf.* Corp. VI 309 Ἡρακλεῖ Ἀλεξικάκωι, *in gemello latino* Herculi Defensori. *cf.* 308 (*a. 193*) *al.* **2** *epitheton Apollinis*: Macr. sat. 1, 17, 15 *Apollinem* Athenienses Ἀλεξίκακον appellant. *cf. Wentzel, PW. I 1464.*

Alexīmachus *v.* Alexius.

Alexīnus, -ī, Ἀλεξῖνος, *philosophus Elide oriundus, de quo cf. v. Arnim, PW. I 1465.* Cic. ac. 2, 75 atqui habebam molestos vobis, sed minutos, Stilponem Diodorum Alexinum, quorum sunt contorta et aculeata quaedam sophismata. Fronto p. 146, 12 N. 147, 14 Anaxagorae, non Alexini sycophantae auditor *Pericles*.

Alexio, -onis, Ἀλεξίων, *nom. serv. et cogn. lib.* **1** *apud scriptores*: Cic. Att. 7, 2, 3 in Actio Corcyrae Alexio me (alexiom me *M*) opipare muneratus est (13, 25, 3 Alexionis epistulis). *servus medicus*: Cic. Att. 15, 1[a], 1 de Alexione (15, 2, 4. 15, 3, 2). **2** *in titulis*: Corp. VI 4514 (*e monumento Marcellae*) Alexsio (11420 *ubi* Alexio). 6070 (*e columb.*) L. Valerius L. <l.> Alexio m(a)thematicus. 7676 (*e columb.*) L. Antistí (mulieris) l. Alexsionis. 8743 Alexio Caésaris Aug. ab bybliothéce. 10046 (*aevi fere Augustei*) Alexioni moratori. 11421 Alexsio suae Salviae fecit. 12719/20 T. Attio Alexioni. 24191 Iulia Fausta Alexionis Aug. lib. lib. IX 4648 (*Interocrii, periit*) C. Caesienus C. l. Alexsio. XIII 2161 (*Luguduni*) d. m. memoriae C. Iuli Alexionis Vituli sive Alexandri. *huc traxerim* Inscr. Notiz. degli scavi 1897 p. 405 Eporastus Alexsionus srv. (*i.* Alexsionis serv.) vix. ann. XII. *Diehl.*

alexipharmacon, ἀλεξιφάρμακον. Plin. nat. 21, 146 nec magis alia herba convenit medicamento quod alexipharmacon vocant. *V.*

Alexirhoē, *abl.* -ē, Ἀλεξιρόη, *nom. mul. myth.* Ov. met. 11, 763 Alexirhoe (alixirhoe *sim. codd.*) Granico nata bicorni. Serv. auct. Aen. 4, 254 Aesacus ... nympha Alexirhoe editus (*trad.* alexi peditus *et* alexi praeditus). *cf. Knaack, PW. I 1467 et* Aesacus.

Alexis, -idis *vel* -is, Ἄλεξις, *nom. vir. graec.* *ad declinationem*: Char. gramm. I 89, 14 Alexis huius Alexis. Prob. cath. gramm. IV 31, 7 hic Alexis huius Alexis vel Alexidis (Sacerd. gramm. VI 482, 17). *gen.*: Cic. Att. 7, 2, 3 Alexidis. *acc.*: -in *et* -im *codices varie; semel* (Mart. 8, 56, 12) Alexin *in hexametro vocalem antecedit.* *acc. praeterea*: Cic. Att. 7, 7, 7. 12, 10. 16, 15, 1 Verg. ecl. 2, 1. 2, 73. 5, 86 Prop. 2, 34, 13 Calp. ecl. 4, 75 Plin. nat. 34, 50 Mart. 7, 29, 7. 8, 63, 1 Apvl. apol. 10 *bis* Svet. vita Verg. p. 57 Serv. ecl. 2, 32 Philarg. Verg. ecl. 2, 1. *voc.*: Alexi: Verg. ecl. 2, 6 *et* 65 *ante cons.* 2, 19 *in versus fine.* Gloss. V 438, 31 Alexi nomen est pueri in Vergilio. *abl.*: Gell. 2, 23, 1 Alexide. *in litteris latinis memorantur hoc nomine* **A** *apud rerum scriptores et poetas*: **1** *Graeci*: *Polycliti discipulus* Plin. nat. 34, 50. *comicus poeta*: Vitr. 6 praef. 3. Gell. 2, 23, 1 comoedias lectitamus nostrorum poetarum sumptas ac versas de Graecis, Menandro ... aut Alexide. 4, 11, 8 Alexis ... poeta in comoedia, quae Πυθαγορίζουσα inscribitur. Prisc. gramm. III 312, 6 Alexis Ἑλένης ἁρπαγῇ. *Platonis amasius*: Apvl. apol. 10 *disce Platonis versus* in Alexin Phaedrumque pueros coniuncto carmine *eqs.* Serv. auct. Aen. 1, 720 *Ephesi* Meliboea et Alexis amore se mutuo dilexerunt *eqs.* **2** *Romani*: *Attici servus et libertus*: Cic. Att. 5, 20, 9 *ceteris locis quos supra attulimus.* *formonsus puer* Verg. ecl. 2; *cf.* 7, 55 Prop. 2, 34, 13 Colvm. 10, 298 Calp. ecl. 4, 73 Mart. *passim*, *cuius personam varie interpretantur* Apvl. apol. 10 Svet. vita Verg. p. 57 Porph. Hor. epist. 1, 18, 75 Philarg. Verg. ecl. 2, 1 Mart. 8, 56, 12. 7, 29, 7. **B** *in titulis*: Corp. VI 6523 (*e columb.*) T. Statilius Thespi l. Alexis. 9325 Philetus Alexis L. Vo-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lusi Saturnini disp. verna v. a. I. 23677 P. Pacilio Alexis (*debuit aut* Pacilius *aut* Alexi). 32624 b 21 M. Aur. M. f. Ani. Alexis Dafne. INSCR. Notiz. degli scavi 1895 p. 352 (*Tusculi*) Q. Vitelli Alexidis. CORP. X 3122 (*Puteolis*) M. Vlpio Alexi. XI 128 (*Ravennae*) C. Iulius Alexis. II 5726 (*apud Astures Transmontanos*) Alexis aquilegus. XII 4412 (*Narbone*) A. Pompeio Alexi (4413).

Alexius, -ī, Ἀλέξιος, *cogn. vir.* COD. Herm. 1, 1 (*a. 293/304*) Aurelius Alexio. CORP. V 4569 (*Brixiae, periit*) Sulpicius ⟨A⟩lexius. XIII 2000 (*Luguduni*) d. m. et memoriae aeterne Iuli Alexsadri natione Afri civi Carthaginesi, *cuius filius* Iulius Alexsius, *cuius nepos fort.* Iuliu⟨s Alex⟩sander. III 3982 (*Sisciae, periit*). 14743 (*Salonis*) Aurel. Alexi⟨us marit⟩us: *sic potius suppleverim quam* Alexi⟨machus⟩. *cf.* Alexus. *christiani*: LVCIAN. Cypr. epist. 22, 3. *idem fort. memoratur* MARTYROL. Hier. non. Mai. CORP. III 9567 (*Salonis, litteris malis saec. V*) ab Au(relio) Alexsio. X 5898 (*Ferentini*) Alexio bene merenti. **Alexiānus,** -ī *cogn. vir.* HERODIAN. hist. 5, 3, 3 Ἀλεξιανός, *cogn. imp. Severi Alexandri.*

Alexus, -ī, Ἄλεξος, *nom. serv. et cogn.* CORP. VI 5065 (*e columb.*) d. m. Alexus se vivo emit sibi. 29757 (*in titulo Iudaico*) Marcus Cuyntus Alexus grammateus ego (*i.* ecc = ἐκ) ton Augustησion. INSCR. Ephem. epigr. VIII 201 p. 49 (ad CORP. IX 4834, *Fori Novi*) M. Sergius Alexus. *huc pertinere puto lucernarum inscriptionem* C. Iuni Alexi, C. Iun. Alex., C. Iun. Ale., Iuni Alexi *sim.*: CORP. XV 6501 INSCR. Ephem. epigr. VIII 243, 5 p. 67 CORP. X 8053, 102. 103. XI 6699, 111. V 8114, 74. VIII 10478, 18. II 4970, 247. XII 5682, 64. XIII 10001, 171. *cf. tamen* Alexius.

Alexo, *cogn. graec.* Ἀλέξων *vel* Ἀλεξώ. CORP. VIII 18927 (*Thibili*) Alexo v. a. CI. *Diehl.*

ab **alf-** *quae incipiunt graeca v.* alph-.

Alfacius *v.* Alfius *p. 1540, 81.*

Alfadonius, -a *nom. gent., cf.* Alfius (?). CORP. VI 1056, 1, 7 (*a. 205*) Alfadoni Saturnine *vigil.*

Alfāterna *v.* Nuceria.

Alfāternī *incolae oppidi in Aequicolis siti.* PLIN. nat. 3, 108 ex Aequicolis interiere Comini, Tadinates, Caedici, Alfaterni. *cf.* Nuceria Alfaterna.

Alfedius *v. sub* Alfius *p. 1540, 84,* **Alfēius** *p. 1540, 83,* **Alfēnās, Alfēnātius** *p. 1542, 10,* **Alfēnus, Alfēnius** *p. 1541, 33,* **Alfesius** *p. 1542, 19.*

Alfellānī *incolae oppidi Hirpinorum. nomen conferendum cum* Alfaterni, Nuceria Alfaterna *et nominibus ab* Alb- *incipientibus.* PLIN. nat. 3, 105 Alfellani.

Alfia *fundus*: CORP. XI 1147, 4, 41 (*Veleiae, imp. Traiano*) fundum Alfiam Munatianum Ancharianum ... in Placentino pag(o) Vergellense et Velleiate pag(o) Ambitrebio.

Alfiānus, Alfiānius *v. sub* Alfius *p. 1540, 70. 76,* **Alficius** *p. 1542, 15,* **Alfidēnus** *p. 1541, 30,* **Alfidius** *p. 1541, 2,* **Alfiēnus** *p. 1540, 78.*

Alfidēnātis *v.* Aufidena.

Alfinis *nom. vir. casu genetivo*: CORP. VIII 8693 (*in Mauret. Sitif.*).

Alfinius, Alfionius, Alfisius *v. sub* Alfius *p. 1542, 13. 1540, 80.*

Alfīnus *v.* Alfenus *sub* Alfius *p. 1541, 82.* [*1542, 18.*

Alfius, -a *nom. gent. cf. nomina ab* Alb- *incipientia*; Alfia, Alfaterna, Alfuanum; *umbrice* alfu '*alba*'; ἀλφός. INSCR. Zvet. inf. 31 (*in Paelignis*) l. alafis c. (*i.* L. Alfius C. f.). *in titulis etruscis* (CORP. inscr. etrusc. I) *saepe* alfi (*ut* 3378. 3410 *al.*), alfni (*ut* 1668—1670 *al.*); alfini 1667. *aetate posteriore nonnumquam scriptum* Alphius, *v. infra.* LIV. 23, 35, 13 (*a. u. c. 539*) Marius Alfius (Alpius *Putean.*) medix tuticus — is summus magistratus erat Campanis. 23, 35, 19 caesa plus duo milia cum ipso duce Mario Alfio. CIC. Vatin. 38 C. Caesarem nuper ... dixisse C. Alfium *in petenda praetura* praeteritum permoleste tulisse. Planc. 104 C. (Alfi) Flav⟨e⟩ ... qui meorum consiliorum in consulatu socius, periculorum particeps, rerum quas gessi adiutor fuisti. 43. ad Q. fr. 3, 1, 24. 3, 3, 3. FEST. p. 158 Alfius libro primo belli Carthaginiensis. SEN. contr. 1, 1, 22 memini apud Cestium declamari ab Alfio Flavo. 1, 7, 7 *al.* HOR. epod. 2, 67 faenerator Alfius (*cf.* COLVM. 1, 7, 2). PLIN. nat. 9, 25 Maecenatis et Fabiani et Flavi Alfi ... litteris. 1, 9 ind. auctor. Maecenate, Alfio Flavo, Cornelio Nepote. MAR. VICTORIN. gramm. VI 137, 31 quo dimetro (*iambico*) ... apud nos metro continuo Alphius Avitus libros rerum excellentium fecit. TER. MAVR. 2448 ut pridem Avitus Alfius libros poeta plusculos usus dimetro perpeti conscribit excellentium (Alphius *ed. princ. Mediol.*). PRISC. gramm. II 409, 18 Alphius Avitus. 426, 23. 591, 14. III 233, 21 (*ubi* Alfius [Alpius] *libri plerique*). II 134, 3 *in quibusdam libris* Alpheus ... Avitus. COLL. Mos. 3, 3, 5 divus Pius ad libellum Alfii Iulii rescripsit. OPTAT. 1, 27 p. 29, 12 magistratus (*duovir Autumnitanus ex Africa, imperante Constantino*) Alfius Caecilianus (Alfilius *cod. Petropol.*, Alfidius *cod. Parisin. olim Germanens.*) OPTATI app.[2] p. 198 Alfius Caecilianus. [PAVL. NOL. carm. 21, 64 Alfia ... soror illa Philemonis olim nobilis, in titulo quam signat epistola Pauli. *est* Appia, Ἀπφία VVLG. Philem. 2]. *nomen satis frequens Romae, in Volscis, in Campania, Samnio, Etruria, Vmbria.* CORP. I 738 (*tessera consularis a. u. c. 710*) Philogen(es) Alfi. VI 11452 L. L. Alfieis L. l. Hilarus et Prothumus libertis de suo faciundum coera(verunt). 243 (*a. 19*) M. Alfius Onesimus. 974, 4, 33 (*a. 136*) Sex. Alfius Sex. l. Parthenopaeus. 1057, 2, 19 (*a. 205*). 1335 Al⟨f⟩io Proculo c. v. q(uaestori) k(andidato). 1917 L. Alfi Alfiani viatoris consularis. 2375 b 20 (*a. 119*) L. Alfius Priscus. 27388 Threpto Caesaris n. servo Euphemiano Antonia Auge fecit coniugi ... et M. Alfio Ianuario. *al.* ACT. lud. saec. Sept. Sev. 9, 7 Alfius Maximus. INSCR. Graec. Sic. et Ital. 1373 (*Romae*) Ἄλφιος Ὀλυμπις. CORP. VI 11500 Alphio ⟨...⟩ (*ter*). 25370 (*periit*) M. Alphio Romano. XIV 256 (*Ostiae, corpus fabrum navalium*), 32. 61. 272 Alfius Secundus. 2982 (*Praeneste*) M. Alfius (mulieris) l. ⟨...⟩. IX 489 (*Venusiae*) Alfiae (mulieris) l. Probatae. 541 (*periit*) Alphiae Redemptae. 831 (*Luceriae*). 1738 (*Beneventi*) Alfia (mulieris) l. Fausta. 2688 (*Aeserniae*). 3057 (*Interpromi*) C. Alfi Licini. 3085 (*Sulmone*) C. Alfius T. f. Maximus. 3104. 3168 (*Corfini*) C. Alfius T. f. Maximus. 3677 (*Marruvi*). 3705. 3851 (*Supini*). 3859 Alfia (mulieris) l. Appia. 4018 (*Alba Fucente*). 4075 (*Carsiolis*). 4137 (*in Aequiculis*) Alfia C. f. mater. 5201 (*Asculi Pic.*). 5587 (*Septempedae*). 6083, 13 (*in signaculo*) Alf. Max. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 32 n. 130 (*Interpromi*). CORP. X 1327 (*Nolae*). 1680 (*Puteolis*) Alfio Licinio v. p. 3905 (*Capuae*) ⟨.⟩ Alfius Iuda arcon arcosynagogus ... Alfia Soteris ... coiugi. 3906 Q. Alfius Q. f. Fal. Iustus. 3954 M. Alfius stabularius. 3998. 3999. 4000 Alfia⟨e⟩ C. f. 4001. 4559 (*Trebulae*) L. Alfio Fannio Primo So⟨...⟩ quaest(ori) .... 4583 (*Caiatiae*). 4927 (*Venafri*). 5214 (*Casini*). 5433 (*Aquini*). 5434. 5450. 5500. 5796 (*Venafri, a. 197*). 6133 (*Formis*) Q. Alfio Asinio. 6247 (*Fundis*). 6435 (*Priverni*). 7398 (*in Sicilia*). 8051, 3 (*in amphora*) N. Alfi N. f. 8048, 1 (*in pelve Pompeiana*). 8071, 26 (*in scutulo Pompeiano*). 2041 (*Puteolis, periit*) Alphia Maxi⟨ma⟩. 8059, 29 (*in signaculo*) Alphii Thraseae. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 88 n. 320 (*Pompeis*). p. 169 n. 699 (*in Sicilia*). CORP. IV suppl. 19, 21 (*a. 56*) A. Alfi Abascanti. 22, 21. INSCR. Graec. Sic. et Ital. 235 (*in Sicilia*) Ἄλφ(ιος) Κλῶδις. CORP. XI 111 (*Ravennae*). 146. 2259 (*Clusi*) L. Alfi A. f. 2260 vl. alfni nuvi cainal. C. Alfius A. f. Cainnia natus. 2261—2264. 4233 (*Interamnae*) C. Alfius. 4416 (*Ameriae*). 4431. 4432. 4670 (*Tuder*). 5278 (*Hispelli*) C. Alfius C. f. Lem. Ruf. ... IIvir quinq. in municipio suo Casíni. 5395 (*Asisi*) C. Alfio C. fil. Ser(gia) Clementi Maximo IIIIvir. i. d. 5525. 5636 (*Camerini*). 6315 (*Pisauri*). 6356 P. Alfio P. f. Cam(ilia) Simniano equo publico .... 6372. 6452. 6700, 22. INSCR. Notiz. degli scavi 1890 p. 307 (*Clusi*). CORP. V 562 (*Tergeste*). 567. 568. 798 (*Aquileiae, a. 165*). 966 M. Alfius M. f. Colonus IIIIvir, L. Servilius L. f. frater. 1064. 3590 (*Veronae*). 5275 (*Comi*). 5276. 6915 (*in reg. XI*). 6995 (*Taurinis*) L. Alfio Restituto eq. R. eq. p. ... flam(ini) díví Titi. 7166 (*in reg. XI*). 7395 (*Dertonae*). 8114, 3 (*in lucerna*) Alfi. V suppl. ital. 519 (*Ateste*). XII 689 add. (*Arelate*). 751. 1090 (*Aptae*). 1852 (*Viennae, imperante Constantino*). 3195 (*Nemausi*). 4659 (*Narbone*). 4570 Q. Alphio Quintillo Alph. Secundu⟨s⟩ lib. 5686, 38 (*in vasculo*). XIII 261 (*in Aquitania*) Alfia Lohisi f. Bulluca. 1130 Alphiae Faventinae fil. Catilia et Faventius XX lib. vilc. (*sic*). INSCR. Bonn. Jahrb. 110 p. 191, 5 *et* 7 (*Colon. Agripp.*) Alfius fec(it). CORP. III 4171 (*in Pann. sup.*). 14356[4] P. Alfi Maxim⟨i⟩. 6463 (*in Pann. inf., cf.* 10391). 4877 (*in Norico*). 14947 (*in Dalm.*). 12293 (*in Achaia*) L. Alfius L. f. Λεύκιος Ἄλφιο⟨ς⟩ Λευκίου υἱό⟨ς⟩. 14387[oo] (*in Syria*) Tito Alfio M. f. Fabia Maximo Modesto Sentiano. 14387[ooo] Tito Iulio L. f. Tauro Sentiano Titi Alfi M. f. Fab. Maximi Modesti Sentiani ... nepoti. INSCR. Sitzungsber. d. Berlin. Akad. 1903 p. 817 (*in Syria*). CORP. II 528 (*in Lusitania*) P. Alfius T. f. Pap. ... T. Alfio T. f. Pap. fratri. 529. 1043 (*in Hispan. Baet.*). 1210. 3572 (*in Hispan. Tarrac.*). 4110 P. Alfio P. f. Gal. Maximo Numer. Liciniano Xviro stlitibus íudicand. ... P. Alfius Avitus Numer. Maternus filius. 4122. 4501 (?). 5686. 5365 (*in Hisp. Baet.*) Alphii. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 399 n. 111 (*in Hispan. Tarrac., litt. saec. I*) ⟨L.⟩ Alfii Reburri Quirina Asturica veterani. p. 375 n. 57 (*in Lusitan., litt. saec. I*). CORP. VIII 2801 (*in prov. Num.*). 2802. 3027. 4055 C. Sergius Alfius Flavianus. 5724—5726. 6267. 7189 Alfia M. filia. 18067 (*a. 166*) b 16. 19532. 12945 (*in prov. procos.*) Alfia Secundula quae et Cosina. 13312. 14370 (*a. 196*). 16313. 8605 (*in Maur. Sitif.*). 22645 (*in vasculo*).

cogn.: CORP. VI 21205 (*periit*) Mevia Alphia. III 4788 (*in Norico*) M. Trebius M. fil. Palat. Alfius equo p., praef. i. d. Aquil(eiae ?). 3451 (*in prov. Num.*) Aurelio Alfio. 17903 d 3 Papirius Alfius. e 6 ⟨...⟩ Alfius. INSCR. Graec. Sic. et Ital. 2013 (*Romae*) Σουλπ(ίκιος) Ἄλφιος. *v. etiam* Alphīus *sub* Alpheus. **Alfiānus.** *cogn. servi*: CORP. VI 2338 Menopilus Alf(ianus) ser(vus) pub(licus) ex basilica Opimia. *cogn.*: CORP. VI 1917 L. Alfi Alfiani viatoris consularis. X 7130 (*Syracusis*), 12 *et* 18 Alfiani. XI 5727 (*Tufici*) Volteia L. f. Saturnina Alfiana. V 3358 (*Veronae*) C. Attio C. fil. Pob. Alfiano Lucilio Rugae praef. coh. II Raetorum. III 8789 (*in Dalm.*) ⟨F⟩ulvius Alfianus. 10971 (*in Pannon. sup.*)? **Alfiānius,** -a *nom. gent.*: CORP. III 4503 (*in Pannon. sup.*) Alfiani Ianuaria, Ianuarius, Tilurinus.

Alfiēnus, -a *nom. gent.*: CORP. IX 5699 (*Cuprae Montanae*) V. Avilio(s) V. f., V. Alfieno(s) Po(bli) f. pagi Veheia(ni ? donum dant).

Alfionius, -a *nom. gent.*: CORP. VI 34365 Alfionia Eutycia fecit Q. Statio Felici coiugi. **Alfacius,** -a *nom. gent.*: CORP. VI 11422 d. m. T. Alfaci Scantiani ... T. Alfacius Severus patronus liberto.

Alfēius, -a *nom. gent.*: CORP. VI 11423 Alfeia ⟨P.⟩ l. Fausta. II 661 (*in Lusitania, periit*) *traditur* L. Alefius. **Alfedius,** -a *nom. gent.*:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Inscr. Ephem. epigr. VIII p. 48 n. 196 (*Carsiolis*) Alfedia L. l. Lucris. Corp. IX 3389 (*in Vestinis*) Alfedia P. f. **Alfidius, -a** *nom. gent.*: Ascon. Mil. p. 55 Sex. autem Clodius, quo auctore corpus Clodi in curiam illatum fuit, accusantibus C. Caesennio Philone, M. Alphidio (*sic Sozomenus et Bartholomaeus*) ... damnatus est. Alfidius Sabinus *procos. Siciliae imperante Tiberio*, L. Alfidius Herennianus *cos. a. 171 v. infra p. 1541, 19.* Corp. VI 155 (*a. 69*) M. Alfidius Fortunatus. 159 (*a. 140*). 162 (*a. 160*). 481. 31652 Tib. Claudiae Camiliae Alfidiae Celonide c. f. 2379 a 3, 60 (*a. 144*) Q. Alfidius Iustus Foro Sempr(oni). 11439—11443. 11444 Alfidiae Helpidi coniugi ... Ti. Claudius Tauriscus. 15567. 27438 Tímo Alfidi. *al.* IX 465 (*Venusiae*) C. Alfidius. 3202 (*Corfini*) L. Alfidius C. f. Taracius. 3661 (*Marruvi*) Alfidia M. f. mater Augustae (*mater Liviae secundum opinionem Mommseni propter titulum Samium Ἀλφιδίαν τὴν μητέρα θεᾶς Ἰουλίας Σεβαστ⟨ῆ⟩ς. cf.* Corp. II 1667 Alfidi⟨ae⟩ ma⟨t.⟩ Augustae). X 62 (*Vibone*). 907 (*Pompeis*) D. Alfidi Hypsaei ... ⟨II⟩vir. i. d. *idem* 908. Inscr. Ephem. epigr. VIII p. 87 n. 316 (*Pompeis, a. 3 p. C.*) D. Alfidi Hypsai. *cf.* Corp. X 907. 908. 3783, 1 (*Capuae, a. u. c. 683*) ⟨.⟩ Alfidius C. f. Strab. 5578 (*Fabrateriae Novae, a. 171*) L. Alfidi Herenniani consulis Fabraterni Novani (*cf.* VI 1978, 15). 6248 (*Fundis*). 6493 (*Vlubris, litt. aetatis imperatoriae incip.*), 3 *et* 13. Inscr. Ephem. epigr. VIII p. 122 n. 473 (*Capuae, a. u. c. 670*) M. Alfidius M. l. Sota. XI 862 (*Mutinae*) Q. Alfidio Q. l. Hylae VIviro Foro Semproni. XII 2024 (*Viennae*) C. Al⟨f⟩id. Hermogenes. 5370 (*inter Narbonem et Tolosam*). VII 29 A. Alfid. Pomp(tina) Olussa. II 1307 (*in Hispan. Baet.*) Lucius Al⟨f⟩idius Lucii filius. 4122 (*in Hispan. Tarr.*). 4137. 5258 (*in Lusitania*). VIII 1289 (*in prov. procos.*) 7191 (*in prov. Numidia*)? 9247 (*in Maur. Caes.*) Alfidi Sabini proco(n)s(ulis) Siciliae (*imperante Tiberio*). *cogn.* Corp. VI 31976 Felicitati s(pectabilis) m(emoriae) f(eminae) ⟨coni⟩ugi .. ⟨..⟩ Val. Alfidius. **Alfidēnus,** -a *nom. gent.*: Corp. XI 4232 (*Interamnae*) C. Alfidenus C. l. Pilar(gurus). 4288 T. Plotio C. f. Clu. pat⟨rono?⟩ Alfidenae C. l. Primae. **Alfēnus** (*et posteriore aetate* **Alfēnius**), -a *nom. gent.* Alfinus *v. infra p. 1541, 82.* Varro ling. 8, 41 nec Perpenna et Alf[a]en⟨a⟩ erit simile, quod alterum nomen virum, alterum mulierem significat. 9, 41. Cic. Quinct. 21 propinquum nostrum Sex. Alfenum. 27 Sex. Alfenus procurator P. Quinctii. 62 eques Romanus locuples. 76 emisti bona Sex. Alfeni L. Sulla dictatore vendente. Hor. sat. 1, 3, 130 Alfenus vafer omni abiecto instrumento artis clausaque taberna tonsor (*sic V m. pr.*; sutor *rell.*) erat. Porph. *ad h. l.* Alfenum Varum Cremonensem ..., qui abiecta sutrina, quam in municipio suo exercuerat, Romam petit, magistroque usus Sulpicio iuris consulto ad tantum pervenit, ut et consulatum gereret .... *cos. suff. a. u. c. 775*: Corp. I² p. 65 viii ⟨P.⟩ Alfenus. *cf. de eo Klebs et Jörs, PW. I p. 1472.* Gell. 7, 5, 1. Prob. Verg. ecl. praef. p. 323 *Vergilius post amissionem agri* restitutus beneficio Alpheni Vari (Albeni *Vatic.*). Serv. auct. ecl. 6, 6. 9, 10 (*ubi* Alphenum *L*). Svet. vita Verg. p. 59 Alphenum Varum. Dig. ind. Florent. IIII *Ἀλφηνοῦ* digeston *βιβλία τεσσαράκοντα.* Amm. 30, 4, 12 hi ut altius videantur iura callere, Trebatium locuntur ... et Alfenum .... *al. idem fortasse* Catvll. 30 Alfene immemor atque unanimis false sodalibus. P. Alfenus P. f. P. n. Varus *cos. a. u. c. 755: sic* Fast. cos. Capitol. Corp. X 884 P. Alfeno. *sed* Corp. I² p. 68 viii L. Alfenius. Dio 55 ind. consul. *Π. Ἀλφῆνος ἢ Ἀλφήνιος Οὔᾶρος* Tac. hist. 2, 29 Alfenus (*trad.* Alfenius) Varus praefectus castrorum *Vitellianorum.* 2, 43. 3, 36 substituto in locum eius (*Sabini praefecti praet.*) Alfeno Varo. *al. nomen in titulis rarum.* Corp. VI 8220 (*olla vineae S. Caesarei*) Alfenos Luci (*'scripta est a Graeco latini sermonis parum gnaro' Momms.*). 5213. 5682. 9551 P. Alfenus Felix marmorar. 10315 Lucrio Alfeni Vari. 11425. 11427 P. Alfení Vari l. Epaphroditi. 11428—11435. 11436 P. Alfenus Vari l. Strato. 18176 T. Flavio Prisco ... Cn. Domatius Nico et Alfena Ianuaria. 25698. 33493. 11498 Alpheno ... fecit L. Vibidienus Hermogenes fratri. *ingenui aut pauci aut nulli.* Inscr. Graec. Sic. et Ital. 1372 (*Romae*) *Π. Ἀλφηνὸς Μαρτιάλης Λαοδικεὺς τῆς Ἀσίας.* Corp. IX 3674 (*Marruvi*) T. Alfeno Attico sev. Aug. 3676 T. Alfeno Vrsioni sev. Aug.... T. Alfenus Venafranus sev. Aug. 3704 T. Alfeno Silvestro. 4464 (*in agro Amiternino*) Alfena C⟨...⟩. 4892 (*Trebulae Mutuescae*) C. Alfenu⟨s⟩ C. f. Qui. Postumus. 2039 (*Puteolis*) P. Alfeni Anterotis ... P. Alfeno Rustico et Alfenae P. l. Lite. 8059, 376 (*in signaculo*). IV suppl. 45 (*a. 27*) P. Alfenus Varus trecenarius Augussti. IX 4269 (*Interamnae*) Alfena Dom⟨ina?⟩. V 4065 (*Mantuae, periit*) C. Alfenus. III 633 (*Philippis Maced.*), 2, 3, 3 M. Alfenus Aspasius sacerdos. 7343 Alfena Saturnina. 6709 (*in Syria, imperante Septimio Severo*) Alfenum Senecionem leg. Augg. pr. pr. (*idem* VII 279 L. Alfeni Senecionis *et* 513 = Ephem. epigr. III p. 132 Alfeno Senecioni). 14134 (*Alexandreae*) Felix Alfeni c(enturionis). VII 298 L. Alfenus Pate⟨rnus⟩. II 3399 (*in Hispan. Tarrac., a. 167*) L. Alfenus Avitianus p. p., tr. coh. III vig. VIII 2632 (*in prov. Num., saec. II*) Alfeno Fortunato. 7188 Alfenae M. f. Marciana⟨e⟩. 9046 (*in Maur. Caes.*) L. Alfeno Senecioni proc. Aug. (*cf.* Alfenius Senecio *infra p. 1542, 6*). Corp. IX 5357 (*Firmi Picen.*) T. Appalio T. f. Vel. Alfino Secundo proc. August. XX hered. .... III 6387 (*in Dalm.*) P. Alfino Fortunato. **Alfēnius, -a**: Acta Arv. a. 218 a 6 per Alfenium Avitianum promag. b 27 L. Alfen. Avitianus. a. 231, 7 L. Alfenius Avi⟨tianus⟩; *sed* a. 218 a 23 per Alfenum Av⟨i⟩tianum promag. Corp. VI 1675 (*cf. p. 3174*) Alfenio Ceionio Iuliano Kamenio v. c. q(uaestori) k(andidato). *fuit vicarius Africae a. 381. cf.* 31940. 11499 Alphenia Hygia. Inscr. Röm. Quartalschr. 17 (1903) p. 359 (*Romae*) Alfenie Narc⟨issae⟩ ... sig(no) Martyri. Corp. X 3334, 5 Alfenio Senecioni subpraef. class. pr(aetoriae) Mis(enatis) (*cf.* L. Alfenus Senecio *supra p. 1541, 81*). XI 744 (*Bononiae*) Alfenius ⟨...⟩. 5841 (*Iguvi*) Alfeniae Pietati. V suppl. ital. 205 (*Aquileiae*) Alfeniae Proclae. XII 750 (*Arelate*) Alfeniae Attalidi.

Alfēnās *nom. gent.*: Corp. VI 24777 L. Alfenas Rufio. **Alfēnātius,** -a: Corp. VI 11424 Alfenatiae Florae. XIV 4256 (*Tibure*) L. Alfenatio Prisco IIIIvír(o). *idem* 3679 (*a. 127*). X 552 (*Salerni*) Alfenatia Floscula. **Alfinius,** -a *nom. gent.*: Corp. VI 34363 L. Alfini L. l. Diodori. 34364 ⟨A⟩lfinia L. l. Thalia. *cf.* Alfinus *supra p. 1541, 82.*

Alficius, -a *nom. gent.*: Corp. X 1403 (*Herculanei*) c 7 C. Alficius C. f. Mae. Firmus. g 1, 29 C. Alficius C. l. Primus. IV suppl. 32, 17 (*a. 57*) ⟨..⟩ Alfici Vitalis. 86, 4. IX 6078, 206 (*in tegula, periit*) S. L. Alfici. **Alfisius,** -a *nom. gent.*: Corp. VI 11445 P. Alfisius P. l. Probus. XI 6674, 3 (*in tegula Veleiate*) M. Alfisi f. **Alfesius,** -a *nom. gent.*: Corp. X 7375 (*in Sicilia*) P. Alfesi P. f. Salví. **Alfuius,** -a *nom. gent.*: Corp. VI 22493 M. Militarino Victuri Alfuia Iustina marito. *cf.* Alfuanum. **Alfucius,** -a *nom. gent.*: Corp. VI 1057, 6, 20 (*a. 205*) T. Alfuc. Sabinus *vigil.*

Alfīus *v.* Alpheus.

Alforisius *nom. vir. in titulo dubiae fidei* Corp. V suppl. ital. 546 (*Ateste*).

Alfuānum *locus, cf.* Alfuius *sub* Alfius *al.* Cassiod. var. 4, 8 possessoribus et curialibus Forolivensibus Theodericus rex.... decernimus ut ... de locis vestris ad Alfuanum (Alfianum *P*) trabes ... devehatis. *Otto.*

Alfucius, Alfuius *v. sub* Alfius *l. 22. 21.*

alga, -ae *f.* [*orig. inc.; cum norweg.* ulka ölke '*mucor*' *conferendum esse putat Lidén, Stud. zur altind. u. vergl. Sprachgeschichte p. 30. Th.*]. Idiom. gen. gramm. IV 581, 14 alga *τὸ βρύον* (Char. gramm. I 553, 17). Plin. nat. 32, 66 algam maris theriacen esse Nicander tradit. plura eius genera, ut diximus (*cf.* 13, 136), longo folio et rubente, latiore alia vel crispo. laudatissima quae in Creta insula iuxta terram in petris nascitur, tinguendis etiam lanis (1, 32, 22 alga marina). Serv. auct. ecl. 7, 42 alga: herba quae in mari nascitur. Isid orig. 17, 9, 99 alga nascitur in aquis stantibus. ita denique nomen sumpsit ab algore aquae vel quod alliget pedes (Gloss. III 543, 37), quia crassa est, foliis aquam ex parte superantibus. Gloss. alga *βρύον, φῦκος.* herba marina, war (*anglos.*), scald thyflas (*anglos.*), vel spuma maris. Plin. nat. 27, 42 medetur alga rufa (ruba *E*, rubra *Gelen.*) scorpionum ictibus (1 27, 25 alga rufa). Ps. Apvl. herb. 67 nymphaeam ... Latini ... algam palustrem.

Tvrp. com. 23 in acta coperta alga (age *codd.*) inoras ostreas. Catvll. 64, 60 quem procul ex alga maestis Minois ocellis ... prospicit. Bell. Afr. 24, 4 alga e litore collecta et aqua dulci elota et ita iumentis esurientibus data vitam eorum producebant. Verg. Aen. 7, 590 laterique *rupis* inlisa refunditur alga. Hor. carm. 3, 17, 10 cras foliis nemus multis et alga litus inutili demissa tempestas ab euro sternet. Ov. epist. 7, 172 nunc levis eiectam continet alga ratem. met. 11, 233 litus habet solidum, quod nec vestigia servet nec remoretur iter nec opertum (*sic N²*, -ta *N¹*, -tus *ex* -ta *M*) pendeat alga. hal. 91 *videndum* ⟨num litus harenis⟩ obiectetque (obl- *cod.*) moras et molli serviat algae. Vitr. 10, 14, 3 coriis ... consutis fartis alga aut paleis. Colvm. 8, 17, 6 scopulos, qui praecipue verbenis (velv- *Sang. Ambr.*) algae vestiuntur. 8, 17, 10 ipsum vivarium repletur algarum congerie, quam tempestatibus eructat pelagi violentia. 11, 3, 23 *brassicae* radix ... involuta (iam v- *codd.*) tribus algae taeniolis pangatur (Pallad. 3, 24, 7 alga marina). Lvcan. 5, 521 molli consurgit Amyclas quem dabat alga toro. Plin. nat. 9, 58 *canicula exorta in Bosporo* alga ... et pisces superferuntur omniaque ab imo versa. 9, 64 *mulli* alga vescuntur et ostreis et limo. 9, 81 phycis ... piscium sola nidificat ex alga atque in nido parit. 9, 131 bucinum ... algense enutritum alga. 9, 147 *urtica marina* iactari se passa algae vice. 9, 164 saepia in terreno parit inter harundines aut sicubi enata *est* alga. 13, 135 non habet lingua Latia nomen quod Graeci vocant phycos, quoniam alga herbarum maris vocabulum intellegitur, hic autem est frutex. 19, 143 plantam in transferendo alga subdita pediculo ... celeriorem ad maturitatem fieri. 31, 114 tantum algae *intro aluntur.* 32, 86 *alcyoneum alterum* fere algae *odore.* 32, 111 *bryum* lenit impetus podagrae. item alga. 34, 154 algis potius adnumeranda quam animalibus. 37, 180 phycitis algae *ex similitudine appellatur.* Petron. anth. 474, 5 sinus egerit algas. 478, 5 ecce inter virides iactatur mytilus algas. Val. Fl. 1, 252 molli iuvenes funduntur in alga. Stat. Theb. 9, 245 fugit omnis in imos turba *piscium* lacus viridesque metu stipantur in algas. silv. 2, 3, 34 *nympha* Pana sequi credens ima latus implicat alga. 4, 6, 11 lubrica qua recubent conchylia mollius alga. 5, 3, 283 in media componat molliter alga *Charon appellentem mortuum.* Mart. 10, 16, 5 quidquid Erythraea niger invenit Indus in alga. Frontin. strat. 2, 5, 6 Aegyptii conflicturi acie in eis campis, quibus iunctae paludes erant, alg⟨a⟩

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eas contexerunt. Ivv. 4, 48 algae inquisitores agerent cum remige nudo non dubitaturi fugitivum dicere piscem depastumque diu vivaria Caesaris. Apvl. apol. 35 muscum et algam et cetera maris eiectamenta. *ibid.* qui minus possit... alga ad querceram. Pallad. 4, 10, 3 alii algam marinam obruunt ad radices *mali* (10, 14, 1). *ibid.* algam radicibus iunges. 4, 10, 13 marina alga vestiunt *plantas.* 4, 10, 30 algam marinam *suspendunt arbori.* Avien. orb. terr. 509 unda... largam procul expuit algam. Arat. 763 *Argo* marinas iam defuncta vias procul imi litoris algas pone subit. Avson. Mos. 69 cum virides algas et rubra corallia nudat aestus. 398, 5 quae viridis muscus, quae deco⟨lo⟩r alga recondit. 398, 33 algarum obducta recessu *ostrea.* Clavd. 3, 387 ridebunt virides gemmis nascentibus algae. 7, 197 Ionia virides Neptunus in alga nutrit equos. 8, 597 quis divitis algae germina flagrantes inter quaesivit harenas? 10, 157 alternas violis Nereus interserit algas. carm. min. 29, 15 quidquid Eois Indus litoribus rubra scrutatur in alga. 49, 9 longe... extenta per algas *torpedo.* rapt. Pros. 1, 257 credas inlidi cautibus algam (*cf.* Verg.). Rvt. Nam. 1, 461 ut praebente (*i. in superficie habente*) algam (viam *c interpolatum*) densi symplegade limi servet inoffensas semita clara notas. 1, 537 procera suo praetexitur alga profundo. Coripp. Ioh. 1, 358 nigram ... super ... algam (6, 758). 6, 756 quibus alga locis limusque relabens.

proverbialiter: Verg. ecl. 7, 42 proiecta vilior alga. Hor. sat. 2, 5, 8 genus et virtus, nisi cum re, vilior alga est (Porph. *ad l.*). Prvd. perist. 10, 245 *deos* in algis vilibus. Ov. epist. 17, 108 non magis illius numerari gaudia noctis Hellespontiaci quam maris alga potest. Ov. met. 14, 38 prius ... in aequore frondes ... et in summis nascentur montibus algae.

derivata: algensis, algosus. *V.*

Algae, -ārum *statio Etruriae.* Itin. Anton. Aug. p. 498 a Centumcellis Algas ... ab Algis Rapinio.

turris ad Algam *statio provinciae Tripolitanae.* Tab. Peut. 7, 3.

algallicum, algallis *v.* anag-.

Algalsus, -ī *dux Illyrius Parthinus.* Liv. 44, 30, 13.

Algasia, -ae *nom. mul. celt.* Hier. epist. 121 tit. Hieronymus ad Algasiam (*mulierem Gallicam regis ut videtur Cadurae. v.* Alethius *p. 1529, 44 sqq.*). *cf.* Algassis.

Algassis, -is *deus Gallicus.* Corp. XIII 72 (*Convenis a dextra Garumnae*) Algassi Geminus Q. Iul. Balbi ser. *cf.* Argassis *et* Algasia. *Diehl.*

algēnsis, -e *ab* alga. Plin. nat. 9, 131 bucinum ... lutense putre limo et algense enutritum alga, vilissimum utrumque. Edict. Diocl. 24, 9 ἰσγένης (*i.* ὐσγ-) πρωτείας ἀλγενησίας λι. α. *V.*

algeo, alsī, -ēre [*cf. c.* algus algor algidus. *Th.*]. Pavl. Fest. p. 6 algeo ex graeco ἀλγῶ ducitur, id est doleo, ut sit frigus dolor quidam membrorum rigore conlectus. Prisc. gramm. II 485, 18 in 'geo' desinentia, l vel r antecedentibus, 'geo' in 'si' conversa faciunt praeteritum perfectum, ut ... 'algeo alsi'. 487, 3 (*supinum*) 'alsi alsum'. Gloss. algeo ῥιγῶ. II 481, 27 ψυχίζομαι algeo frigesco. IV 14, 10 alget infrigidat, *et saepius.* 14, 11 alsit frigduit (307, 49. V 345, 4). V 264, 24 alsit frigavit.

frigus pati, algidum esse, de animantibus et rebus (*opp. sollemne* aestuare): Plavt. Mil. 689 ne algeas hac hieme. Rud. 528 cum vestimentis postquam aps te abii, algeo. Stich. 348 miseri algebunt postea. Ter. Ad. 36 ne ... ille alserit. Novivs Atell. 63 mi algebo et mi esuribo (Cato agr. 5, 2 ne algeat, ne esuriat. Cael. Cic. epist. 8, 17, 2 Sen. epist. 4, 20. 24, 26. 113, 21. 119, 7 Lact. inst. 6, 2, 8. 6, 11, 6 Rvfin. Adamant. 5, 26). Novivs Atell. 116 sapiens si algebis, tremes. Lvcil. 1165 horret et alget. Cic. Tusc. 2, 34 Cretum ... leges ... laboribus erudiunt iuventutem ... algendo aestuando. Hor. ars 413 puer sudavit et alsit. Sen. dial. 4, 12, 1 (*opp.* aestuare). 5, 37, 3 numquam se hieme algere miratur? epist. 107, 7 hiems frigora adducit: algendum est. aestas calores refert: aestuandum est. 24, 26 algebo aestuabo. 113, 21 iustitia et fortitudo, si animalia sunt, certe terrestria sunt. omne animal terrestre alget, esurit, sitit: ergo iustitia alget, fortitudo esurit, clementia sitit. 117, 18 si algor malum est, malum sit algere (*opp.* aestuare)? nat. 4, 5, 3 minus algere aiunt pedes eorum, qui ... duram nivem calcant. Pers. 3, 115 alges, cum excussit membris timor albus aristas; nunc face supposita fervescit sanguis. Petron. 72. Plin. nat. 14, 83 donec bruma transeat et consuetudo fiat algendi. 17, 214 difficile sanescunt algendo nimis aestuandove. 21, 162 quoquo modo algentibus. 25, 151 incipiunt algere ab extremitatibus corporis. 30, 85. Mart. 4, 5, 6 nec potes algentes arrigere ad vetulas. 9, 76, 8 Maevius alget in cucullo. 11, 98, 8 (*opp.* aestuare). Svet. Cal. 58 nisi princeps gregis algere se diceret. Min. Fel. 12, 2 egetis algetis, opere fame laboratis. Cypr. epist. 76, 2 vestis algentibus deest. Veg. mil. 3, 2 p. 68, 5 nec expeditioni idoneus miles est, qui algere compellitur. Hier. epist. 43, 5. Pavl. Nol. epist. 28, 4 nec algentibus nec aestuantibus. Svlp. Sev. dial. 2, 1, 2 iussit algentem ... vestiri. 2, 1, 4. 2, 10, 3 cum subulcum algentem ac paene nudum in pellicia veste vidisset. Macr. sat. 7, 6, 9 quae nimium algentibus, eadem contingunt ebriis. Sidon. carm. 5, 139 quem ... inter flagrantes perhibent alsisse iuvencos. 5, 533 algentes cogit turmas ac frigora ridet, dum solus plus mente calet. 7, 257 pallet rubet, alget et ardet. Sen. nat. 6, 24, 4 *terra* algere ... debet, ut idem illi accidat quod nobis, quos externa causa in horrorem agit. Plin. nat. 17, 83 (*de arboribus*) ne aquiloniae meridianis oppositae solibus finderentur et algerent meridianae aquilonibus. 17, 226 (*de vitibus*). 18, 194 ager si non stercoratur, alget; si nimium stercoratus est, aduritur (Mart. 5, 71, 2). 18, 277 ergo per se roscida *luna*, quotiens alget, ... cadentes pruinas congelat. 19, 55 servatur rigor aestibus excogitaturque ut alienis mensibus nix algeat. 21, 129 ad calfacienda quae alserint. Stat. silv. 1, 2, 156 hic Sirius alget, bruma tepet. Mart. 8, 67, 8 alget adhuc nudo clusa culina foco. 12, 31, 4 quodque viret Iani mense nec alget holus. Avson. 165, 15 torus alget. Clavd. 20, 338 pars Phrygiae Scythicis quaecumque Trionibus alget proxima. Avg. civ. 21, 5 fontem, cuius aqua in refrigerio noctis sic ardeat, ut non possit tangi, in aestibus vero diei sic algeat, ut non possit bibi. Sidon. epist. 1, 8, 2 algent balnea (carm. 19, 1 algentes post balnea torrida fluctus). carm. 11, 127 iam minus alget hiems. Prop. 4, 5, 70 horruit algenti pergula curta foco. Ov. ars 2, 214 saepe ... dominae, quamvis horrebis et ipse, algenti manus est calfacienda sinu. Sen. nat. 1, 1, 7 varia et multa terrarum orbis exspirat, quaedam sicca, quaedam algentia (calentia *codd.*), quaedam concipiendis ignibus idonea. Pers. 3, 111 positum est algente catino durum olus. Plin. nat. 14, 27 algentibus locis (18, 290). 20, 117 sucus *olusatri* algentes calefacit potus. Stat. Theb. 3, 469 algentes laxavit sole pruinas. silv. 1, 3, 44 impositum ripis algentibus ignem. 1, 3, 77 haec domus ... Dryadum viduare choris algentia possit Taygeta. Theb. 9, 362 cum pignora saevus auster et algentes rapuit Thetis invida nidos. Mart. 5, 78, 8 coliculus ... algentem modo qui reliquit hortum. 12, 36, 2 algentemque togam (14, 137, 2. *syn.* gelida, nivea; *opp.* sudatrix). Ivv. 7, 183 algentem (*i. hiemalem*) rapiat cenatio solem. Avien. Arat. 214 algentis artus *Hippolyti mortui* suscitat *Aesculapius.* Clavd. 7, 168 algenti qua zona riget Saturnia tractu. Boeth. cons. 1, 5 carm. 11 et qui (*lucifer*) primae tempore noctis agit algentes hesperos ortus. Ennod. carm. 1, 4, 39 algentis (-es *Barth*) pelagi lapillos. 2, 94, 1 belliger algenti sonipes nutrite sub axe. *nota*: Ivv. 1, 74 probitas laudatur et alget. Evcher. instr. 1 p. 109, 9 ne vos fuga illa deprehendat aut in peccatis algentes aut bonis operibus otiosos.

algēsco, -ere [*cf. c.* algere. *Th.*]. Gloss. IV 478, 14 algiscit (algescit *b*) frigduit. Not. Tir. 93, 45. Prvd. apoth. 142 piceosque furores comprimit et rabiem flammarum algescere cogit. Fvlg. myth. 3, 4 caloratae iuventutis igniculum torpidae veternositatis algescit in senio. *Ihm.*

algesis (*i.* ἄλγησις; algicis *cod.*) lumborum dolor. ex utraque coxa surgit ille dolor usque ad femora. Gloss. III 597, 9. *V.*

Algiāna *olea quaedam* [*ab* Algio *aliquo nominata, cf.* Algidienus. *Otto.*]: Colvm. 5, 8, 3 in meam notitiam decem omnino (*sc. genera olearum*) pervenerunt: Pausia, Algiana, Liciniana, Sergia *eqs.*

Algidēnsis *v.* Algidus.

Algidiēnus, -ī *cogn.* Corp. XI 3254 (*Sutrii, 'vix posterior quam prior pars saec. II p. Chr.'*) ii 15 P. Siccius P. f. Algidien(us) *pontifex.* *Jacobsohn.*

algidus, -a, -um [*cf. c.* algere algor. *Th.*]. Gloss. II 282, 14 δύσριγος. 282, 29 δυσχείμερος (14, 30 δυσχείμερον). 481, 34 ψυχρόν frigidum algidum. 565, 48 algidus male infrigidatus. IV 307, 21 algidus alsosus. Naev. trag. 62 vos qui adcolitis Histrum fluvium atque algidam ⟨...⟩. Catvll. 63, 70 ego viridis algida Idae nive amicta loca colam? Porph. Hor. epist. 1, 18, 105 Mandela pagus est in Sabinis nimis contrahens atque algida (-us *cod.*) frigore et rugosa faciens hominum corpora. Arnob. nat. 2, 20 *locus* non algidus in frigore, non fervoris nimii in calore. 6, 21 esse illud (*velamen aureum*) in rigoribus algidum, hoc (*velamen laneum*) vaporum. Avien. Arat. 1620 nox ut serat algida rores. Prvd. cath. 11, 35 saxa. Avg. epist. 269 hieme iter non suffero cum annositate algida quam mecum fero. Mart. Cap. 1, 14 primus ... gurges ... algidis admodum pigrisque cursibus haesitabat. 1, 17 illa (*urna*) ... plena ... algidi frigoris. 2, 197 deorum rigidissimum creatorem in algido haerentem pruinisque nivalibus conspicata *est.* Orient. comm. 1, 124 mollibus involucris algida membra tegis. Sidon. epist. 2, 2, 16 fontibus algidis, litoribus alsosis. Ennod. carm. 1, 18, 12 lustravit orbem non gravi pavore cordis algidus (*cf.* opusc. 1 p. 268, 8). 2, 136, 3 algida qui Tanais domuistis dorsa profundi. *Ihm.*

Algidus, -ī. *ita nominatur pars montium Albanorum (cf. Hülsen, PW. I 1476); creberrime commemoratur in tertio Livi libro. affero testimonia poetarum*: Hor. carm. 1, 21, 6 nemorum coma quaecumque aut gelido prominet Algido. 3, 23, 9 nam quae nivali pascitur Algido devota ... victima. 4, 4, 58 nigrae feraci frondis in Algido. carm. saec. 69 quaeque Aventinum tenet Algidumque ... Diana. Stat. silv. 4, 4, 16 Algidus aut horrens. Strab. 5, 239 αὐλῶνα καταλείπουσα τὸν κατὰ Ἄλγιδον. Diod. 12, 24, 4 τὸ στρατόπεδον τὸ ἐν τῷ Ἀλγίδῳ (Λαγαδίῳ *codd.*) καλουμένῳ ὑπάρχον. Algidus *recte traditum* Prvd. c. Symm. 2, 534 exercitus ... gelido quem miserat Algidus axe.

adi. **Algidus,** -a, um. Ov. fast. 6, 722 Algida terra. Mart. 10, 29, 306 Algidusve secessus. *adi.* **Algidēnsis,** -e. Plin. nat. 19, 81 nostri alia fecere genera (*sc.* raphani): Algidense a loco, longum atque

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tralucidum. *in monte situm est oppidulum* **Algidum**: LIV. 26, 9, 12 inde Algido Tusculum petiit. STRAB. 5, 237 ἐπὶ Ἄλγιδον πολίχνιον. *huc pertinet adi.* Algidus: SIL. 12, 536 nec amoena retentant Algida nec iuxta Iunonis tecta Gabinae. *Jacobsohn.*

algificus (-a, -um) *cf. c.* algere *et* facere. GELL. 19, 4, 4 quod timor omnis sit algificus, quem ille (*Aristoteles*) appellat ψυχροποιόν. *Ihm.*

Algion *mons Macedoniae.* PLIN. nat. 4, 36 *sic Leid. Voss. A; rell.* alcion, alcyon, halcyon.

algiōsus *v.* alsiosus. **Algmana** *v.* Alcman.

Algo *cogn. barb.* CORP. XII 4878 (*Narbone*) C. Iulius Aquila⟨e⟩ l. Algo. *Diehl.*

algor, -ōris *m.* [*cf. c.* algere algidus. *Th.*]. PROB. cath. gramm. IV 14, 24 o in nominativo correpta, in genetivo producta..., algor algoris. PRISC. gramm. II 235, 4 *v. s.* algus. IDIOM. gen. gramm. IV 578, 22 algor ῥῖγος (*item* GLOSS. II 428, 5. 542, 6). GLOSS. III 294, 27 κρύος. II 481, 31 ψῦχος. IV 14, 29 frigus (*sic saepius, abl.* V 438, 33). 307, 22 algor frigus frigdor. PLAVT. Rud. 215 algor error pavor, me omnia tenent. VARRO rust. 2, 5, 15 algor ... eas et famis macescere cogit. 2, 7, 10 ne frigidis locis sint, quod algor maxime praegnatibus obest. LVCR. 3, 623 neque in igni gignier algor. SALL. Cat. 5, 3 corpus patiens inediae algoris vigiliae. PAVL. FEST. p. 113 aestum algoremque metuit *ales.* SEN. epist. 117, 18 *opp.* aestus (*v.* algeo). PLIN. nat. 8, 139 algore ... dempto. 14, 23 magis ... aestu quam algore vexantur *vites* (14, 28. *item de vitibus* 17, 22. 216). 23, 38 urina et algor expellitur. TAC. hist. 3, 22 confectum algore atque inedia hostem. TERT. pall. 5 quem ... non expediat in algore et ardore rigere nudipedem quam in calceo vincipedem? ITALA deut. 28, 22 (Lugd.) percutiat te dominus ... febre et algore (ῥίγει, VVLG. frigore). LACT. epit. 53, 1 fames ... sitis ... algor. PALLAD. 1, 7, 3 ne *ager* algore rigescat. 1, 20 operas, quae hieme futurae sunt, nullus algor impediet. 13, 6 quos hiemalis algor astringit. PS. AMBR. serm. 40, 3 algorem tolerare nequimus. 40, 4 penetrante algore hiemis. PS. PAVL. NOL. carm. app. 1, 25 fame vinclis algore calore ... mors rapit una homines. PS. AVG. serm. 87, 1 illud ... asperum algorem frigoris amovet. SVLP. SEV. Mart. 3, 1 *hiems* asperior inhorruerat, adeo ut plerosque vis algoris extingueret. MART. CAP. 6, 602 duae *fasciae terrae* algore immenso ... occupatae. 6, 608 *regio* vicinantis Plaustri algore crustatur. CAEL. AVR. acut. 1, 15, 119 corporis facere algorem. 1, 15, 122 defectio vocis atque algor sequentur eos, qui incongrue fuerint phlebotomati. RVRIC. epist. 1, 5 p. 358, 25 ne substantiam ... aut aestivus fervor exureret aut hiemalis algor extingueret (*sim.* 2, 10 p. 386, 21). ENNOD. epist. 1, 24 p. 36, 3 sic vivere dicis quasi ignis tuus algoris pabulis inritetur. IORD. Get. 5, 45 Tanais numquam Scythico duriscit algore. CARM. epigr. 704, 21 (*christ.*) algorem vili solitum depellere veste. *plur.*: PLIN. nat. 15, 19 oleo natura *est* tepefacere corpus et contra algores munire, eidem fervores capitis refrigerare. 22, 101 *laser* algores excalfacit. 24, 54. 74. 31, 119 contra algores horroresque. 29, 10 frigidāque *aqua* etiam hibernis algoribus lavari. *Ihm.*

algōsus, -a, -um *ab* alga. PLIN. nat. 32, 95 *myaces* vivunt in algosis *sc. locis.* AVSON. 396, 43 algoso legitur litore. SIDON. epist. 2, 2, 16 fontibus algidis, litoribus algosis. 8, 9, 5 vers. 33 algoso ... profundo. *V.*

algus, (-ūs) *m.* [*cf. c.* algere algescere. *Th.*]. PRISC. gramm. II 235, 4 algor algoris, quod etiam 'hic algus, huius algus' dicitur. *legitur semel accus.* (PLAVT.), *ceterum semper abl.* PLAVT. Most. 193 nisi ... anum interfecero siti fameque atque algu. Rud. 582 tu vel suda vel peri algu (CHAR. gramm. I 122, 20). Vid. 17 frg. 2 paupertatem algum famem. ACC. trag. 111 alguque et fame. LVCIL. 1064 non tam algu atque nigrore malus (*sc. dies?*). VARRO Men. 171 teges, pruina ne iacentem sub⟨diu⟩ dealbet algu candicanti frigore. LVCR. 3, 732 alguque (*sic apud* Non., algoque *codd.*) fameque. 5, 747 hiems sequitur crepitans hanc (*brumam*) dentibus algu (-gi *codd.*). SOL. 29, 1 *fons* glaciali algu inhorrescat (alguine horr- *codd.*, algore inhorr- *al.*). PAVL. NOL. carm. 24, 304 ne ... algu perirent et fame. carm. app. 2, 15 siti et fame, calore et algu. *Ihm.*

Algus *v.* Argus *II 537, 66.*

mātrōnīs Alhiahenābus. CORP. XIII 6387 (*in vico Nediensi*).

Alhortus *nom. barb.* INSCR. christ. Hisp. 164 Alhortus Eimetiaco hic iacet. *nisi est* Ahortus.

aliā *v. sub* alius. **ālia** *v.* alea.

Alia *fluv. v.* Allia. **Aliacmōn** *v.* Haliacmon.

īnsulae Aliaeū (*quasi* Ἀλιαίου). PLIN. nat. 6, 173 supra Aethiopas Aroteras insulae, quae Aliaeu (*v. l.* aliaeeu alieeu) vocantur. *cf. Pietschmann, PW. I 1477 et* Aliaeus.

Aliaeus, -ī *cogn. vir., quasi* Ἁλιαῖος. CORP. XIV 2487 (*Castrimoenii*) d. m. C. Iuli Aliaei Iulia Ionice sibi et patrono suo b. m. *cf.* insulae Aliaeu. *Diehl.*

Aliamia *nom.* (*fortasse corruptum aut male descriptum*): CORP. VIII 17803 (*in prov. Numid.*) Aliamia Mirona.

Alian *v.* Alvan.

Aliāna regio *in Gallia cisalpina, unde* linum Alianum; *cf. Mommsen, Corp. V p. 715.* PLIN. nat. 19, 9 in Italiae regione Aliana (*trad.* Aeliana, Aliena *sim.*) inter Padum Ticinumque amnes, ubi a Saetabi tertia in Europa lino palma; secundam enim in vicino Alianis capessunt Retovina .... candore Alianis (Aclianis *F*) semper crudis Faventina praeferuntur.

Aliānius, Aliānus *v.* Allius.

Aliānus castellus *situs in finibus Langensium, qui Genuae propinqui sunt.* SENT. Minuc. (Corp. V 7749, 17) in castelum quei vocitatust Alianus. *Otto.*

Aliap *v.* Eliab.

Aliaria *statio in via Nicopoli Edessam.* ITIN. Anton. Aug. p. 190. *Diehl.*

compitum **āliārium** *Romae, ab* alium *opinor ductum.* CORP. VI 4476 L. Naevius Amphio vestiarius á compito aliario. 9971 L. Helvio L. l. Grato vestiario a compito aliario. 33157 M. Geminius M. l. Felix medicus ocularius⟨s⟩ a compitu aliario. *V.*

C *translate* (*in alia re, cogitatione, potestate, sim.*): PLAVT. Truc. 866 scio ... tibi uxorem ducendam, ... esse alibi iam animum tuom et ⟨me⟩ quasi pro derelicta. TER. Hec. 294 priusquam hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum. LIV. 10, 20, 16 ne alibi quam in armis animum haberent. TERT. anim. 18 putabis ... abesse animum ab anima, si quando animo ita afficimur, ut nesciamus nos vidisse quid vel audisse, quia alibi fuerit animus. adeo contendam ... ipsam animam nec vidisse nec audisse, quia alibi fuerit cum sua vi. HYMN. Ambros. 1, 6, 4 ne vox sola deo canat sensusque noster alibi ductus aberret fluctuans. LIV. 2, 39, 8 nusquam alibi spem quam in armis ponebant. 7, 41, 2. 9, 23, 8 *al.* QVINT. inst. 9, 2, 14 dissimulatio non alibi quam in risu posita. TAC. ann. 15, 20 opinio decedat, qualis quisque habeatur, alibi quam in civium iudicio esse. PORPH. Hor. carm. 2, 16, 11 non alibi graviores curas esse, quam ubi maiores opes sunt. LACT. inst. 4, 2, 1 alibi ... quaerenda sapientia, quia non est, ubi quaerebatur, inventa. AVG. civ. 19, 2 *fin.* sive in his tribus *sectis* sit *vera ratio* sive alicubi alibi (*cf.* c. Iul. 2, 5, 12 non a nobis haec vitia separata alicubi alibi erunt (*cf. supra l. 56*). *ap.* ICTOS: *i. q. penes alium*: VLP. dig. 5, 1, 50 pr. si fideicommissum ab aliquo petatur isque dicat alibi esse maiorem partem hereditatis (5, 1, 52, 3). 26, 4, 1, 1 interdum alibi est hereditas, alibi tutela. *i. q. alia condicione*: VLP. dig. 25, 2, 17 pr. ubicumque cessat matrimonium, ut puta in ea, quae ..., vel sicubi alibi cessat matrimonium.

II *de derectione* (*'alio, aliorsum'*): VLP. dig. 43, 16, 3, 6 visis armatis, qui alibi tendebant (*ibid.* armati ... alio tendebant). *cf. p. 1555 31.* MARCIAN. dig. 11, 7, 39 in arcula conditum *corpus* hoc animo ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ut non alibi transferatur. HIL. in Matth. 10, 7 neque quoquam alibi transire. *nota* CASSIOD. hist. 7, 29 ut teneretur et ordinator et ordinatus et alter alibi mitteretur in exilium. VEN. FORT. carm. 3, 10 *tit.* cum fluvium alibi detorqueret.

III *de* ***condicione, modo,*** *sim.* (*'aliter, alioqui, ceterum'; de tempore v. sub iuncturis*): LIV. 3, 14, 5 numquam ulli neque publice neque privatim truces esse, nisi cum de lege agi coeptum esset; alibi popularis iuventus erat. 2, 59, 3 capi tantum castra militem Romanum noluisse, alibi (alii *codd.*) gaudere sua clade. VLP. dig. 39, 4, 1, 2 quid utique hoc edictum propositum est, quasi non et alibi praetor providerit furtis? *cf. p. 1554, 79.* TERT. nat. 2, 13 p. 124, 14 si . . . regibus et principibus . . . suis morata plebs eadem . . . non erat natura, alibi auctoritas exigebat similitudinem morum. CASSIOD. var. 9, 18, 1 qui se noverat alibi non posse sustinere vindictam (*sc. nisi exilio*).

iuncturae: alibi . . . alibi *et sim.* (*de notione temporis, quae interdum subest huic iuncturae, v. Wölfflin, Archiv 2, 1885, 249*): LIV. 3, 28, 3 alibi pavorem, alibi gaudium . . . facit. 8, 32, 12. 22, 48, 5. 26, 45, 8. 26, 49, 1 *al. v. p. 1554, 20.* 31, 23, 4 *al.* 38, 46, 8 exercitus . . . trifariam dissipatus, alibi primum, alibi postremum agmen, alibi impedimenta. SEN. dial. 6, 26, 6 *fatum* totos supprimet montes et alibi . . . dissolvet, alibi . . . incendet. epist. 89, 8 CVRT. 9, 10, 26. PLIN. nat. 2, 7 monstrificae . . . effigies . . . alibi ursi, tauri alibi, alibi litterae figura. 2, 193 alibi prostratis moenibus, alibi . . . haustis, alibi egestis molibus, alibi emissis amnibus, nonnumquam . . . ignibus, aliubi averso fluminum cursu. 3, 16. 18, 226. 296 (*triplex. item* 298 *al.*). 26, 42. 31, 4 (*quater*). *al.* QVINT. inst. 8, 3, 18 *al.* (*v. p. 1554, 31*). TAC. hist. 3, 83 alibi proelia et vulnera, alibi balineae popinaeque; simul cruor . . ., iuxta scorta *eqs.* PLIN. epist. 5, 6, 35. 8, 17, 4 alibi . . . alibi . . . ibi . . . hic. *nota* VLP. dig. 30, 47 pr. si *res* alibi relicta est, alibi (*i. alio?*) autem ab herede translata est. 2, 15, 8, 9 *al.* (26, 4, 1, 1 *al. v. supra p. 1554, 36. 78*). GELL. 14, 1, 9 APVL. flor. 10 p. 41. TERT. spect. 21 alibi bonum quod alibi malum, et alibi malum quod alibi bonum. idol. 5 resurr. 42 p. 521 *al.* LACT. inst. 1, 11, 49 alibi . . . esse vivus, alibi mortuus, alibi habere templum, alibi sepulchrum. OPTAT. 6, 6 p. 154, 24. HIER. epist. 51, 5 p. 247 ostendit alibi esse caelum et alibi paradisum (*cf.* 29, 4). 48, 13 alibi minari, alibi percutere. AVG. civ. 11, 10 p. 475 *al.* MART. CAP. 1, 10. 6, 683 OROS. hist. 7, 35, 11. SALV. gub. 6, 61 alibi est impudicitia, alibi lascivia, alibi intemperantia, alibi insania, ubique daemon.

PLIN. nat. 13, 4 iidem suci varie alibi atque alibi praevaluere aut degeneravere. 34, 144 *aqua* alibi atque alibi utilior. AVG. epist. 102, 10 alibi atque alibi (*cf. p. 1552, 29*). 55, 32 aliis diebus varie cantatur alibi atque alibi, ipsis tamen diebus ubique. NAEV. com. 77 *v. sub* alius. *pro altero* alibi *est synonymum:* hic . . . alibi *et similia* (*cf. sub I A 1*): VERG. georg. 1, 55 hic segetes, illic veniunt . . . uvae, arborei fetus alibi (*cf.* QVINT. 9, 3, 39 *ad h. l.*). CVRT. 7, 4, 26 Bactrianae terrae . . . varia natura est. alibi . . . multa arbor et vitis *eqs.* magnam deinde partem . . . harenae tenent. *nota* PLIN. nat. 14, 107 primo . . . mox . . . alibi . . . apud alios. VLP. dig. 2, 13, 4, 5 si in alio loco argentariam exercet, alibi autem ad editionem compelletur (*cf.* AMM. 14, 4, 5). *nota* 48, 5, 24 (23), 3 si pater alibi habitet, habeat autem et aliam domum, in qua. *nota* APVL. met. 2, 4 muscis et herbis et foliis et virgulis et sicubi pampinis et arbusculis alibi . . . florentibus. 2, 18 hic . . . ibi . . . alibi. 3, 18 hic . . . illic . . . alibi. 4, 13 gladiatores isti (istic ς) famosae manus, venatores illi (illic ς) probatae pernicitatis, alibi noxii. 9, 9 viam . . . partim stagnanti palude fluidam et alibi subluvie caenosa lubricam. *nota* TERT. anim. 57 in exorcismis interdum aliquem se ex parentibus hominis sui affirmat, interdum gladiatorem . . ., sicut et alibi deum. AMM. 23, 6, 65 hic patulum, alibi . . . devexitate subductum *ingenium tractuum.* 24, 4, 12 hinc . . . suggestus erigebantur, inde . . . altitudines . . . conplanabant, terrarum latibula . . . alibi struebantur. 16, 1, 5 hic . . . alibi. AVG. civ. 16, 8 p. 135 aliis ora non esse . . ., alios statura esse cubitales . . ., alibi quinquennes concipere feminas. *alterum* alibi *suppressum videtur:* LIV. 3, 30, 8? (*v. p. 1553, 73*). PLIN. nat. 3, 16 incubuere maria tam longo aevo, alibi processere litora. 10, 140 nec . . . in hoc mangonio quicquam totum placet, clune, alibi pectore tantum laudatis. alius alibi: LVCR. 2, 1065 esse alios alibi congressus materiai. SALL. Catil. 60, 5 perturbatos atque alios alibi resistentis interficit. LIV. 2, 23, 11 exprobrantes suam quisque alius alibi militiam. 9, 2, 2 *milites* pecora . . . diversos, alium alibi . . . pascere iubet. 29, 37, 3 Romae pretio eodem (*sc. quo antea*), pluris in foris et conciliabulis, et alio alibi pretio praebendum *salem* locaverunt. 44, 33, 1. PLIN. nat. 9, 68 ut alii alibi pisces principatum optineant. 16, 17. 18, 99. 31, 35. 32, 42. AVR. Fronto p. 36, 1 N. oves . . . disperguntur. aliae alibi palantes . . . oberrant. APVL. Socr. 15 p. 154 alius alibi gentium. AMM. 19, 6, 13 clamores dissoni fortunam aliam alibi . . . indicabant. VVLG. sap. 18, 18 alius alibi proiectus semivivus. AVG. serm. ed. Mai 34, 2. aliter alibi *sim.*: LIV. 44, 35, 17 torrentis alibi aliter cavati. SEN. nat. 2, 11, 1 nec tamen *aer* eodem modo totus adficitur, sed aliter alibi. PLIN. nat. 18, 30 hoc ex locorum occasione aliter alibi decernitur. 25, 29. CALL. dig. 50, 1, 37, 1 mulieris, quae aliunde orta alibi nupta est. HIER. epist. 29, 4 quae alibi aliter atque aliter expresserant. alibi quam: *praecedente negatione:* LIV. 5, 52, 6 num alibi quam in Capitolio pulvinar suscipi potest? 7, 41, 2 nolle alibi quam innocentia spem habere. 9, 23, 8 *al.* COLVM. 8, 11, 8 PLIN. nat. 8, 120. 14, 1 arbores indociles . . . nasci alibi quam ubi coepere. 24, 104. 26, 1 *morbos* nec per Illyricum . . . vagatos aut alibi quam Romae. 25, 92 QVINT. inst. 9, 2, 14. 9, 4, 106 TAC. ann. 1, 77 *cf.* 15, 20 (*p. 1554, 70*) SVET. Aug. 23 VLP. dig. 7, 1, 15, 5. 37, 1, 3, 8 *possessio* non alibi dabitur quam pro tribunali. PAVL. dig. 2, 8, 8, 5 SOL. 32, 23. *nota* HIER. epist. 107, 7 nusquam alibi . . . nisi in adyto scripturarum. *cum affirmatione:* PLIN. nat. 4, 90 qui alibi quam in semenstri luce constituere eos (*Hyperboreos*). 32, 125 qui et alibi quam in Nilo nascitur. QVINT. inst. 11, 1, 47 cum . . . pleraque, quae . . . interim sunt necessaria, alibi quam mos permiserit turpia habeantur. TAC. hist. 1, 4 posse principem alibi quam Romae fieri. AFRIC. dig. 13, 4, 8 si alibi quam Capuae petantur *nummi.* VLP. dig. 13, 4, 2, 7 si quis insulam alibi fecisset quam ubi promiserat. 30, 47 pr. 47, 8, 4, 12. PAVL. sent. 4, 6, 2ᵃ qui aliter aut alibi, quam uti lege praecipitur, testamentum aperuerit. AVG. civ. 8, 26 p. 363 alibi essent mortui ponendi quam in terra. *addito genetivo:* APVL. flor. 16 p. 73 alibi gentium et civitatium. 18 p. 86 alibi gentium (*opp.* apud vos. Socr. 15 p. 154). apol. 31 *v. p. 1554, 39.* MACR. sat. 1, 20, 12 alibi terrarum. *cf. sub* aliubi. *Hey.*

alibilis, -e [*cf. c.* alere. *Th.*]. VARRO rust. 2, 11, 1 *lacte* est omnium rerum, quas cibi[li] causa capimus, liquentium maxime alibile. 2, 11, 3 cum molles *casei* sint magis alibiles. 3, 9, 14 *pulli* ita alibiliores (-ra *codd.*) fiunt. *v. Mess.*

Alibotra *fluvius.* IVL. HON. cosmogr. B 10 fluvius Alibotra nascitur in monte Liseo. diffundit in orientalem Oceanum (COSMOGR. 1, 7. 10). *Diehl.*

alibris *v.* alebris.

?alibrum, -ī *n.* ISID. orig. 19, 29, 2 *in capite* de instrumentis vestium *post* colum fusum *scripsit:* alibrum quod in eo librantur fila id est volvuntur. OSBERN. p. 57 alabrum illud in quo fila vertuntur. unde quidam: vertitur hoc alabro quidquid net (*Leo,* nec *trad.*) femina fuso.

alica, -ae *f.* [*orig. inc., cf. c. gr.* ἄλιξ. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 7 alica dicitur quod alit corpus. VEL. gramm. VII 68, 18 (*ex Varrone ut videtur*) 'h' littera . . . se . . . praeposuit ut cum dicimus . . . halicam et haliculam, cum ab alendo possit alica dici et aliculam existiment dictam quod alas nobis iniecta contineat. ISID. orig. 17, 3, 9 alica graecum nomen est. CHAR. gramm. I 96, 9 alicam sine adspiratione dictam Verrius tradit et sic multi dixerunt. CAPER gramm. VII 107, 12 alica non halica (alisa non alica *codd.*). *in codicibus hic illic aspiratur voci; cf. sub* alicarius *et* alicula *p. 1558, 31.* *mire* CHAR. gramm. I 32, 8 *inter* neutra semper singularia: alicum et alice ἄλιξ (alica et alicae *ex femininis huc traiecta esse coniecit Keil*), *cf. tamen p. 1557, 7.* *plur. poet. apud* STAT. [*hisp.* alaga *M.-L.*]

PLIN. nat. 22, 128 alica res Romana est et non pridem excogitata, alioqui non tisanae potius laudes scripsissent Graeci. nondum arbitror Pompei Magni aetate in usu fuisse; *secuntur plura de usu medicinali.* 18, 109 inter prima dicatur et alicae ratio, praestantissimae saluberrimaeque (-amque *codd.*), quae palma frugum indubitata Italiae contigit. fit sine dubio et in Aegypto, sed admodum spernenda, in Italia vero pluribus locis . . ., in Campania tamen laudatissima . . . . 112 alica fit ex zea, quam semen appellavimus. tunditur granum eius in pila lignea . . . ita fiunt alicae tria genera: minimum ac secundarium, grandissimum vero aphaerema appellant. . . . admiscetur creta, quae transit in corpus coloremque et teneritatem adfert. . . . 115 alica adulterina fit maxime . . . e zea. . . . 116 alia ratio ubique adulterandi ex tritico . . . ex zea pulchrius quam e tritico fit tragum (gracum *codd.*), quamvis id alicae vitium sit. *cf. Olck, PW. I 1478.* GLOSS. alica: χόνδρος, ἄλιξ. II p. XLVI not. 2 halica: triticum [cum] contusum ad ptisanas. CATO agr. 76, 1 placentam sic facito: farinae . . . et alicae primae l. II. alicam in aquam infundito *eqs.* 80 caseum cum alica . . . misceto. 85 libram alicae (-gae *cod.*) in aquam indito. FEST. p. 253 pollucere merces ⟨quas cuivis deo⟩ liceat, sunt far . . . alica sesama. 309 quod dis detur ex alica (hal- *corr. cod.*) et oleo et melle. CELS. 2, 18 elota . . . quaedam genera frumenti, ut alica, oryza, ptisana. 2, 20 boni suci sunt triticum siligo alica oryza. 2, 23. 2, 24. 2, 30 pulticula . . . ex alica. 3, 6 alica elota (4, 11. 4, 14). 3, 7, 2 alicae vel oryzae cremor (3, 19). 3, 22 sorbitio . . . alicae (PLIN. nat. 26, 32). 4, 28 contrahere semen videntur . . . alica amylum. SEN. epist. 122, 16 mulsum et halicam (*sic codd. opt.*) poposcisse, a balneo exisse. SCRIB. LARG. 104 halica. 251 halica ex aceto macerata. PLIN. nat. 1, 22, 61 medicinae ex . . . alica VI. 3, 59 *in Campania* in delicias alicae politur messis. 13, 106 bacasque concisas cum alica ad cibos doliis condi *ait Nepos.* 18, 50 aliqui verna milium panicum lentem cicer alicam appellant. 18, 71 Indis . . . et alica (italica *codd.*). 18, 106 panis . . . ex alicae materia. 18, 109 *sqq. v. supra l. 52.* 19, 53 alicam (*Mayhoff;* alitum *codd.*). 22, 110 alica[e] eluta[e]. 22, 116 in pulte alicae. 22, 124 *ex zea* alicam fieri diximus. 128 *v. supra l. 49.* 136 tisanae . . . laudes . . . nunc omnes in alicam transeunt, quanto innocentior alica. 26, 44 alica ex suco eius (*plan-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

taginis) sumpta. Stat. silv. 4, 9, 31 nec leves halicae nec asperum far *dona Saturnalicia.* Mart. 2, 37, 6 stillantemque alica sua palumbum. 12, 81, 1 brumae diebus feriisque Saturni mittebat Vmber aliculam mihi pauper, nunc mittit alicam, factus est enim dives. 13, 9 *lens Niliaca* vilior est alica, carior illa faba. 13, 6 alica. nos alicam (hal- *hic et in tit. dett.*), poterit mulsum tibi mittere dives. Plin. epist. 1, 15, 2 alica cum mulso et nive. Expos. mundi geogr. p. 117, 47 alicam (alicem *Gothofredi cod. deperdit.*). Plin. med. 2, 2 alicae (hillacae *cod. opt.*). 2, 10 puls fit ex alica tosta. Chiron 241 alica loticia. 997 facias ... alicas (alligas *cod.*). Avg. quaest. hept. 1, 131 (*ad* gen. 40, 16) quod aliqui codices latini habent 'tria canistra alicae', cum graeci habeant χονδριτῶν, quod interpretantur ... panes esse cibarios. Marcell. med. 20, 25 cum alphita aut alica aut trago aut oryza. 20, 27. 27, 17 alicae heminam. 27, 72 pulticula fit ex alica prius tostata. Theod. Prisc. log. 21 sucos ... alicae. 25. 34. 36. 59 (calice *trad.*) *et passim.* Soran. 2, 11. Apic. 2, 42 alicam elixatam. 2, 53 alica elixa⟨ta⟩. 3, 86 alicam elixam. Cael. Avr. acut. 1, 15, 125, 127. 2, 37, 208. 3, 8, 77 chron. 2, 7, 105. 2, 8, 116 *et passim.* Cass. Fel. 21 p. 37. Oribas. syn. 1, 19. 4, 2. 4, 4. 12. 14. 8, 21. Cypr. Gall. exod. 137 alicam (hal- *C*, aliquam *A*) ... stravit humi *grando.* *V.*

Alica *Gothus.* Origo Const. 5, 27 chron. I p. 10, 8 Gothis, quos Alica regalis deduxerat. *Diehl.*

alicacabos *v.* hal-.

alicācius, -a, -um *ab* alica, *cf.* hordeacius *sim.* Plin. nat. 28, 231 in pulte alicacia (-tia *plerique codd.*). *V.*

Alicanō (*abl.*) *statio Pannoniae.* Itin. Anton. Aug. p. 261. 262 *legendum videtur* Halicano, *quamquam codd. alii aliud exhibent.* Ravenn. p. 216, 3 Ligano. *Diehl.*

alicārius, -a, um *ab* alica. Plavt. Poen. 266 *meretrices* prosedas, pistorum amicas, reliquias al[l]icarias *i. operariorum qui alicam tractant. cf.* Pavl. Fest. p. 7 alicariae meretrices appellabantur in Campania solitae ante pistrina alicariorum versari quaestus gratia. Lvcil. 422 nemo est halicari[b]us (*cf. p. 1556, 44*) posterior te.

Alicarnāssus *sim. v.* Halicarnassus.

alicastrum, -ī *n.* [*ab* alica. *Th.*]. Colvm. 2, 6, 3 *inter tritici species* Clusinum semen trimestre quod dicitur halicastrum idque pondere et bonitate est praecipuum. 2, 9, 8 sustinent veris tepores ... siligo et hordeum Galaticum et halicastrum. Isid. orig. 17, 3, 9 alicastrum simile est alicae, pondere et bonitate praecipuum. *V.*

1. Alicia *nom. mul. barb.* Inscr. Ephem. epigr. VIII p. 410 n. 133.
2. Alicius *v.* Allius *et* Allucius. **3. Alicius** *v.* Alethius.

Alicō, -ōnis *cogn. vir. barb.* Corp. V 7883 (*Cemeneli*) ⟨M. Aemili⟩o Aliconi trib. ⟨...⟩ Albintimiliens. Ennod. epist. 4, 2 inscr. Ennodius Aliconi.

Alicodra, -ae, Ptol. 6, 11, 8 Ἀλιχόρδα, *opp. Bactriae.* Amm. 23, 6, 58 *abl.* *Diehl.*

alicubi [*cf. c.* aliquis *et c.* ubi. *Th.*] *adv.* Caesell. Cassiod. gramm. VII 202, 28 'aliquonde' per 'quon' debet scribi, divisio enim illius est 'aliquo' et 'unde', hoc est ex aliquo loco. ... et 'aliquobi' aeque: ex 'aliquo' enim et 'ubi' est, hoc est in aliquo loco. sed hae syllabae quae litteris q u o constant non exaudiuntur, perscribi tamen debebunt. Prisc. gramm. III 135, 23 'alicubi fuimus' id est 'aliquo loco'; *item inter infinita locum habet* 132, 5. 136, 25.
inde a Sen. *non facile utrum sit probum diiudicatur, si codd. inter* alicubi *et* aliubi *variant.* *seq. gen.* Avg. *p. 1558, 8; nota* alicubi alibi Avg. *p. 1558, 7.* [*portug. vet.* algur. *M.-L.*]

Gloss. πούποτε uspiam. Plavt. Aul. 577 alicubi abstrudam foris *aurum.* Rud. 1185 alicubi in solo abstrusi loco *vidulum.* Ter. Ad. 458 utinam hic prope adesset alicubi atque audiret haec. Cic. Flacc. 71 mallem ... hic alicubi in Crustumino aut in Capenati paravisses *agros.* ac. 1, 24 nihil est ... quod non alicubi esse cogatur. Att. 9, 10, 7 si salvus sit Pompeius et constiterit alicubi. 10, 10, 3 alicubi occultabor. epist. 9, 7, 1 volebam prope alicubi esse. Sen. dial. 9, 2, 2 (*quasi ad tempus translatum*) ut alicubi obstes tibi, alicubi irascaris, alicubi instes gravis [7, 20, 3 *falso* alicubi *Ambr.* nat. 5, 14, 2 alicubi *falso habent codd. integri pro* aliubi; *item aliquot* 6, 7, 1 *quod verum videtur.* 6, 14, 1]. nat. 6, 15, 1 *probo* alicubi (aliubi *H T*) ... alia ... alia (*cf.* aliqui ... alii ... alii). epist. 16, 9 considera num possit alicubi consistere. 92, 23 quare enim qui labi (illa *trad.*) coepit alicubi subsistat? Mela 2, 15 terrae ... nusquam non ad pabula fertiles, alicubi ... steriles ad cetera. 2, 58 *Italia* tota angusta et alicubi multo quam unde coepit angustior. 3, 62 *India* tam pinguis alicubi ... soli ut. 3, 68. 3, 71. [Petron. 45 si alicubi *falso H*]. Plin. nat. 10, 30 raro, alicubi omnino non adspici. Qvint. inst. 10, 1, 9 omnia verba ... sunt alicubi optima. Svet. gramm. 7. Call. dig 14, 2, 4, 2 alicubi iacebant merces in angulo aliquo. Vlp. dig. 19, 5, 15 servos fugitivos alicubi celari. Ps. Apvl. herm. p. 270. Tert. spect. 16 si quid horum, quibus circus furit, alicubi competit sanctis, etiam in circo licebit, si vero nusquam, ideo nec in circo. anim. 2 *bis.* Spart. Hadr. 11, 1 ⟨si⟩ alicubi (Treb. Claud. 14, 14). Lampr. Alex. 55, 3 indigne ferunt ... quempiam alicubi servire. Lact. inst. 3, 14, 1. 4, 2, 3 qui quoniam peragratis ... omnibus nusquam ullam sapientiam comprehenderunt et alicubi esse illam necesse est. Optat. 3, 3 p. 74, 19 ne ... alicubi. Filastr. 79, 4. 109, 6. Hier. epist. 7, 2. chron. praef. init.: difficile est alienas lineas insequentem non alicubi excidere (*cf.* epist. 57, 5). epist. 124, 15 ne alicubi. Didasc. apost. 63, 11 hic alicubi deponimus verbum. Avg. civ. 2, 26 p. 92, 7. 5, 14 p. 218, 26. 11, 7 p. 470, 12 non enim sit alicubi '...', sed. 12, 3 p. 515, 32 sola ergo bona alicubi esse possunt, sola mala nusquam. 15, 9 p. 76, 4 an vero credibile est alicubi esse quod hic non est? 18, 18 p. 279, 1. 18, 38 p. 314, 5. 19, 2 p. 353, 1 sive in his tribus sit sive alicubi alibi. 22, 8 p. 572, 27 epist. 83, 4. 238, 4 utrum alicubi scripturarum divinarum legeretur 'pater ingenitus'. in psalm. 79, 14. divers. quaest. 20 deus non alicubi est. quod enim alicubi est, continetur loco: quod continetur loco, corpus est. deus autem non est corpus, non igitur alicubi est. ... in illo sunt potius omnia, quam ipse alicubi. Ps. Sen. epist. Paul. 2. *repetitur ut disiunctio fiat* (*non huc traho* Sen. dial. 9, 2, 2 *p. 1557, 64*): Lact. opif. 7, 9 ornatus ... alicubi effusus, alicubi retractus pro cuiusque loci decentia. Avg. civ. 22, 12 alicubi addendum est quod non fuit et alicubi perdendum quod fuit. Boeth. herm. sec. 6, 14 alicubi quidem ... alicubi vero, *cf.* οὐ μὲν ... οὐ δέ. *noli putare i. q.* aliubi (*cf.* alicubi alibi Avg. *l. 7*): Vlp. dig. 47, 2, 3, 2 utrum ita demum fur sit manifestus, si in faciendo furto deprehendatur, an vero et si alicubi (*sic recte F, licet* ἀλλαχοῦ *verterint Graeculi, cf. sub* aliquis *p. 1609, 36 sqq.*) fuerit deprehensus. *ex similibus locis fluxit etiam falsa* Gloss. ἀλλαχῇ.
alicubi *pro* aliquo: Greg. Tvr. glor. conf. 79 si alicubi processurus vellet incedere. Evgipp. Sev. 10, 1 cave ne hodie digrediaris alicubi. *cf. etiam* Novell. Iust. 4, 1 creditorem mittere alicubi (*male Graeci* ἀλλαχόσε).

alicula, -ae *f.* [*a Graecis tractum esse videtur, cf. c. thessal.* ἄλλιξ 'χλαμύς', *v. O. Hoffmann, Griech. Dialekte II 224. Th.*] Gloss. allicula: genus vestis. *v. Mau, PW. I 1479 et 1587.* Vel. gramm. VII 68, 19 (*ex Varrone, ut videtur*) 'h' littera se ... praeposuit, ut cum dicimus ... halicam et haliculam, cum ab alendo possit alica dici et aliculam existiment dictam, quod alas nobis iniecta contineat. Petron. 40 alicula subornatus polymita. Mart. 12, 81, 2 mittebat Vmber aliculam mihi pauper; nunc mittit alicam: factus est enim dives. Vlp. dig. 34, 2, 23, 2 puerilia ... veluti togae praetextae, aliculae, chlamydes, pallia. *cf.* allix.

alicunde [*cf. c.* aliquis *et c.* unde. *Th.*] *adv.* *de scriptura* aliquonde (*sic Ambr.* Plavt. Pseud. 317) *et alia re grammatica v. sub* alicubi *p. 1557, 48.* *nota* aliunde alicunde Lvcr. *l. 59.* Gloss. ποθέν. *adnotandum quod inter* Cic. *et* Tert. *non legitur.*
Plavt. Cist. 135 puellam alicunde ut reperirem sibi. Epid. 332 aliquid aliqua aliquo modo alicunde ab aliqui aliqua tibi spes est fore meliorem (mecum *trad.*) fortunam. 334 quippe tu mi aliquid aliquo modo alicunde ab aliquibus blatis. Persa 43 alicunde exora mutuom. Pseud. 104 spero alicunde hodie me ... tibi inventurum esse auxilium argentarium. 317 aut terra aut mari alicunde (aliquonde *A*) evolvam id argentum tibi. Trin. 758 ab amico alicunde mutuom argentum rogem (-es *trad.*). :: potin est ab amico alicunde exorari? Ter. Ad. 242 minas decem conradet alicunde. Andr. 406 venit meditatus alicunde ex solo loco. Hec. 286 quibus est alicunde aliquis obiectus labos. Phorm. 300 *argentum* sumeret alicunde. :: alicunde? nihil est dictu facilius. Cic. Verr. 3, 48 non quaesivit procul alicunde. Caecin. 46 decedere ... alicunde. 82 *deiectus* sum de via, sum certe alicunde sive de privato sive de publico. de orat. 1, 252 gustus subito sumi et alicunde (aliunde *pars codd.*) arripi non potest. 2, 318 *principia* in dicendo non extrinsecus alicunde quaerenda, sed. Tusc. 3, 82 si quis error alicunde extitit. fin. 5, 31 praecipitaturos alicunde. Att. 10, 1, 3 non quo alicunde (*sic M,* aliunde *vulgo*) audieris. Lvcr. 5, 522 sive aliunde fluens alicunde extrinsecus aer versat agens ignis. Tert. ieiun. 9 aliquem alicunde de convivio ... raptum. Porph. Hor. sat. 1, 4, 19 lapide, qui tollitur utique alicunde, ut mittatur. Avg. civ. 14, 10 nullum omnino alicunde malum ... inruebat. Ven. Fort. carm. 8, 3, 211 si forte alicunde venirem. *V.*

alid *v. sub* alius *p. 1623, 41.* **Alida** *v.* Aludda.

Ālidēnsis *v.* Elis.

Alidēnsis, -e *et* **Alidiēnsēs,** -ium *adi. et ethn. deriv. ab* Ἄλινδα, *Cariae oppido.* Lvcr. 4, 1130 et bene parta patrum fiunt anademata mitrae, interdum in pallam atque Alidensia(?) Ciaque vertunt. Plin. nat. 5, 109 Alidienses (*incolae*), *ubi* halydienses *cod. Vatic. D. eiusdem opp. ethn. graec.* **Alindēnus,** -a, -um, *quasi* Ἀλινδηνός. Conc. Const. a. 536 (Mansi 8, 973B) episcopus Alindenus. *Diehl.*

Ālidēs *v.* Elis. **Alidius,** -a *v.* Allius.

[**Alidus**] *nom. gent. corruptum in* Corp. VIII 17204 (*in prov. procos.*) Quint. Alidus Ianuarius. Aiedius *coni. editor.* *Otto.*

Alienab. Itala Ios. 19, 29 (Lugd.) *videtur esse transscriptio corrupta vocis hebraicae* חֲבָל, *quam graecus tradit* Ἀπολέβ vel Ἀλαζείβ. Vvlg. *vertit* de funiculo. *Plenkers.*

aliēnātio, -ōnis *f. ab* alienare. *vocabulum inde a Ciceronis aetate usitatum, maxime ap.* Ictos *(ex quibus delectum tantum locorum attuli) et medicos* (*cf. sub I et III*). *plur.* Vlp. dig. 27, 9, 3, 1 Papin. dig. 10, 2, 13 *al.* Afric. dig. 40, 4, 22 Ambr. Abr. 1, 9, 80 Theod. Prisc. log. 11 *al.* Plin. Val. 5, 13 Cael. Avr. chron. 2, 1, 28 Oribas. syn. 6, 25.

I *de iure dicione coniunctione* (*translatio iuris, dominii, sim.*):

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Gloss. ἐκποίησις. Edict. imp. Sev. cod. Iust. 5, 23, 1 est ... alienatio omnis actus, per quem dominium transfertur (*cf.* Pompon. dig. 18, 1, 67). Cic. orat. 144 quibus verbis sacrorum alienatio fiat, docere honestum est. leg. 3, 48 (*cf.* detestatio. *Wissowa, Rel. u. Cult. p. 337 not. 7*). Sen. benef. 5, 10, 1 venditio alienatio est et rei ... iurisque ... translatio. Ambr. Abr. 1, 9, 80 saepe ... cum alienationibus possessionum venales fiunt ... sepulturae. Cassiod. var. 2, 11, 3 alienatio ... rerum. Conc. Rom. a. 502 p. 449, 13 nulli apostolicae sedis praesuli ... liceat praedium rusticum ... sub qualibet alienatione ad cuiuslibet iura transferre (*cf.* Theoderic. Cassiod. var. p. 392, 8). *apud* Ictos (*Leonhard, PW. I 1479*): *de iure alienandi in iunctura* alienationem habere: Marcell. dig. 48, 8, 12 non ... concessisse, ut in fraudem creditorum alienaret *familia peculium*: talem enim alienationem non habet (Vlp. dig. 14, 6, 9, 1). Vlp. dig. 24, 1, 3, 8 in libera ... persona ... admitti potest donatio: ceterae ... personae alienationem pecuniae, ut donent, non habent. Pavl. dig. 12, 1, 16. *iuncturae verbales*: Vlp. dig. 27, 9, 3, 2 an litis aestimatio oblata alienationem *fundi* pariat. 27, 9, 7 pr. alienationem impediri. Edict. Paul. dig. 4, 7, 8, 1 alienatio iudicii mutandi causa facta. Papin. dig. 49, 14, 39, 1 revocatis alienationibus, quas fraudulenter fecerant. Vlp. dig. 4, 4, 13, 1 rescissa alienatione. 37, 14, 16 pr. alienatio ... vires habebit. *similia saepe*. *notabilia varia*: Pompon. dig. 45, 3, 40 servus ... si stipulationem contulit in alienationem vel manumissionem suam. *nota* 40, 7, 29, 1 lex duodecim tabularum emptionis verbo omnem alienationem complexa. Gaivs dig. 27, 12, 2 iniquum est ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem. Marcian. dig. 49, 17, 18, 1 actus patris, qui ... alienationem alicuius iuris de castrensi peculio praestant. Marcell. dig. 40, 5, 9 ubi alienatio *servi* non est voluntaria, sed necessitas alienandi ... pendeat (Papin. dig. 10, 2, 13 *al.* Pavl. dig. 5, 3, 53). Pavl. dig. 40, 7, 7 usus fructus alienatio condicionem statuliberi secum non trahit. 18, 1, 55 nuda et imaginaria venditio pro non facta est et ideo nec alienatio eius rei intellegitur. *nota* 50, 16, 28 pr. alienationis verbum etiam usucapionem continet; vix est enim, ut non videatur alienare, qui patitur usucapi (*v. PW. I 1480, 32 sqq.*). Vlp. dig. 27, 9, 3, 1 obligationes sive alienationes. 27, 9, 5, 8. 15, 2, 1, 4 alienatio ... et manumissio ad servos pertinet, non ad filios (*cf. ibid.* 5. 40, 9, 14, 4 *et* 6). reg. 19, 3 mancipatio propria species alienationis est rerum mancipi (*sim.* 19, 7 *de 'traditione'*, 19, 9 *de 'in iure cessione'*). dig. 41, 1, 35 non recessit ab eis dominium et nulla est alienatio. 40, 5, 24, 21 neque alienatione neque usucapione extingui *libertatem* (Edict. imp. Sev. cod. Iust. 7, 2, 13). 42, 8, 1, 2 vel alienationem vel quemcunque contractum. Edict. impp. Valentinian. Theodos. et Arcad. cod. Iust. 10, 34 (33), 1 ita demum distrahendae possessionis facultatem accipiat, si alienationis necessitatem probaverit.

II *de animo studio affectibus* (*aversatio, disiunctio*): Cic. har. resp. 47 hac nimia nonnullorum alienatione a quibusdam. Phil. 2, 1 tuam ... a me alienationem commendationem tibi ad impios civis fore putavisti. Lael. 76 ut ... statim alienatio disiunctioque *amicorum* faciunda sit. Att. 7, 4, 2 hoc illi τεκμηριῶδες videbatur esse alienationis. ad Q. fr. 1, 4, 4 defectio Pompei, alienatio consulum. Caes. civ. 2, 31, 4 castrorum ... mutatio quid habet nisi ... desperationem omnium et alienationem exercitus? (*ibid.* 5). Liv. 35, 19, 2 causam repentinae alienationis (*ibid.* iracundiae causa). Ascon. Mil. p. 39 populi a se alienatione, ... Pompeii suspicionibus. Tac. hist. 2, 60 praecipua in Vitellium alienatio. ann. 2, 43 Germanico alienatio patrui amorem apud ceteros auxerat. Ambr. fug. saec. 2, 7 haec ... vera est sacerdotis fuga, abdicatio domesticorum et quaedam alienatio carissimorum, ut suis se abneget, qui servire deo gestit. *ab re* (*separatio*): Obseq. 68 utriusque *consulis* alienatio a patria significata (*sc. prodigiis*). Rvfin. Adamant. 1, 27 alienationis (-nes *cod.*) eorum (*peccatorum*) a dei possessione ... pretium (*cf.* Avg. civ. 6, 11 p. 271 alienatio a vita dei). *sim.* Vvlg. Iob 31, 3 numquid non perditio est iniquo et alienatio operantibus iniustitiam (LXX ἀπαλλοτρίωσις; Hier. interpr. Iob abalienatio)? Avell. p. 742, 12 ⟨a⟩ causis alienationem.

III *de statu mentis et corporis*: **1** *dementia*: Cels. 4, 2 p. 123 κεφαλαίας notae sunt ... oculorum caligo, mentis alienatio, vomitus. Scrib. Larg. 179 caligo mentisque alienatio. Plin. nat. 21, 155. Ps. Qvint. decl. 12, 8 furor et alienatio mentis. Tac. ann. 6, 24. Edict. impp. Marc. et Comm. dig. 1, 18, 14 in eo furore esse, ut continua mentis alienatione omni intellectu careat (*ibid.* dementiae). Itala Ezech. 27, 35 (Tycon. 46, 6) mentis alienatione stupuerunt (ἐκστάσει ἐξέστησαν; Vvlg. tempestate perculsi mutaverunt vultus). 32, 10 (Tycon. 44, 21. Vvlg. horrore nimio formidabunt). Cypr. laps. 33 transpunctae mentis alienatione dementes domini praecepta contemnunt. Arnob. nat. 1, 17 insanire ... furere ... efferati pectoris alienatione bacchari. *de iumento* Chiron 259 corporis sudor et alienatio mentis (Veg. mulom. 3, 4). Avg. gen. ad litt. p. 175, 5 iniecit deus mentis alienationem super Adam. p. 394, 11 in psalm. 103. serm. 3, 2 p. 1359 facta est illi mentis alienatio, quam Graeci ecstasin dicunt, id est, aversa est mens eius a ..., alienata a praesentibus (*sim.* in psalm. 67, 36. quaest. hept. 1, 80; *ibid.* commotio). Theod. Prisc. log. 9 acutae febres cum terribili mentis alienatione (Oribas. syn. 8, 2). Cael. Avr. acut. 1, 8, 56 *et saepe*. 1, 15, 127 febres duplicentur et alienatio mentis ardescat. Cass. Fel. 77 p. 187, 17 alienatio mentis et iterum subita resumptio. 62 p. 154, 7 (*ibid.* 2 immutatio mentis). *nota* Cassiod. var. 4, 23, 2 mentis alienatione custodum. *absolute*: Sen. epist. 78, 9 *dolor* si incitatior est, in alienationem soporemque convertitur. Itala Zach. 14, 13 (Tycon. 4 p. 49, 5) erit ... alienatio magna super illos (ἔκστασις; Vvlg. tumultus domini). *nota* Arnob. nat. 5, 2 ebrietatis alienatione nutantes. Firm. math. 4, 5, 1 *luna* alios facit caducos, ⟨aliis⟩ alienationis decernit incommoda, aliis plerumque decernit insanias. Ambr. Abr. 2, 8, 51 quod ex quodam impetu sensuum inflexionis atque alienationis nostrae causa nascatur. Theod. Prisc. log. 11 vigiliis et febribus et alienationibus adhuc molestissimis. 13 insomnietatibus et alienationibus. 50 (*ibid.* furorem). Plin. Val. 5, 5 *phrenetici* si febre et alienatione caruerint. 5, 13 Oribas. syn. 6, 18. 25. **2** *mutatio membrorum in torporem, sim.*: *in iumentis*: Chiron 30 ex ... alienatione (*sc. quae per corruptionem sanguinis fit*) soluti nervi laxiores fiunt. Galen. alfab. 8 ut ignis deurire possunt et alienationes consumere (*cf.* 10 aliena consumere). 208 macolas tollit et alienationes tenit. 225 vulnera glutinat et alienationis stringit. 259 aliginationis (*sic*) continit. Cael. Avr. chron. 2, 1, 28 appellari claudicationes vel tardationes possunt sive alienationes (*sc. paralyses ex vulneribus factae?*). *aliter ut videtur* Cael. Avr. acut. 1, 3, 37 *freneticis* capitis frequens alienatio *est* (*'situs mutatio' Amman*). **3** *nota*: Mart. Cap. 9, 964 transitus *modulationis* est alienatio vocis in figuram alteram soni.

synonyma: *ad I*: translatio; *cf.* distractio, emptio, venditio, usucapio. *ad II*: disiunctio. *ad III*: dementia, furor, insania (inflexio *v. l. 11*). *opposita*: *ad I*: dominium. *ad II*: amor. *ad III*: intellectus, resumptio *mentis*.

aliēnātor, -ōris *m. ab* alienare. Cod. Iust. 1, 5, 10 pr. (*imp. Leo, ca. 470*) etiamsi ab orthodoxae fidei venditore vel quocumque modo alienatore commenticio sub qualibet occasione fuerit assignata *voluntas*. Conc. Rom. a. 502 p. 450, 10 quicumque ... quicquam de iure titulorum *eqs.* ... alienare temptaverit, donator, alienator ac venditor honoris sui amissione multetur. *ibid.* 450, 15 servata ... in alienatore vindicta, nisi forte et alienator ... repetit, et qui acceperit ... prospexerit. Cod. Iust. 4, 54, 9, 1 (*a. 531*) cum ... venditor vel aliter alienator ... suum ius transferre passus est.

[**alienātus,** -ūs? *cf. sub* alieno *p. 1566, 54.*]

aliēnigena, -ae *m. f.* [*cf. c.* alienus *et c.* indigena. *Th.*]. *inde a* Varr. *et* Cic., *cum adi.* alienigenus, -a, -um *a* Val. Max. *de-mum certa exempla habeat* (*p. 1562, 56*). *quamquam* Prisc. (*p. 1562, 54*) *iam antiquissimos hoc ipso esse usos affirmat. equidem in exemplis per terminationem dubiis ita inter utrumque distinguendum putavi, ut adiectivo eos assignarem locos, ubi 'diversa natura'* (ἑτερογενής) *significatur, non 'diversa natio'* (ἀλλόφυλος). *vocabulum ap. poetas non extat nisi ap.* Lvcr. (*v. p. 1562, 60*). Gloss. ἀλλόφυλος, ἀλλοεθνής, ξένος, alterius gentis (generis), extraneus, qui in aliena terra nascitur, qui ex aliena regione nascitur vel ex aliena gente natus. Isid. orig. 10, 15 alienigena, quod alienae regionis sit, et non eius, ubi est. item alienigena, qui ex alia gente genitus est, et non ex ea, ubi est.

I *generaliter*: *diversae nationis vel regionis*: **1** *masculinum nude ponitur*: Cic. Font. 32 ignotos notis, iniquos aequis, alienigenas domesticis ... anteferre. Flacc. 65 quid alienigenae de vobis loqui soleant, ... quid vosmet ipsi de genere vestro statuatis. Varro ling. 5, 90 auxilium appellatum ab auctu, cum accesserant ei, qui adiumento essent, alienigenae. Nep. Eum. 7, 1 si ... alienigena ... imperii potiretur. Liv. 1, 50, 6 si sui bene crediderint cives (*sc. Tarquinio imperium*) ..., credere et Latinos, quamquam ne sic quidem alienigenae, debere. 3, 10, 7 libri per duumviros sacrorum aditi: pericula a conventu alienigenarum praedicta. 24, 47, 5 pro alienigenis ac barbaris ... adversus veteres socios Romanos bellum gererent. 25, 12, 5 (*carmen Marcii de clade Cannensi*) ne te, *Romane*, alienigenae cogant in campo Diomedis conserere manus. 27, 39, 8 *homines* invisitati ... antea alienigenis nec videre ipsi advenam in sua terra adsueti. 30, 12, 15 Numidae atque in eadem mecum Africa geniti quam alienigenae et externi fidem experiri mallem. 30, 33, 12 (*opp.* populares). 31, 29, 15 *al.* 39, 3, 6 duodecim milia Latinorum domos redierunt iam tum multitudine alienigenarum urbem onerante. 42, 50, 10. Cvrt. 5, 11, 6 custodiam corporis tui externus et alienigena non deposcerem, si. 6, 3, 10 illi ... eiusdem nationis sunt, nos alienigenae et externi. *nota* Qvint. inst. 12, 10, 14 haec manus (*sc. Atticorum asseclae*) quasi quibusdam sacris initiata *Ciceronem* ut alienigenam et parum superstitiosum ... insequebatur. Tac. Germ. 43. hist. 4, 65 si qui ex Italia aut provinciis alienigenae in finibus nostris fuerant. ann. 11, 23 an parum, quod Veneti ... curiam inruperint, nisi coetu alienigenarum (*ex Gallia Comata*) velut captivitas inferatur (*ibid. supra*: suffecisse ... indigenas consanguineis populis). 11, 24. 12, 14 *captivum Meherdatem* non propinquum neque Arsacis de gente, sed alienigenam et Romanum increpans. Svet. Aug. 48 Ps. Apvl. Ascl. 24. Lact. inst. 5, 5, 4 (*opp.* consanguinei). Chalc. transl. p. 18A mites suis, adversum alienigenas feroces. Serv. georg. 3, 5 Thyestes alienigena (*sc. apud Busirim*). Aen. 1, 436 custodiae litorum adversum alienigenas. Avg.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

civ. 18,16 p. 276 *in insulam Diomedeam* si Graeci venerint ... quietas esse *alites* ...; si autem alienigenas viderint, subvolare (18,18 p. 280 blandiuntur Graecigenis atque alienigenas persequuntur). 20,11 p. 434 alios alienigenas et a Romano iure seiunctos (*ib. supra* barbari). SVLP. SEV. chron. 1,4,6. 2,7,1 alienigena captivae gentis (*Daniel*). ENNOD. opusc. 3,14 p. 334,11. CASSIOD. hist. 1,9 *Constantinus* felicissimus ... in proeliis adversus alienigenas (*Sarmatas, al.*). COD. Iust. 8,48 (49),1 *a. 290* etiam alienigenae liberos suos emancipare possint. CORP. V 8769 si quis alienigena in ea (*arca sepulcri*) se voluerit poni. 2 *personarum (praeter feminarum) nominibus tamquam adiectivum additur*: CIC. Font. 4 accusatio, quae ... libentius ignotis quam notis utatur, alienigenis quam domesticis testibus (49 *opp.* nostris testibus). Catil. 4,22 hostes alienigenae ... oppressi serviunt. LIV. 26,13,7 hostis alienigena (*Hannibal*). 29,10,5 LIV. perioch. 29 AVG. civ. 1,5 p. 10. 17,13 p. 235. CIC. Balb. 25 alienigenarum nos hominum studiis atque paterna (externa *Iunt.*) virtute privari. Deiot. 10 homo longinquus et alienigena (*Deiotarus*). LIV. 31,29,12 alienigenae homines, plus lingua ... et legibus quam maris ... spatio discreti. ITALA deut. 17,15 (Lugd. *et* Lucif. Athan. 1,7) non constituas hominem alienigenam (VVLG. alterius gentis hominem), quia non est frater tuus. LACT. inst. 4,2,5. LAMPR. Alex. 65,1 hominem Syrum et alienigenam. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2,93 *al.* CIC. rep. 2,25 praetermissis suis civibus regem alienigenam (*Numam*) ... populus adscivit. TAC. ann. 15,1 LACT. inst. 4,11,16 AVG. civ. 18,45 p. 325 *et* 327. CIC. leg. 2,25 suosque deos aut novos aut alienigenas coli confusionem habet religionum. AVG. civ. 3,12 p. 110 *deos* indigenas et alienigenas, caelites terrestres, infernos marinos *eqs.* CVRT. 7,8,21 alienigenam dominum pati nemo vult. PANEG. 10,31 p. 236,31 non captivi alienigenae introitum illum honestaverunt, sed Roma iam libera (*ibid.* p. 236,30 barbari). VVLG. II Esdr. 9,2 separatum est semen filiorum Israel ab omni filio alienigena. COD. Theod. 10,20,14 (*a. 424*) si alienigenae detentatores oneribus condicionis externae maluerint subiacere. *nota* COD. Iust. 4,41,2 pr. alienigenis barbaris (*ibid.* 1). *exercitus, natio*: LIV. 28,42,10 nunc ... procul externus metus est; ostende Romana arma et exercitum alienigenam. HEGES. 3,6,2 nationibus alienigenis. VVLG. Sirach 39,5 alienigenarum gentium. AVG. civ. 15,13 p. 82 gentibus alienigenis. 3 *de feminis (vel nude positum vel nominibus additum)*: [TAC. hist. 5,5 *lege*: alienarum concubitu abstinent (alienigenarum *edd. ex coni. Heinsii*)]. AMBR. Abr. 1,9,84 cave ... gentilem aut Iudaeam atque alienigenam, hoc est haereticam et omnem alienam a fide tua uxorem arcessas tibi. 1,9,86 *al.* epist. 19,8 alienigenae mulieris ... copulam. HIER. epist. 39,4 Ruth alienigena. 64,7 uxorem ... de genere suo, non alienigenam. VVLG. III reg. 11,1 Salomon adamavit mulieres alienigenas multas. 11,8. FVLG. aet. mund. p. 159,10 *Salomon* adulescentularum gregibus pastor, alienigenarum (*al.* alienarum) contra interdictionem amator. VVLG. I Esdr. 10,2 duximus uxores alienigenas de populis terrae. AVG. civ. 15,22 *tit.* c. Faust. 12,34 alienigenam viduam. PS. AVG. serm. 275,1 *principem* cum alienigena concumbentem. 4 *de bestiis et rebus*: COLVM. 8,16,9 fretorum differentias nosse oportet, ne nos alienigenae pisces decipiant; non enim omni mari potest omnis esse. PLIN. nat. 8,224 *de gliribus*: non congregari nisi populares eiusdem silvae et, si misceantur alienigenae, amne vel monte discreti, interire. PALLAD. 1,28,2 *pavones* masculi ova et pullos suos persequuntur velut alienigenas. COLVM. 3,4,1 quae peregrina ex diversa regione semina transferuntur, minus sunt familiaria nostro solo quam vernacula: eoque velut alienigenae reformidant mutatam caeli ... positionem. GELL. 2,24,2 neque vino alienigena, sed patriae usuros. VVLG. II Macc. 4,13 erat ... incrementum ... gentilis et alienigenae conversationis (Ἑλληνισμοῦ καὶ ... ἀλλοφυλισμοῦ).

II *in scripturis sacris et ap.* ECCL. *specialiter de ethnicis* (*cf. sub I 2*): 1 *proprie*: HIER. in Is. 14,28 p. 262 ἀλλόφυλοι, id est alienigenae. in Ezech. 25,15 p. 293 ad Philistiim, quos Septuaginta ἀλλοφύλους, id est alienigenas, transtulerunt, ... generali nomine omnium gentium, quae non sunt de genere Iudaeorum (*ibid.* 16,27 p. 169 Palaestinis, quos indifferenter Septuaginta alienigenas vocant. EVCHER. instr. 2 p. 150,16). AVG. civ. 18,47 p. 330 alienigena, id est non ex Israel progenitus. ISID. orig. 10,15 *v. p. 1560, 50.* ITALA Ios. 24,23 (Lugd.) deos alienigenarum (LXX τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους; VVLG. alienos). CLEM. ad Cor. 55 Iudith ... postulavit a senioribus dimitti se abire in castra alienigenarum. *nota* 47 haec auditio non tantum in nobis capuit, sed et in alienigenas qui sunt a nobis. CYPR. Fort. 11 p. 342,2 Eleazarum ... ad alienigenarum morem transisse. epist. 67,6 filios in eodem collegio *gentilium* exterarum gentium more apud profana sepulcra depositos et alienigenis consepultos. LACT. inst. 4,10,16 deus ... alienigenis subiugabat *Israelitas* (AMBR. Cain et Ab. 2,4,15). 4,11,6 hereditatem ... ad exteras converteret nationes aliumque sibi populum fideliorem ex alienigenis congregaret. ITALA I reg. 4,1 (Lucif. Athan. 1,11) convenerunt alienigenae (VVLG. Philistiim) in pugnam. I reg. 19,5 (Lucif. Athan. 1,13) *al.* FILASTR. 21,5. 148,7 de alienigenis, id est Cananeis impiis. HEGES. 2,1,1 locupletatos alienigenas, Iudaeos exinanitos. 2,10,1 ne cuius alienigenae donum ... reciperetur (IOS. bell. Iud. 2,17,2 ἀλλοφύλου δῶρον). 2,18 lin. 16 (*opp.* domestici). HIER. nom. hebr. p. 87,33 de quo loco non exterminavit alienigenas tribus Neptalim. p. 95,12. 106,28. 127,12 *al.* p. 127,18 Gesom: civitas alienigenarum. 129,14 Gelboe: montes alienigenarum. 129,21 Gesur: regio alienigenarum. epist. 65,16 propter quod de alienigena filiā nominetur. 129,5 diversarum urbium alienigenas ..., quos populus Iudaeorum non quivit expellere. 39,4 *al.* *v. p. 1561, 40. fere 50ies in* VVLG., *ut* gen. 17,27 omnes viri domus illius (*Abraham*), tam vernaculi, quam empticii et alienigenae, pariter circumcisi sunt. 12,43 omnis alienigena non comedet ex eo (*Phase; ibid.* 45 advena. 48 peregrinorum). III reg. 8,41 alienigena, qui non est de populo ... Israhel. II Esdr. 9,2 *v. p. 1561, 31.* psalm. 82,8 alienigenae cum habitantibus Tyrum (*cf.* 86,4). 107,10 mihi alienigenae amici facti sunt. I Macc. 3,41 Syriae et terrae alienigenarum (ἀλλοφύλων. *item* 4,12 *et saepe*). *ibid.* 45 filii alienigenarum (ἀλλογενῶν. *item* 10,2). Luc. 17,18 hic alienigena (*sc. Samaritanus*; ἀλλογενής). act. 10,28 abominatum ... viro Iudaeo ... accedere ad alienigenam (ἀλλοφύλῳ). RVFIN. hist. 1,6,1 Herodes ... ex alienigenarum (ἀλλοφύλου) genere ortus (1,6,2 externus). AVG. civ. 1,2 p. 5 accedentibus alienigenis ad pugnam contra populum dei. ITALA gen. 17,12 (Aug. c. Adim. 16) circumcidatis ... alienigenam (VVLG. quicumque non fuerit de stirpe vestra). *nota* ITALA num. 1,51 (Aug. quaest. hept. 4,3) alienigena, qui accesserit, moriatur (VVLG. quisquis externorum accesserit); *ad quem locum* AVG. *l. l.*: mirum est ..., quomodo abusive alienigena dicitur, quod magis alterius generis (gentis? *v. infra*) hominem significat, id est ἀλλογενής, et non magis ἀλλόφυλος, quod significat alterius tribus hominem: quo nomine magis utitur scriptura in aliarum gentium hominibus, ut allophyli appellentur quasi aliarum tribuum homines. serm. 37,15,21 vicinae gentes populo Israel alienigenae. BARNAB. 12,2 SVLP. SEV. chron. 1,40,4 *al.* LIB. geneal. chron. I p. 190,532 initii captivitatis alienigenarum (*cf.* p. 189,531 post captivitatem arcae ab allophilis). GREG. TVR. Franc. 1,12. gentes, nationes alienigenae *v. p. 1561, 34.* mulieres: *v. sub I 3.* 2 *allegorice de peccatoribus, haereticis etc.*: CYPR. Demetr. 22 succendi et cremari alienigenas praecanit dominus, id est alienos a divino genere et profanos, spiritaliter non renatos nec dei filios factos. LVCIF. non conv. 8 neque enim convenire poterat dei domesticis vobiscum alienigenis (*i. haereticis*). Athan. 2,3 quod ira domini in te alienigenam ... sit ventura. ITALA Mal. 4,1 (Lucif. Athan. 1,38. *sim.* Aug. civ. 20,27 p. 476) erunt omnes alienigenae (VVLG. superbi) et omnes, qui faciunt scelera, ut sarmenta. ANON. Vales. 16,95 *deus* non patitur fideles cultores suos ab alienigenis (*i. Arrianis*) opprimi. AMBR. off. 1,5,250 praetendas in castris ... fidei, ad quae si alienigena accesserit, morte morietur. Abr. 1,9,84 *v. supra p. 1561, 40.* HIER. in Ezech. 16,56 p. 187 cum filiabus alienigenarum, in quibus multiplex diversorum in gentibus dogmatum error ostenditur. PS. RVFIN. in psalm. 44,12 anima, quae ... recte credit, de alienigena deo adoptatur in filiam.

synonyma: *ad I*: advena (*adde* LIV. 31,29,15. 31,30,4), barbarus, externus, longinquus. *ad II*: advena, allophylus, alterius gentis, exterae nationis, externus, gentilis, peregrinus, profanus. *opp.*: *ad I*: consanguineus, domesticus, familiaris, Graecigena, in eadem terra genitus, indigena, eiusdem nationis, noster, popularis, propinquus, vernaculus. *ad II*: domesticus, fidelis, filia, populus Israel (dei), Iudaeus, vernaculus. *derivatum*: alienigeno? *cf.* alienigero.

adiect. **aliēnigenus**, -a, -um [*cf. c.* alienigena. *Th.*]. PRISC. gramm. II 196,4 antiquissimi 'hic alienigenus' et 'haec alienigena' et 'hoc alienigenum' dicebant, ex quo potest hoc (*sc. Val. Max. 2,1,10*) esse plurale. *seq.* ab: *l. 67.* 1 *diversi generis, diversae naturae*: LVCR. 1,865 uti cibus omnis ... ex alienigenis rebus constare putetur, ossibus et nervis *eqs.* (*sc. quia in haec transit*). 1,869 terram constare necessest ex alienigenis, quae terris exoriuntur. 1,872. 874. 5,880 neque centauri fuerunt nec ... esse queunt duplici natura et corpore bino ex alienigenis membris compacta. COLVM. 4,29,14 alienigenis surculis (*in insitione*). 8,5,10 *de avibus*: incubare ... foetibus alienigenis (*opp.* sui generis ... ova). *nota* TERT. nat. 2,4 cum membra a corpore alienigena (alig⟨...⟩ *cod.*) esse non possint. CHALC. comm. 1 *in Platonis Timaeo* stili genere sic instituto, ut non alienigenis, sed propriis quaestionum probationibus id, quod in tractatum venerat, ostenderetur (2 *cf. p. 1563, 6*). CHIRON 355 album sputum remittit insuetum et alienigenum. FVLG. myth. 2,9 *Scylla* nescit sua alienigenis (alienis *al.*) devorationibus saturare secreta. AVG. de duab. anim. 3 p. 54,23 animas, quas alienigenas crederent *Manichaei*. 18 p. 74,25 quibus ergo peccata donantur? si alienigenis illis malis, possunt et bonae fieri *animae*. VINDIC. med. 25 masculorum semen suam habere naturam, ut ossa *eqs.* ... et non ex alienigenis fieri, quae graece ἑτερογενῆ vocant. BOETH. arithm. 1,17 p. 37 qui (*numeri*) ... nullam mensuram praeter unitatem recipiunt, hos primos et incompositos iudicamus, qui vero aliquam mensuram praeter unitatem vel alienigenae partis vocabulum sortiuntur, eos *eqs.* 2 *diversae nationis, exterus*: VAL. MAX. 1,5 ext. 1 alienigena exempla (2,10 ext. 1 *opp.* domesticis). 2,1,10 quas Athenas, quam scholam, quae alienigena studia huic domesticae disciplinae praetulerim? 2,2,3 ne alienigena ingenii exercitatione patrii ritus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... transfuga existeres. 4, 6 ext. 1 alienigeni amores. 5, 3 ext. 1 ne nostra confessis alienigenae urbes insultent. 6, 2 ext. 1 mulier alienigeni sanguinis. 6, 5 ext. 1 alienigenae iustitiae. 7, 3, 8 religionis. 8, 11 ext. 1 ut alienigena scrutemur. SEN. epist. 108, 22 alienigena ... sacra (*ibid.* argumenta superstitionis). *nota* EPIST. Alex. p. 216, 15 in alienigenis destituerer locis. CHALC. comm. 2 tamquam alienigenum sermonem ignorantibus. PRISCILL. tract. 10 p. 93, 19 *David* inter incerta certaminum et alienigenorum excidia bellorum confidens deo. p. 101, 7 Sicima ... alienigenarum terra regionum est. AMM. 31, 4, 4 conlatis in unum suis et alienigenis viribus. *in titulis*: CORP. VI 22915, 9 si quis eum titul(um) adulterav(e)rit alienigenum corp(us) aut ossa aut cineres in hoc monum(entum) inferre volens. 33900^a ⟨qui ... corpus alien⟩igenum vel ossa intulerit (*ibid.* corpus exte⟨rum⟩). 19844, 8 ne quis alienigerum (*sic schedae optimae*; -genarum *aliae; lapis non servatur*) corpus inferre velit. *subst.*: CHRON. Alex. chron. I p. 120, 261 tradidit ... deus arcam in manus alienigenorum.

syn.: *ad II*: exterus. *opp.*: *ad I*: sui generis. *ad II*: domesticus, noster, patrius.

aliēniger *v. l. 14.*

aliēnigero, -āre. CORP. VI 18385, 4 ho⟩c monumentum vendere aut alienigerare (*sic ed. Cittadini; lapis non extat*; alienigenare *Grut. Fabr.*).

aliēniloquium, -ī *n.* ISID. orig. 1, 36, 22 allegoria est alieniloquium; aliud enim sonat, aliud intellegitur. GLOSS. IV 307, 45 allegoria: similitudo vel alieniloquium. PS. VARRO sent. 51 quod intricavit alieniloquium, imperitis est gravissimum.

aliēnitās, -tātis *f. ab* alienus. CAEL. AVR. acut. 2, 39, 227 sudantes ... relevare clystere ad mentis alienitatem detrahendam. chron. 5, 4, 63 auferendae alienitatis (*i. alienae materiae*) intentione. *ibid.* 64 alienitatis obtrusione vesicae impedito meatu.

Alienius *v.* Allius.

aliēno, -āvī, -ātum, -āre [*ab* alienus. *Th.*]. *alienum facio. deest poetis praeter comicos et* CLAVD. 22, 49. GLOSS. II 292, 19 ἐκποιῶ abalieno alieno. IV 307, 25 alienat: privat altruncat (*i. averruncat, cf.* averrunco). *ibid.* 26 fraudat expellit. 15, 25 alienavit: alienos fecit. PAVL. FEST. p. 25, 9 alienatus, qui alienus est factus. *corrupte traditum esse videtur* IVST. 13, 6, 10: alienatis rebus. *locorum maximam partem dedi praeter* ICTORUM; *de quibus cf. Vocabul. iurispr.*

I ***de iure, possessione,*** *coniunctione corporali vel locali* (*abalienare, removere, seiungere, sim.*): **1** *personam*: PLAVT. Merc. 611 mulier alienata est abs te. *nota* Amph. 399 tu me alienabis numquam, quin noster siem, nec nobis praeter med alius quisquam est servos Sosia. TER. Haut. 979 nos alienavit pater (*i. in alterius ius ac dicionem tradidit, cf.* 942). LIV. 41, 8, 12 ne quis quem civitatis mutandae causa suum faceret vel alienaret. QVINT. inst. 3, 6, 99 an pro non natis sint habendi, qui a familia sunt alienati (*sc. nothi*). *sim.* AVG. civ. 18, 9 p. 267 alienatis filiis a nominibus matrum. ARNOB. nat. 5, 7 *Midas* alienare cupiens tam infami puerum coniunctione. AMBR. epist. 27, 4 ignavus ... laboriosam ... alienat a sese ac defugit seseque cupit separare. *ap.* ICTOS (alienandi ius: MARCIAN. dig. 30, 114, 2; potestas: GAIVS inst. 2, 32; necessitas: MARCELL. dig. 40, 5, 9): *saepe cum* manumittere *coniungitur, ut* EDICT. Vlp. dig. 15, 2, 1 pr. post mortem eius, qui in alterius potestate fuerit posteave quam is emancipatus manumissus alienatusve fuerit. VLP. dig. 40, 9, 12, 1 servos ... manumittere vel alienare. 9, 4, 2, 1 IVLIAN. dig. 28, 5, 38, 4. POMPON. dig. 21, 1, 46 cui tu eum (*servum*) alienaveris (*opp.* cum ... redhibeas). VLP. dig. 28, 5, 9, 16 *al.* PAVL. dig. 23, 5, 10 *opp.* redimere. AFRIC. dig. 23, 5, 9, 3 *opp.* retinuisset (*sic saepius* retinere *opp., cf.* CALL. dig. 42, 8, 20). VLP. dig. 40, 7, 2 pr. sive tradatur *servus causam statuliberi adprehendens*, salva spe libertatis alienetur. VENVL. dig. 41, 1, 66 mulier legata aut usucapta aliove quo modo alienata. GAIVS inst. 2, 189 ab eo. EDICT. imp. Diocl. cod. Iust. 8, 47, 6 abdicatio, quae Graeco more ad alienandos liberos usurpabatur. *ad separationem localem magis pertinent haec*: APVL. Socr. 6 p. 132 seiunctos et alienatos a nobis deos. IVST. 18, 3, 9 cum *servus patrem filiumque* velut occisos alienasset (*i. alieno loco abdidisset*). SCHOL. Cic. Bob. p. 338, 27 servi ... alienati (*i. abditi?*) fuerant et in diversas provincias ab domino missi. COD. Theod. 12, 1, 84 (*a. 381*) quos aut obtentus debilitatis alienat (*sc. a nominatione?*) aut senectus pigra remoratur ... aut crimen desertionis absentat. AVG. civ. 22, 24 p. 610 *deus* nec ipsum diabolum a suo alienavit imperio (*ibid. supra*: removit a sua potestate). COD. Iust. 7, 7, 2, 2 (*a. 530*) a suo (*testatoris*) patrimonio penitus esse eum (*servum*) alienatum. se alienare *ab re*: SALV. eccl. 3, 67 necessariam tibi ... rem tuam iudicas, ... alienare te facultatibus tuis non vis (*ibid.* alium tuo divitem fieri). COD. Iust. 6, 61, 6, 3^a (*a. 529*) nisi ... huic praemio renuntiaverint vel donatione facta sese ab huiusmodi beneficio alienaverint et in liberos hoc transtulerint. **2** *rem mancipi, ius etc.*: PLAVT. Merc. 833 usus fructus victus cultus iam mihi harunc aedium interemptust interfectust alienatust. Trin. 595 ager ... alienatur. VARRO rust. 2, 1, 24 reiculae *oves* ... alienandae. CIC. leg. agr. 2, 33 vectigalibus non fruendis, sed alienandis (*ibid.* 55 *lege* abalienari). top. 37 a nobis alienata, cum ad hostem pervenerint. PAVL. FEST. p. 89, 2 rei, quam alienat *populus*. FRONTIN. aq. 118 reditum ... alienatum (alientem *cod.*) ... populo restituit. *ap.* ICTOS: VLP. dig. 1, 3, 41 *totum ius consistit in eo*, quemadmodum quis rem vel ius suum conservet aut quomodo alienet aut amittat. 4, 7, 4 pr. si res fuerint usucaptae ab eo, cui alienatae sint. *ibid.* 1 neque ... alienat, qui dumtaxat omittit possessionem. PAVL. dig. 4, 7, 8, 2 alienare intellegitur etiam, qui alienam rem vendidit. sed heredem instituendo vel legando si quis alienet, ... edicto locus non erit. 50, 16, 28 pr. vix est ..., ut non videatur alienare, qui patitur usucapi. eum quoque alienare dicitur, qui non utendo amisit servitutes. qui occasione adquirendi non utitur, non intellegitur alienare. VLP. dig. 50, 16, 67 pr. 'alienatum' non proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet; 'venditum' tamen recte dicitur. 1, 19, 1, 1 alienare ... rem Caesaris. *cf.* INST. Iust. 2, 8 *tit.* GAIVS dig. 23, 5, 4 *dotale praedium* obligare aut alienare (inst. 2, 63 TRYPH. dig. 23, 5, 16 PAVL. sent. 2, 21^b, 2). IMP. SEV. Vlp. dig. 27, 9, 1, 2 alienari obligarive. GAIVS dig. 4, 7, 3, 2 locum. *ibid.* 3. inst. 1, 192 res mancipi. 2, 64 pignus (*ibid.* vendere). 2, 65 quaedam naturali iure alienari, qualia sunt ea, quae traditione alienantur. VLP. dig. 5, 3, 16, 6 cui libertus in fraudem alienavit *hereditatem*. SCAEV. dig. 32, 38 pr. praedia alienare seu pignori ponere (*ibid.* 3 alienare vel pignerare). *ibid.* 4 domum. PAVL. dig. 49, 16, 14, 1 arma alienasse grave crimen est ..., utique si tota alienavit *miles*. AFRIC. dig. 12, 1, 41 pecunias ... alienatas esse. *ibid.* credendo nummos alienaret. SCAEV. dig. 8, 5, 20, 1 *ius compascendi*. AFRIC. dig. 21, 2, 46 pr. *usum fructum* (*ibid.* alienus ... fuisset; *cf.* VLP. dig. 27, 9, 3, 5). COD. Theod. 8, 13, 1 pr. (*a. 349*) quae ... sunt ... vendita, donata, in dotem data ceterisque causis legitime alienata. SIDON. epist. 3, 5, 2 possessionis antiquae a se alienatae. CASSIOD. var. 7, 41, 2. 12, 9, 4. CONC. Rom. a. 502 p. 446, 19 praedium ... alienatum revocare. 451, 3 alienata reposcere. *cf.* alienator. LEX Burg. lib. const. 14, 6. 24, 1. Rom. 14, 6 peculium (*cf.* distraho). LEX Visig. Eur. 321 (Recc. 4, 2, 13). CORP. V 4057, 8 ne quando de familia alienetur *praetoriolus cum hortulo*. VI 8456, 11 ne fiducient ne vendant neve alio quo genere id sepulcrum ... alienare ulli potestas sit. 10219, 12. 10284, 5 a nomine nostro alienare *monumentum*. 13040, 9 de nomine meo. 13203, 11 monumentum ... neque veniet neque donabitur neque pignori obligabitur, sed nec ullo modo alienabitur. X 4343, 10. XIV 2934 non hab(ean)t potest(atem) dextraendi (*i. distrahendi*), ut, si qua(n)do alienare (-ri *lapis*) boluerint, fiscus possideat. **3** *loca, regiones* (*praecipue bello*): SALL. Iug. 48, 1 cui ... bellum asperrumum erat, urbs maxima alienata (*sc. in hostium dicione*). LIV. 21, 60, 5 priusquam alienarentur omnia. 24, 22, 7 pars Insulae (*Ortygiae*) prodita atque alienata. 25, 36, 15 exercitus amissi et alienata provincia et publica ... clades. 30, 24, 4 urbibus, quae bello alienatae fuerant. AMM. 25, 7, 11 Nisibis et Singara ... transirent ⟨in⟩ iura Persarum, a munimentis vero alienandis reverti ... Romani permitterentur. **4** *affectum*: AMBR. exc. Sat. 1, 14 temperandus mihi magis maeror quam alienandus (*i. tollendus*) adfectus est (*ibid.* abducere a maerore animum).

II ***de studio et affectibus*** (*inimicum facere*): **1** *alienare animum, (mentem), voluntatem, studium etc. alicuius*: RHET. Her. 1, 6, 9 cum turpem causam habemus, hoc est, cum ipsa res animum auditoris a nobis alienat. CIC. inv. 1, 24 neque aperte laedas eos ... et tamen ... alienes ab eis auditorum voluntatem. Pis. 76 cum ... homines ... studium eius a me alienassent. Phil. 2, 38 Pompei voluntatem a me alienabat oratio mea. epist. 3, 6, 4. CAES. Gall. 7, 10, 2 contumeliā accepta omnium suorum voluntates alienare. LIV. 3, 72, 2 quantum amittatur alienandis iniuria sociorum animis. 5, 23, 11 conlatio plebis animos a Camillo alienavit. 8, 35, 12. 38, 33, 5. 39, 29, 3. VELL. 2, 112, 7 avi ... animum alienavit sibi. ASCON. Corn. p. 67 ea lege ita alienati animi sunt ..., ut. QVINT. inst. 4, 1, 14 ad alienandos iudicum animos potentissima. 11, 1, 8 (*opp.* conciliari). APVL. apol. 93 alienare ab eius (*matris*) animo liberorum caritatem. HERM. Pal. sim. 4, 7 non ... alienabitur (διαφθαρήσεται) animus eius a domino, sed ... serviet illi. PANEG. 10, 21 p. 229, 13 pietatem. 11, 3 p. 246, 18 a te consortis ... animum. CLAVD. 22, 49 ut ignarum numquam laesura clientem insidiosa tuos alienent murmura sensus. *hinc* alienatus animus *i. q. aversus, inimicus*: CIC. Att. 1, 17, 7 alienati illius animi et offensi. 11, 7, 5 animo a me alienato. POMP. TROG. prol. 32, 4 alienatus in Romanos animus. CVRT. 6, 9, 19. *nota* TAC. hist. 4, 49 alienato erga Vitellium animo. *sim.* PANEG. 10, 22 p. 222, 16 cum ... voluntas pacificandi alienata sit. *animum ab re*: CIC. Sull. 64 noli ... animos eorum ordinum, qui praesunt iudiciis ..., alienare a causa. LIV. 33, 49, 8 alienati ab societate Romana animi. *sim.* AVG. civ. 3, 17 p. 122 mentes alienentur ab ea civitate.

2 *personam*: *a persona*: CIC. Sest. 40 illi ... tribunum popularem a se alienare nolebant. prov. 21 eum omnibus eadem res publica reconciliavit, quae alienarat (*supra*: cum ... inimicissimis in gratiam rediit). Att. 7, 4, 2 ne dicendis sententiis aliquem tribunum alienarem. ad Q. fr. 2, 12, 2 adiungendis hominibus et ... non alienandis. epist. 2, 15, 4 adulescentem non tam allicere volui quam alienare nolui. 5, 8, 2 te ... a me alienarunt et me ... immutarunt

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tibi. Liv. 2, 30, 3 quae res . . . alienasset plebem. 30, 14, 10 regem . . . socium nobis. 44, 27, 8 regem sibi. *nota* Qvint. inst. 5, 10, 17 quas res quosque homines quibus rebus aut hominibus vel conciliasset vel alienasset ipsa natura. Ps. Frontin. strat. 4, 7, 31 socios. Itala Ios. 22, 25 (Lugd.) alienabunt fili vestri filios nostros, ut non colant dominum (ἀπαλλοτριώσουσιν; Vvlg. avertent . . . a timore domini). Ivst. 1, 7, 18 uxorem . . . a se. Avg. civ. 19, 7 p. 366 linguarum diversitas hominem alienat ab homine. alienari *i. q. inimicum fieri*: Cic. Verr. 4, 52 abs te totam alienari (abalienari *Vatic. Nann.*) provinciam, tot homines . . . tibi inimicissimos fieri. Lael. 77 ab amicitia Q. Pompei meo nomine se removerat . . .; propter dissensionem . . . alienatus est a . . . Metello. Att. 1, 17, 9 ne . . . plane alienarentur a senatu. Vell. 2, 47, 3 reconciliatis sibi optimatibus maxime a C. Caesare alienatus est. Cvrt. 5, 9, 12. Ascon. Corn. p. 56 *Cornelius* alienatus ⟨est⟩ . . . a senatu ex hac causa. Tac. hist. 1, 59 ne . . . supplicio eius . . . gens alienaretur. Firm. math. 3, 4, 5 alienari a parentibus (*an localiter?*) . . . et in finibus semper errare peregrinis. Vvlg. psalm. 57, 4 alienati sunt (*sc. a deo*) peccatores a vulva, erraverunt ab utero. Ezech. 14, 7 si alienatus fuerit a me et posuerit idola (*cf.* Avg. civ. 19, 26 *tit.* populi alienati a deo. 20, 7 p. 421 *diabolus* est alienatus a deo. *infra l. 64*). Priscill. tract. 10 p. 95, 5 alienatae a deo vitae. *aliter passive*: Cic. Att. 9, 10, 2 sicut ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς alienantur (*i. repudiantur, fastidiuntur*; alienant *Victorius*) immundae, insulsae, indecorae, sic me illius fugae . . . deformitas avertit ab amore. *cf.* Sall. Catil. 35, 3 non dignos homines honore honestatos videbam meque falsa suspicione alienatum esse sentiebam. se alienare: Vvlg. I Macc. 6, 24 filii populi . . . propter hoc alienabant se a nobis (ἀλλοτριοῦνται ἀφ' ἡμῶν). 11, 12 alienavit se ab Alexandro (ἠλλοιώθη) et manifestatae sunt inimicitiae eius. 15, 27 alienavit se ab eo (ἠλλοτριοῦντο αὐτῷ). *cf. p. 1563, 76.* alienatus: *inimicus, aversus*: Cic. Pis. 96 legati, qui una fuerant, alienati, tribuni mil. inimici. Phil. 12, 10 qui quondam in eadem causa erant et propter multorum annorum iniurias alienati a senatu putabantur. Att. 1, 18, 3 exagitatus senatus, alienati equites R. 7, 4, 2 plane illum a se alienatum. 11, 10, 2 alienata Italia (*sc. a Caesare, Antoni culpa*). ad Q. fr. 2, 3, 4 contionario . . . populo a se prope alienato, nobilitate inimica, non aequo senatu, iuventute improba. 15, 1, 5 auxilia . . . aut ita imbecilla, ut . . ., aut ita alienata a nobis, ut (*opp.* Deiotari et voluntatem et copias . . . nostras esse). Planc. Cic. epist. 10, 15, 3 *exercitus pars* corrupta est et ab re p. alienata (*aliter v. infra l. 53*). Q. Cic. pet. 14. Sall. Iug. 66, 2 alienati principes civitatis. Nep. Cim. 2, 4 *Cimon insulas* bene animatas confirmavit, alienatas ad officium redire coegit. Alc. 5, 1 *opp.* amici . . . facti. Liv. 8, 12, 10 alienatus a senatu Aemilius. 29, 3, 14 Syphacem . . . alienatum, Masinissam . . . infestissimum hostem *Carthaginiensium. nota* 35, 31, 4 pars principum alienati Romanis (a R. *edd. vet.*) totique Antiochi . . . erant. Ps. Frontin. strat. 4, 7, 37 Pythian quendam . . . alienatum sibi (*Philippo*). Tac. ann. 2, 28 *Tiberius* Libonem . . . convictibus adhibet, non vultu alienatus, non verbis commotior — adeo iram condiderat. Ivst. 6, 1, 7 regem Tissapherni alienatum. Mar. Victorin. rhet. p. 197, 7 si auditores non omnino erunt alienati . . ., si vehementer . . . alienati. *ab re*: Cic. ad Brut. 2, 2, 3 *Servilium* alienandum a re publica non putabam (*cf. supra l. 40*). fin. 3, 16 animal . . . ipsum sibi conciliari et commendari ad se conservandum . . ., alienari autem ab interitu iisque rebus, quae (Gell. 12, 5, 8 natus homo . . . voluptati . . . a natura conciliatus, a dolore autem quasi a gravi quodam inimico abiunctus alienatusque est). fin. 3, 18 a falsa . . . assensione magis nos alienatos esse quam a ceteris rebus. Sen. epist. 82, 15 illa . . . res morti nos alienat. *nota* Apvl. apol. 59 adeo . . . alienatus omni pudore, ut . . . mentiretur. Iren. 5, 1, 1 *Verbum* alienavit nos contra naturam, suos proprios faciens discipulos. Vvlg. Eph. 2, 11 eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel (ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας). 4, 18 alienati a vita dei per ignorantiam (Avg. civ. 19, 28 p. 404. *cf. supra l. 20*). Col. 1, 21 alienati et inimici. Severin. doctr. p. 128 impietas et omne, quod alienat a doctrina dei. Avg. civ. 16, 10 p. 141 genus humanum alienatum fuisse a cultu . . . dei. 17, 4 p. 204 *a gratia dei* superbi alienantur, ut cadant.

III *de mente et corpore* (*corrumpere, a suo statu detorquere*): **1** alienare mentem *etc.*: Caes. Gall. 6, 41, 3 sic omnium animos timor occupaverat, ut paene alienata mente . . . dicerent. Liv. 8, 18, 12 alienatas . . . discordia mentes hominum eo piaculo compotes sui fecisse. 10, 29, 2 velut alienata mente vana . . . iactare tela. 24, 26, 12 *virgines* alienata mente . . . velut captae furore . . . se . . . proripuerunt. 26, 14, 3 alienatis mentibus. 42, 28, 12 Iunonis Laciniae iram . . . alienasse mentem *pontificis* (*ibid.* minus compotem fuisse sui). Sen. epist. 87, 31 divitiae . . . usque eo mentem alienant, ut. Plin. nat. 28, 91 *hyaena magica arte allicit* ad se homines mentes alienans (-nantes, -natus, -natos *codd.*). 28, 93 alienari mentem. 30, 48 quos linquit animus aut quorum alienatur mens aut quibus vertigines fiunt. Qvint. inst. 6 praef. 11 *filius moribundus* alienatae mentis errorem circa scholas . . . habuit. Svet. Aug. 99 (*ibid.* mentis deminutio). Vlp. dig. 47, 10, 15 pr. si quis mentem alicuius medicamento aliove quo alienaverit. Chiron 147 iam habet . . . alienatam mentem iumentum (*cf.* 982). Avg. epist. 147, 31 utrum, sicut solet in vehementiore ecstasi, mens ab hac vita in illam vitam fuerit alienata (*ibid. supra*: ab huius vitae sensibus quaedam intentionis aversio). Liv. 2, 12, 13 *Scaevola dextram* cum velut alienato ab sensu torreret animo. 7, 15, 3 alienatis a memoria periculi animis. 30, 13, 12 illam furiam . . . omnibus delenimentis animum suum avertisse atque alienasse. Sen. contr. 7, 7, 18 alienatum iam suppliciis animum et errantem. Sen. dial. 5, 10, 3 quod alienat animos *aegrorum*. Fronto p. 184, 24 N. reconciliata commoda valetudine alias egi res . . .; adversus istam orationem alienato animo fui. Vvlg. IV Esdr. 10, 30 eram positus ut mortuus et intellectus meus alienatus erat. Theod. Prisc. log. 47 *epilempsia*, quod statum sensus penitus alienet.

2 alienare aliquem *i. mentem* (alienari: *insanire, delirare*; alienatus: *demens*): Liv. 3, 48, 1 decemvir alienatus (-to ς) ad libidinem animo negat. 25, 39, 4 hostes . . . velut alienatos sensibus. Vvlg. II Macc. 5, 17 alienatus mente Antiochus non considerabat (ἐμετεωρίζετο τὴν διάνοιαν οὐ συνορῶν). *sim.* Tert. anim. 6 tale . . . accidit *Chrysippo* alienato a prospectu et recogitatu praegnantum. *absolute*: Sen. epist. 85, 24 istuc dementis alienatique, non fortis est. Capitol. Pius 12, 7 alienatus in febri . . . locutus est. Sen. dial. 2, 3, 1 sapientem negastis insanire, non negatis et alienari et parum sana verba emittere. Theod. Prisc. log. 49 simili mentis confusione alienantur *scotomatici*. 50 *furentes* si . . . plus fuerint alienati. Cael. Avr. acut. 1 pr. 6 mente alienantur, qui . . . biberint. 1, 15, 123 phrenitici non solum alienantur, sed febricitant. 3, 5, 51 *apoplectici* parva conversione mentis afficiuntur, ut aut alienentur aut tristes . . . videantur. Oribas. syn. 9, 51 febriunt . . . et alienantur. Sen. nat. 2, 53, 2 *odor sulpuris* saepius haustus alienat (*ibid.* 1 dementes facit).

3 alienare *corporis partes* (*immutare a statu vigoris, sanitatis, vitalitatis*; alienari: *torpescere, hebetari*; alienatus: *emortuus, quasi non iam ad corpus pertinens*): Cels. 7, 16 p. 293 si . . . adhuc ea (*intestina*) sui coloris sunt, cum . . . festinatione succurrendum est, momento enim alienantur. 8, 10, 1 p. 346 id quod astrictum est alienatur. 8, 10, 7 et alienari et occupari cancro vulnus potest. Chiron 655 ex . . . epifora sanguinis ungulae fervore nimio alienentur (*sic*) et blateias subtus faciunt. Cels. 5, 26, 22 p. 191 id (*sc. carnis*) . . . quod alia parte dependens (*in vulnere*) alia inhaerebit, si alienatum adhuc non est. Sen. epist. 89, 19 in corpore alienato dolorem tactus expressit. Plin. nat. 23, 76 ulcera alienata. Chiron 33 *ustio* alienatas partes . . . in suo statu revocat (Veg. mulom. 1, 28, 2). 282 fervor facit membrana capitis alienata ad sanam mentem et sanitatem reverti (Veg. mulom. 3, 11, 4 debilitatem capitis tollit). 490 inmobilem et alienatam quasi vulsam coxam *iumentorum syrmaticorum* (Veg. mulom. 5, 21, 1 alienata . . . vel emota [*i. immota?*] coxa. 5, 21, 2 nervos . . . immobiles et velut alienatos). 733 liquor sanguinis . . . alienatus (abenatus *cod.*). *ibid.* ungulae alien⟨at⟩ae. 734 blateiat alienatus sanguis. Soran. 2, 31 (89) si . . . frequente casu *matrix* alienata fuerit, ut et nigrescat. *ibid.* ferro nigredinem ipsam alienatam et mortuam praecidimus. *ibid. matrix* valitudine ipsa alienata et mortua. Cael. Avr. chron. 4, 3, 28 alienatae sordes detrahuntur.

alienatus (*subst.?*) morbus *iumentorum*: Chiron 312 de alienato. si quod iumentum alienatum morbum habuerit, signa haec ostendit. *ibid.* morbus alienatus maleus. Veg. mulom. 5, 22, 1 alienatum morbum auctores vocaverunt. *ibid.* 2 alienatus *vocatur*, quod eripit animalibus sensum (*cf. sub* maleus). *subst.* alienatus, -i? Chiron 313 hi (hic *cod.*) . . . alienati . . . subito moriuntur.

IV *de cogitatione et iudicio* (*separare cogitando, discernere, abiudicare*): Hil. op. hist. frg. 2, 8 separantes . . . filium et alienantes verbum a patre, separari ab ecclesia . . . et alienos esse a nomine Christiano (Cassiod. hist. 4, 24 *syn.* dividunt a). Avg. civ. 5, 1 p. 190 *fatum* aliqui alienant a dei voluntate, aliqui ex illa etiam hoc pendere confirmant. 7, 7 p. 283 *Terminum* ab diis selectis non alienarent. 17, 4 p. 208 nec illud ab illo alienabo, quod additum est. serm. 237, 1 'verbum caro factum est' prorsus alienant a sua fide *haeretici*.

V ***singularia*:** Plin. nat. 20, 197 sacopenium, quod apud nos gignitur, in totum transmarino alienatur (*i. adulteratur ita ut suam ipsius naturam exuat?*). Itala iud. 19, 8 (Lugd.) alienabat (*sc. a proposito*) eum (*generum proficisci cupientem*), donec transiret dies (*in* LXX *et* Vvlg. *plane alia sententia*).

structurae: *alienare ab aliquo*: *passim, cf. supra.* de *aliquo*: Corp. V 4057, 8. VI 13040, 9. *alicui*: Liv. 44, 27, 8 (35, 31, 4 *dubium v. p. 1565, 46*). Vell. 2, 112, 7 Sen. epist. 82, 15 Qvint. inst. 5, 10, 17 Ps. Frontin. strat. 4, 7, 37 Vlp. dig. 4, 7, 4 pr. *al.* Pompon. dig. 21, 1, 46 Gaivs dig. 4, 7, 3, 3 Ivst. 6, 1, 7 *cf.* Plavt. Merc. 833. *aliqua re*: Apvl. apol. 59 Salv. eccl. 3, 67 (*dat.?*). erga *aliquem*: Tac. hist. 4, 49. contra: Iren. 5, 1, 1. in *aliquem*: Pomp. Trog. prol. 32, 4. in *aliquid*: Avg. epist. 147, 31.

synonyma: *ad I*: abalienare, abducere, abiungere, removere, (distrahere). *ad II*: avertere, immutare, removere ab amicitia, seiungere. alienatus: inimicus, offensus (Liv. 8, 35, 12 infensus). *ad III*:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dementem facere. alienari: insanire. alienatus: demens, errans, mortuus. *ad IV*: dividere. *opposita*: *ad I*: suum facere, redhibere, redimere, retinere. *ad II*: adiungere, allicere, commendare, (re)conciliare. *ad* alienari: praesto esse, esse alicuius. *ad* alienatus: bene animatus, amicus. *ad III*: *ad* alienatus: compos sui.

derivata: alienatio, alienator. ⌐ *compos*. abalieno.

Aliēnsis *v. sub* All-

aliēnus, -a, -um [*ab* alius. *Th.*]. aliénus *scribitur*: CORP. IX 4169 FRG. Oxyrhynch. Grenfell-Hunt I nr. 3ᵛ 6. alienā *trisyllabum in hexam. cum ictu in prima*: CARM. epigr. 1073, 5 (*saec. I Narbone*). *compar.* alienior: TER. Ad. 110 CIC. Caecin. 14 Vatin. 36 Cluent. 162 off. 2, 23 ad Q. fr. 1, 2, 16 ad Brut. 1, 1, 1 epist. 1, 9, 16. 2, 17, 7. 11, 27, 8 Q. CIC. pet. 40 LIV. 23, 22, 8 VAL. MAX. 3, 4, 2 SVET. Tib. 12 GELL. 19, 7, 13 MAR. VICTORIN. rhet. p. 217, 34 DON. Ter. Andr. 788 AVG. civ. 2, 10 p. 64 COD. Iust. 7, 64, 6 *a. 285 al. sup.* alienissimus: CIC. Quinct. 51 *deinceps passim* (maxime alienus: PLAVT. Capt. 99 CIC. Caecin. 24). *vocabulum passim habetur inde a* LEG. tab. XII, *non in* HOR. *carm. et epod. collocatio certis praeceptis non videtur regi, nisi quod* aes alienum *sollemnis est iunctura* (*cf. sub* aes). *de significatu cf. Skutsch de nom. lat. suffixi -no- ope formatis Vratisl. 1890 p. 15 sq.* GLOSS. alienum ἀλλότριον. [*hisp.* ajeno. *M.-L.*]

I ***proprie:*** *qui ad alium pertinet, qui alterius est* (*sic interdum ad genetivum vocabuli* alius *evitandum, cf. p. 1569, 38 al.*):

A ***de rebus*:** **1** *mancipi*: *iure vel possessione non meus* (*velut pecunia, supellex, bestiae, servi, sim.*; aes alienum *v. sub* aes): LEG. XII tab. 8, 8ᵇ Bruns (*cf.* 8, 7 Schoell) neve alienam segetem pellexeris (*cf.* AVG. civ. 8, 19 p. 349). PLAVT. Asin. 540 etiam opilio, qui pascit ... alienas ovis, aliquam habet peculiarem. 874 fundum alienum arat, incultum familiarem deserit (*v. Otto, Sprichw. 149*). Bacch. 585 alieno ostio. Capt. 77 quasi mures semper edimus alienum cibum (Persa 58. 337 TER. Eun. 265. *cf. Otto, Sprichw. 234; Leo, Plaut. Stud. p. 94*). Mil. 879 ire in opus alienum. 994 qui rem alienam potius curet quam suam (Most. 942 Stich. 199. *similia passim. cf. sub 2 et* alienum *subst.*). 1168 ire in alienam domum (*sim.* Rud. 116 RHET. Her. 4, 30, 41 CIC. dom. 105 leg. 2, 61 HOR. sat. 2, 6, 70 OV. Ib. 113 MANIL. 5, 363 VITR. 2, 1, 2 PAVL. FEST. p. 117, 2 SEN. contr. 1, 1, 10 SEN. Phoen. 511 Med. 22 QVINT. decl. 262 p. 73 LABEO dig. 32, 30, 6 DIG. *passim* APVL. met. 4, 12 *al.* CAPITOL. Pius 11, 8 HIER. epist. 108, 6 SVLP. SEV. dial. 3, 4, 4 *al.*). TER. Eun. 588 in alienas tegulas venisse clanculum per impluvium. Phorm. 706 alienus canis. PACVV. trag. 170 regni alieni cupiditas. RHET. Her. 4, 18, 25 qui suis rationibus inimicus fuerit..., ... alienis rebus amicum fore. VARRO rust. 1, 21, 1 alienum pecus in suo fundo pascat. CIC. S. Rosc. 6 in alienam pecuniam ... invaserit. 50 suos ... agros ... colebant, non alienos ... appetebant. Verr. 3, 46 praedare in bonis alienis. Caecin. 58 si tuus servus nullus fuerit et omnes alieni ac mercennarii (63). Cael. 53 ignotis alienisque servis. inv. 1, 38 alienus an ipsius, de quo agitur, locus. Att. 6, 1, 26 falsas inscriptiones statuarum alienarum (*cf.* LAMPR. Comm. 17, 6). 7, 13ᵃ, 2 spes omnis in duabus insidiose retentis (*a Pompeio*), paene alienis (*quia Caesaris*) legionibus. CAES. Gall. 4, 8, 1 suos fines tueri ..., alienos occupare. civ. 1, 11, 1 *al.* SALL. Catil. 52, 11 bona aliena largiri liberalitas ... vocatur. 58, 13 amissis bonis alienas opes expectare. VERG. georg. 4, 244 sedens aliena ad pabula fucus. AETNA 86 nec metuunt *poetae* oculos alieno admittere caelo (*sc. deorum*). HOR. sat. 1, 1, 10. 1, 3, 116. epist. 1, 18, 13 nummos alienos pascet. OV. ars 1, 349 fertilior seges est alienis semper in agris, vicinumque pecus grandius uber habet (*cf. Otto, Sprichw. p. 13*) LIV. 2, 1, 4 *plebs* in aliena urbe (*sc. Roma, quam non suam habitabant*) cum patribus serere certamina. 6, 41, 10 pecunias alienas... dono dant. 28, 44, 2 alienos finis ..., tuos. PAVL. FEST. p. 28, 8 adulterina signa dicuntur alienis anulis facta. FEST. p. 250, 23 *v. sub* aurum. SEN. contr. 2, 1, 20 *al.* contr. exc. 5, 1 tot... fundorum dominus aliena arbore suspendo laqueum. contr. 10, 5, 20 furibus alienis poculis ansas mutantibus. LEX VRSON. 4, 1, 44 ne... quis alieno loco sedeat *in spectaculis*. SEN. Herc. f. 331 aliena ... sceptra concutiens Lycus. dial. 6, 10, 1 *quae circa nos ex adventicio fulgent*, alieni commodatique apparatus sunt. 7, 26, 6 *Iovem* regni alieni paternique expugnatorem. COLVM. 6 pr. 2 pabulum ... domesticis pecudibus magis quam alienis depascere. PETRON. 13 alienam rem domino reddere. QVINT. decl. 292 p. 163 patuit ... domus, sed non sua; excepere servuli, sed alieni (298 p. 178). IVV. 3, 181 plus quam satis est ... aliena sumitur arca. 5, 2. TAC. Germ. 46 suas alienasque fortunas. hist. 1, 49 pecuniae alienae ... adpetens. *nota* PLIN. epist. 2, 20, 14 si ... aliena testamenta ... ipsis, quorum sunt illa, dictaverit. paneg. 35 alienas pecunias (*opp.* quas habent). EDICT. Vlp. dig. 11, 3, 1 pr. qui servum servam alienum alienam recepisse ... dicetur (*cf.* CORP. XV 7171 ne quis servum alienum suscipeat). *talia passim in* DIG. POMPON. dig. 41, 1, 27 pr. si tuum scyphum alieno plumbo plumbaveris alienove argento ferruminaveris. GAIVS dig. 11, 7, 7 pr. qui intulit mortuum in alienum locum. VLP. dig. 9, 2, 49 pr. si quis apes alienas fugaverit. PAVL. sent. 5, 6, 9 alienam ... aquam usurpanti. APVL. met. 7, 11 ludis de alieno corio (*cf. Otto, Sprichw. p. 92*). TERT. nat. 2, 15 qui in alieno loco aut mercedibus habitant. AMM. 30, 4, 21 alienis gremiis excutiunt praedas. VVLG. exod. 21, 35 si bos alienus bovem alterius (τινὸς ταῦρος τὸν ταῦρον τοῦ πλησίον) vulneravit. lev. 10, 1 offerentes ... ignem alienum (ἀλλότριον). Sirach 40, 30 alit ... animam suam cibis alienis (ἀλλοτρίοις). Rom. 14, 4 qui iudicas servum alienum. CLAVD. 20, 87 alieni prodigus auri. *de eis rebus, quae in iure sunt auctoris vel artificis*: CIC. div. in Caec. 47 *librum* ex alienis orationibus compositum. SEN. epist. 88, 39 Aristarchi notas, quibus aliena carmina conpunxit. SVET. Nero 52 nec ... aliena *carmina* pro suis edidit. MART. 1 praef. 9 in alieno libro ingeniosus *interpres*. QVINT. inst. 10, 4, 2 *ad scripta nostra* post intervallum velut nova atque aliena redeamus. CAPITOL. Pius 11, 3 orationes ... alienas dixerunt, quae sub eius nomine feruntur (*opp.* proprias).

2 *nec mancipi*: **a** *genere, origine, proprietate, natura non meus*: *de corpore, corporis partibus*: PLAVT. Capt. 817 alieno naso ... exhibent molestiam *piscatores pisces foetidos vendentes*. Trin. 82 ne admittam culpam, ego meo sum promus pectori; suspicio est in pectore alieno sita. PACVV. trag. 84 plus ... ex alieno iecore sapiunt quam ex suo *auspices*; *cf.* LVCR. 5, 1133. ACC. trag. 170 *augures* auris verbis divitant alienas, suas ut auro locupletent domos. CIC. Cluent. 32 per alieni corporis ... cruciatum (*opp.* suo corpori vim attulisset). Att. 1, 9, 1 *v. infra l. 84. nota* HOR. sat. 2, 3, 72 malis ridentem alienis (*Hom. Od. 20, 347 γναθμοῖσι γελώων ἀλλοτρίοισι. cf. Otto, Sprichw. p. 205*). 2, 7, 82 duceris ut nervis alienis mobile lignum. OV. epist. 18, 103 in tua si veniunt alieni colla lacerti. met. 3, 139 aliena ... cornua fronti *Actaeonis* addita. *sim.* 9, 76 versus in anguem arma aliena moves. LIV. 1, 41, 3 qui alienis manibus pessimum facinus fecere. *cf.* 3, 36, 1 alienae personae (*opp.* suo ... ingenio). 26, 22, 6 cum alienis oculis ei omnia agenda sint. 39, 5, 3 non pendere ex alterius vultu ac nutu nec alieni (-nis *al.*) momentis animi circumagi. VAL. MAX. 2, 1, 5. 8, 7 ext. 5 animo tantummodo vita fruebatur, corpore vero quasi alieno et supervacuo circumdatus erat. *nota* SEN. dial. 9, 11, 9 horae momentum interest inter solium et aliena genua (*sc. quae supplex amplectitur*). 10, 14, 4 *clientibus* suum somnum rumpentibus, ut alienum expectent (10, 19, 3). epist. 45, 13 vita ... cunctantes *homines* quasi aliena transcurrit. 88, 38. LVCAN. 9, 888 alieno in pectore. PLIN. nat. 29, 19 alienis pedibus ambulamus (*sc. cum sella gestamur*) *eqs.* 32, 62 dicemus *id* aliena lingua (*i. Muciani verbis*). VAL. FL. 8, 164 aegra ... verba errantesque genae atque alieno gaudia vultu (*Medeae; cf. Leo, Gött. Gel. Anz. 1897, 974*). SIL. 12, 92 *Daedalus* aliena tollere in auras ausus se penna. STAT. Theb. 12, 25 hi corpora, at illi caesorum tantum ora (*sc. abscisa*) vident alienaque iuxta pectora. QVINT. inst. 11, 1, 39 velut ore alieno loquimur *in fictione personarum*. IVV. 3, 105 aliena sumere vultum a facie. 10, 229 cibum accipiunt digitis alienis. *aliter* APVL. met. 4, 27 me pedibus fugientem alienis (*sc. per somnum*). TERT. nat. 1, 20 ⟨trabem⟩ de oculo vestro, ... stipulam de alieno (VVLG. Matth. 7, 3 fratris tui). AMM. 14, 6, 23 alienis oculis visa ... labes. HIER. epist. 51, 3 quamquam ... hoc in corde meo semper orem, ... numquam in alienas aures protuli. 130, 7 alienis capillis ... verticem struere. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 25 corniculam ... alienis se pennis vel coloribus depingentem (*cf.* HIER. Didym. spir. praef. p. 106 epist. 108, 15). *de aliis rebus corporalibus vel ad sensus pervenientibus*: CIC. rep. 6, 16 *stella* luce lucebat aliena (HYG. astr. praef. p. 21, 12 *al.* CLAVD. 3, 9). LVCR. 2, 713 sua cuique ... in artus corpora discedunt ... at contra aliena videmus reicere in terras naturam (*cf.* DIRAE 101 dulcia amara prius fient et mollia dura ..., migrabunt casus aliena in corpora rerum, quam. LIV. 31, 12, 8 errantis ... in alienos fetus naturae *agno cum suillo capite nato similibusque portentis*). VERG. georg. 2, 76 aliena ex arbore germen includunt (*sc. in inserendis arboribus*; *cf.* OV. met. 14, 631 *et l. 62 et 69*). PAVL. FEST. p. 112, 6 infectores, qui alienum colorem in lanam coiciunt. SEN. nat. 1, 7, 2 in speculo ... simulatio quaedam coloris alieni (*cf.* 1, 15, 7). COLVM. 10, 38 aliena stirpe gravata mitis adoptatis curvetur frugibus arbos. 12, 28, 4 nulla res alienum odorem celerius ad se ducit quam vinum (PLIN. nat. 14, 110). MELA 2, 30 Strymon ... alienis ... aquis fit amplior. PLIN. nat. 15, 16 olivas ... alieno sapore infici. 15, 107 (*opp.* suus quidam ac peculiaris). 21, 75 *venenati mellis signum* odor alienus. 22, 94. 37, 129 totiens iactati per alienas pulchritudines nominis (*i. aliis rebus pulchris inditi*. 131). STAT. silv. 2, 1, 101 transertos alieno in robore ramos. Theb. 2, 137 *Aurorae adventu* alienum (*i. non iam suum*) ... aethera tardo Lucifer exit equo. MART. 2, 12, 2 olent tua basia myrrham ... tibi est numquam non alienus odor. PLIN. epist. 5, 6, 32 *platani* summae suis ..., imae alienis frondibus (*sc. hedera*) virent. 8, 17, 2 *Tiberis* obvius sistere cogit *flumina* atque ita alienis aquis operit agros, quos ipse non tangit. CELS. dig. 33, 10, 7, 2 si ea, de quibus ambigeretur, quin in alieno genere essent ..., supellectili quis adscribere solitus sit. APVL. Socr. 1 p. 118 *luna* proprii candoris expers, alienae lucis indigua. SORAN. 2, 16 (51) orificium matricis ... membrano aut aliqua re aliena clusum. *cf. sub* alienum, -i. *nota* MANIL. 4, 311 nunc quae sint coniuncta quibus quove ordine, reddam, ne lateant aliae vires aliena per astra (4, 376).

b *propinquitate, amicitia, notitia non noster*: LVCIL. 808 flent alieno in funere (*i. non suorum*) praeficae. LVCR. 6, 1283 suos consanguineos aliena rogorum insuper exstructa ... locabant (*cf.* OV. met. 7, 610 SEN. Oed. 64). CIC. Att. 1, 9, 1 nostrum familiarem sermonem in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

alienas manus devenire. *nota* LIV. 1,20,3 sacerdotium ... genti conditoris haud alienum. SVET. Dom. 12 confiscabantur alienissimae hereditates. PS. HIL. libell. 19 alienae consanguinitatis affectu. COD. Iust. 6,59,11 pr. *a. 529* fraterno consortio eiusdem vel alieni matrimonii ... arcessito. CORP. VI 13152, 9 corpus alienum invehere *in monumentum. cf.* 36627. **c** *natione, civitate, regione non noster* (*exterus, peregrinus, sim.*): CIC. or. frg. A XIV 24 qui armis cessissem vel tuis urbanis vel, ut opinio tum erat, alienis (LIV. 34,17,4 alienis [*i. mercennariis*] ... armis parabant bellum. 34, 49, 11 alienis armis partam, externa fide redditam libertatem). Verr. 5, 114 conservate vestram *religionem*; neque enim haec externa vobis est religio neque aliena. SALL. Catil. 51,37 maiores nostri ... aliena instituta ... imitarentur. NEP. Epam. 1, 1 ne alienos mores ad suos referant. LIV. 1,25,13 dicionis alienae facti *Albani*. 24,3,12 in alienos ritus mores legesque ac mox linguam etiam verterentur (FEST. p. 289, 14). VAL. MAX. 2,7 ext. 2 aliena (*i. externa*) prospexisse ..., propriis ... exemplis gloriari. *talia saepius. nota* 8, 14 ext. 1 si aliena imitatione capiebatur, Themistoclis ardorem esset aemulatus. SEN. dial. 12,11,5 alienam ... orationem. CVRT. 6, 6, 10 dedi (*inf.*) ... alienis moribus et externis. MELA 2, 77 sedem alienam (*opp.* morem suum). LVCAN. 6, 451 abducet superos alienis (*i. Babyloniis, Aegyptiis, cett.*) Thessalis (*maga*) aris. 10, 293 alieno gurgite. PLIN. nat. 12, 14 peregrinae *arbores sunt* ..., quarum Graeca nomina aut aliena (*opp.* incolarum numero esse). 16, 136 alienas ... advenasque *arbores*. QVINT. inst. 1, 5, 60 nec alienis egere institutis *linguam latinam*. 1, 5, 68 Romani *verbum* 'epiredium' suum ex alieno utroque (*syn.* peregrinis) fecerunt. 5, 10, 86 'ex efficientibus' ... alieno nomine vocant ἐκβάσεις. decl. 255 p. 46 non aliter quam si vallum hostis invaserit, alienos habitus, aliena arma video. 298 p. 178 *servus* emitur, quia coloris alieni est. TAC. hist. 3, 20 aliena munimenta (*i. hostium. cf.* CORIPP. Ioh. 2, 458). TERT. nat. 1, 13 exorbitantes ... a vestris ad alienas religiones. VVLG. IV reg. 19, 24 bibi aquas alienas. *nota* Ier. 8, 19 in vanitatibus alienis (*i. gentium*). *cf.* 19, 4.

3 *de rebus incorporalibus* (*statibus, actibus, studiis, negotiis, quae aliorum sunt*): PLAVT. Cist. 778 nil moror aliena mi opera fieri pluris liberos (*cf.* Truc. 460 alienos dolores mihi supposivi, *puerperium simulans; cf.* 807). Mil. 646 commemini et meae orationis iustam partem persequi et meam partem itidem tacere, quom aliena (*i. alterius*) est oratio. Persa 212 tuo ex ingenio mores alienos probas. TER. Andr. 152 alieno more vivendumst (*opp.* 153 meo). Eun. 399 labore alieno ... partam gloriam ... in se transmovet (*cf.* CIC. inv. 2, 113). *nota* Ad. 75 alieno metu (*opp.* sua sponte). CATO agr. 1, 4 caveto alienam disciplinam temere contemnas. RHET. Her. 2, 16 alieni sermonis molesti interpellatores. 2, 26 quod alieno inductu fecerit. 4, 4 in arte sua posse et alienis exemplis uti (4, 7. 10. 18). 4, 12 ad paucos ex alieno peccato iniuria pervenit. 4, 52 suae pudicitiae proditor ..., insidiator alienae (SEN. contr. 1 praef. 9). VARRO Men. 260 altus (*part.*) alieno sumptu. CIC. inv. 1, 15 causa transfertur, cum aliena dicitur vi et potestate factum. div. in Caec. 20 ad alienam causam invitis eis, quorum negotium est, accedere. Cael. 21 alieno dolori ... vestrae fidei *consulere*. Verr. 5, 121 fortunam ... non alienam, periculum autem commune. Caecin. 57 procurator ... alieni iuris vicarius. p. red. in sen. 3 per se ..., sub alieno scelere. de orat. 1, 50 *orator* habuerit ... dicendi ex arte aliena (*sc. ex philosophia*) facultatem. orat. 132 uterer exemplis domesticis ..., uterer alienis, vel Latinis ... vel Graecis (Phil. 13, 15). part. 57 cito ... exarescit lacrima, praesertim in alienis malis. Tusc. 4, 16 malivolentia laetans malo alieno. off. 3, 73 alieni facinoris munusculum non repudiaverunt. nat. deor. 2, 32 non alieno inpulsu, sed sua sponte. div. 2, 40 deus *Epicuri* nihil habens nec sui nec alieni negotii. parad. 46 (*opp.* suus). Att. 2, 19, 4 meam ... invidiam, alienam. 14, 17ª, 4 falsam hereditatem alienae gloriae. epist. 5, 12, 5 ceteris ... nulla perfunctis propria molestia, casus autem alienos sine ... dolore intuentibus. SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 5, 5 in alienis morbis profitentur ... scientiam, ipsi se curare non possunt. CAECIN. Cic. epist. 6, 7, 4 cum plurima ad alieni sensus coniecturam, non ad suum (*sc. cuiusque*) iudicium scribantur. PVBLIL. B 5 bonum est fugienda aspicere in alieno malo (*Otto, Sprichw. p. 14*). M 72 P 6. LVCR. 1, 264 *natura nullam* rem gigni patitur nisi morte adiuta aliena (*cf.* 2, 550). SALL. Catil. 7, 2 regibus ... semper ... aliena virtus formidulosa est. 20, 9. 35, 3 alienis nominibus (*opp.* meis). Iug. 15, 2. 85, 25. NEP. Hann. 12, 5 alieno arbitrio (*sic* arbitrium *passim; cf. II 412, 51*). *nota* VERG. Aen. 10, 780 sternitur infelix alieno vulnere (*i. quod hostis alii inflicturus erat; cf.* LVCAN. 2, 265). 10, 865 iussa aliena pati. HOR. sat. 1, 4, 128 teneros animos aliena opprobria saepe absterrent vitiis (epist. 1, 18, 77 *cf.* LIV. 21, 34, 2). epist. 1, 18, 39. OV. met. 8, 438 raptores alieni ... honoris. 15, 548. trist. 1, 8, 45 mala nostra minus ... aliena putares. 2, 264 matrona potest alienis artibus (*i. quae eam non decent*) uti. LIV. 1, 11, 3 alienis cladibus ceciderant animi. 1, 46, 7 *al.* 3, 26, 4 crevit ex metu alieno ... audacia. *nota* 3, 62, 9 equitem suo alienoque Marte pugnare (*i. tam pedibus quam ex equis; aliter* CVRT. 7, 7, 11 Bactriani ... quantum in nobis animi sit, alieno Marte experiuntur, *i. nobis cum aliis pugnantibus*). 6, 36, 8 ut ferme solent, qui a suis desciscunt, capti et stupentes animi vocibus alienis ('*i. ab aliis subiectis*' *Fügner*) id modo, quod ... praeceptum erat, ... praetendebant. 9, 40, 10 'ab laevone cornu victoria incipiet ... et dextrum cornu ... alienam pugnam sequetur?' 22, 34, 2 *Varronem* aliena invidia (*sc. Fabi Maximi*) splendentem. *nota* 26, 39, 13 prorae inter se iunctae haerebant, puppes alieno remigio circumagebantur (*i. alterius navis; aliter nec, puto, recte Breusing, Nautik d. Alten p. 95. idem, Lösung des Trierenrätsels p. 13*). 36, 40, 13 tribuni bello alieno se illigantis, ut suae (*loquentis*) victoriae fructu se fraudaret. *sim. saepe.* 39, 5, 5 suas inimicitias ..., alienas et mandatas. 39, 15, 14 cooperti stupris suis alienisque (*i. quae fecerunt et quae passi sunt*). SEN. contr. exc. 3, 3 neque ... quisquam alium potest in manum suam recipere, qui ipse in aliena manu est (3, 5). VAL. MAX. 1, 1 ext. 3 sacrilegium alienum (*i. quod alii fecerant*) rescidit. SEN. dial. 1, 2, 11 *Cato*, acerrimus sui vindex, alienae saluti consulit. 1, 6, 4 splendor (*opp.* verae foeditatis). 4, 11, 4 metu (*opp.* suo). 4, 28, 8 aliena vitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt (*cf.* PHAEDR. 4, 10, 3 LACT. inst. 2, 3, 16. *Otto, Sprichw. p. 14*). *nota* SEN. benef. 3, 31, 2 tu me expertem rationis genuisti, onus alienum. 4, 18, 3 societas *hominem* terris genitum ... in alienae naturae (*i. maris*) transmisit imperium. epist. 85, 36 gubernatoris ars alienum bonum est: ad eos, quos vehit, pertinet (85, 37). *nota* 88, 30 nullum alienum (*i. non ad se pertinens*) malum putat. 118, 2 sua satius est mala quam aliena tractare (*cf. Otto, Sprichw. p. 14*). CVRT. 7, 2, 4 *Polemonem* inter equites ... conturbatos alienus terror abstulerat (*cf.* PETRON. 89, 26 TAC. hist. 2, 16). COLVM. 3, 4, 1 curae. LVCAN. 7, 644 alieni poena timoris in nostra cervice sedet. PETRON. 79 indormivit alienis amplexibus (*i. alieni pueri*). PLIN. nat. praef. 30 scientiae. 13, 20 voluptas. 18, 31 optimum ... est, ut volgo dixere, aliena insania frui (*cf. Otto, Sprichw. p. 14*). VAL. FL. 6, 23. 474. QVINT. inst. 1 praef. 3 ne ... alienis ... vestigiis insisterem. 2, 1, 1 rhetores ... suas partes omiserunt et grammatici alienas occupaverunt. 9, 2, 58 imitatio morum alienorum, quae ἠθοποιία ... dicitur. decl. 381 p. 426 sceleratis naturale est alienam conscientiam fugere. PS. QVINT. decl. 8, 19 remedium. IVV. 6, 478 poenas alieni pendere somni (*i. quo alius peccavit*). TAC. Agr. 19 doctus per aliena experimenta. 32 hist. 1, 8 *al. nota* 4, 73 alienum servitium et dominationem sibi concupivit. ann. 11, 7 negotiis (*opp.* curas familiares). dial. 2 artium. PLIN. paneg. 7 non te propria cupiditas, proprius metus, sed aliena utilitas, alienus timor principem facit. 12 aliena occasione ... uti. SVET. Aug. 91 somnia (*opp.* sua). CELS. dig. 5, 1, 31 actionem. EDICT. Vlp. dig. 47, 10, 7 pr. existimationis. VLP. dig. 4, 2, 14, 5 in alterius praemium verti alienum metum (*cf.* MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 13). EDICT. Vlp. dig. 39, 2, 7 pr. damni infecti suo nomine promitti, alieno satis dari (*cf.* LEX repetund. 6). *talia saepe* (*aliter*: MOD. dig. 50, 1, 36 pr. sublato alieno nomine inscriptoque suo). PAVL. sent. 5, 6, 8 adipisci rem iuris alieni. GAIVS inst. 1, 48 personae sui iuris ..., alieno iuri subiectae. EDICT. Vlp. dig. 14, 1, 1, 19 in aliena potestate erit. *sic passim in* DIG. GAIVS inst. 3, 155 sive nostra gratia ... sive aliena. TERT. pudic. 22 proprio martyrio ..., alieno. PORPH. Hor. sat. 1, 1, 1 aliena sors vitae (*opp.* propria). PS. CATO dist. 3, 13 vita est nobis aliena (*iunge*: vita aliena) magistra (*cf. Otto, Sprichw. p. 14*). LAMPR. Alex. 12, 3 *Alexander* clarior ... alienis nominibus (*sc. Antonini, Magni*) non receptis. IVST. 35, 2, 2. OPTAT. 7, 4 p. 176, 9 aliena posse donare peccata. AVSON. 11, 6 *Echo* ludificata sequor verba aliena meis. 325, 64 *al.* AMM. 28, 4, 18 alienis laboribus venaturi. 17, 12, 15 aliena potestate eripi. 26, 6, 8 *al.* VVLG. Os. 8, 12 leges meas, quae velut alienae (ἀλλότρια) computatae sunt. I Cor. 10, 29 libertas mea iudicatur ab aliena conscientia (ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως). II 10, 15 gloriantes in alienis laboribus (ἐν ἀλλοτρίοις κόποις). AVG. civ. 1, 9 p. 15 parcunt ... peccatis alienis. 9, 5 p. 375 est ... misericordia ... alienae miseriae quaedam in nostro corde compassio. *nota* MACR. somn. 1, 3, 11 *somniorum* quinque sunt species: aut ... proprium aut alienum aut commune aut ... est. proprium ..., cum se quis facientem ... aliquid somniat; alienum, cum alium. CAEL. AVR. chron. 5, 11, 133 alienis laboribus exercitio, hoc est colluctantium vel coercentium, quam Graeci haterocopian vel τραχελισμὸν vocant. SIDON. epist. 1, 2, 8 cum fidem fecerit victoriae suae bilis aliena. 2, 2, 9 *al.* CORP. VI 10048, 15 *Diocles agitator* alieno principio victor. *cf.* INSCR. Notiz. degli scavi 1902 p. 510 tab. lin. 39 (*de re: Friedländer, Sittengesch. II^6 514*).

aliena verba, *i. translata, et sim. v. sub III*; alienum tempus *i. q. remotum v. sub 4, i. q. importunum v. p. 1578, 28.*

4 *de regionibus, terris, civitatibus, sim.* (*subest saepe notio longinquitatis, diversitatis morum et vitae: remotus, exterus, peregrinus*): PLAVT. (*? cf. Skutsch l. l. p. 16*) Poen. 1403 litis sequar in alieno oppido. CIC. Rab. perd. 28 peregrinari in aliena civitate, non in tua magistratum gerere. off. 1, 125 peregrini ... officium est ... minime ... esse in aliena re publica curiosum (*cf.* TAC. hist. 1, 1 inscitia rei publicae ut alienae). epist. 4, 7, 4 domi atque in patria ... in externis atque alienis locis. Sest. 7 in alienis terris iacentem. CATVLL. 63, 14 aliena ... petentes velut exules loca. 68, 100 terra aliena (*Troia*). LVCR. 5, 546 tellus non est aliena repente allata atque auris aliunde obiecta alienis (*sc. ab hoc mundo*). 6, 1119 *et* 1124 *v. p. 1577, 7.* BELL. Alex. 61, 2 in regionibus alienis sibique infestis. SALL. Iug. 54, 8 sua loca defendere ..., in alienis bellum gerere. NEP. Eum. 1, 2 alienae erat civitatis. VERG. Aen. 4, 311 si non arva aliena domosque ignotas

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

peteres (10, 78). ALBINOV. carm. frg. 21 aliena quid aequora remis ... violamus? OV. met. 7, 22 thalamos alieni ... orbis (*opp.* 7, 23 haec ... terra). LIV. 4, 48, 3 in urbe alieno solo posita. 9, 19, 6 Hannibali ... alieno in agro bellanti (22, 39, 13 in aliena, in hostili est terra). 28, 35, 10 in Hispania, aliena atque ignota terra (30, 32, 2). 30, 28, 2. *transl.* MANIL. 5, 395 cum se patrio producet ab aequore Piscis in caelumque ferens alienis finibus ibit. VITR. 6 praef. 2 doctum ... neque in alienis locis peregrinum neque amissis familiaribus ... inopem amicorum, sed in omni civitate esse civem. PAVL. FEST. p. 61, 1 qui in alienis civitatibus negotiantur. SEN. contr. 2, 5, 7 ex alieno litore petitos lapillos. VAL. MAX. 6, 7, 2 in alienis et hostilibus regionibus. SEN. dial. 11, 7, 3 *al.* epist. 4, 11 in aliena littora (101, 6). rem. fort. 3, 2 'peregre morieris'. nulla aliena terra mortuo est. CVRT. 6, 9, 28 LVCAN. 3, 341. 8, 337 quid transfuga mundi (*Pompeius*) ... aversosque polos alienaque sidera quaeris Chaldaeos culture focos? (SCHOL. quasi Parthi in alio orbe sint. *cf.* PLIN. nat. 2, 172 alieno molliorum siderum aspectu *sc. in zona septentrionali*). PLIN. nat. 12, 6 arborem ... ex alieno petitam orbe. 14, 1. 24, 89 STAT. Theb. 5, 530. 9, 378. MART. 12 praef. civitatis aures ... quaero et videor mihi in alieno foro litigare. QVINT. inst. 11, 1, 47 aliena civitate, ... tua. TAC. hist. 1, 1 *v. p. 1570, 76.* PLIN. epist. 4, 13, 9 nunc liberi vestri aliena in loca (*i. in oppida finitima*), mox alieni in hunc locum confluant. PAPIN. dig. 50, 1, 17, 6 in alienae civitatis finibus. TERT. pudic. 8 *filius prodigus* in aliena regione mendicat. ANTH. 469, 1 litora. OPTAT. 2, 15 p. 50, 17 in regionibus alienis (*i. exilio*). DICT. 2, 48. AMM. 17, 4, 9 mundi. HIER. epist. 51, 2 ad alienas ... provincias. VVLG. exod. 2, 22 advena fui in terra aliena (ἀλλοτρίᾳ). deut. 29, 28 *al.* CLAVD. carm. min. 28, 14 *Nilus* flumina profundens alieni conscia caeli. 27, 74 orbem. SACR. Leon. p. 461 terris. CASSIOD. var. 1, 34, 1 partibus *orbis.* 1, 34, 2. CARM. epigr. 1073 (*saec. I*) ne terra aliena ... obissent. *sim. de tempore remoto*: AETNA 573 iuvat Ogygiis circumdata moenia Thebis cernere ... felicesque alieno intersumus aevo. *aliter* SEN. suas. 6, 1 quid in alieno saeculo tibi? iam nostra peracta sunt. SEN. epist. 114, 13 multi ex alieno saeculo petunt verba, duodecim tabulas loquuntur.

B *de hominibus*: *non iunctus alicui familia, matrimonio, propinquitate, sanguine, amicitia, civitate, denique quovis vinculo societatis humanae*: **1** *non addita relatione*: *de iis, qui extra domum familiamque sunt*: PLAVT. Asin. 756 *Philaenium* alienum hominem intro mittat neminem (*cf.* 753 *sq.* Aul. 90 Men. 795). Cas. 586 non matronarum officiumst, sed meretricium, viris alienis ... subblandirier. Cist. 21. Mil. 264 osculantem cum alieno adulescentulo (338 viro). Mil. 652. 1402. LVCIL. 447 cum tecum est *femina*, quidvis satis est (*sc. ornatui*): visuri alieni sint homines, spiram *etc.* promit. CAECIL. com. 237 alienam ... mulierem. CATO Gell. 10, 23, 4 CIC. Cael. 37 HOR. sat. 1, 2, 34. 55. 2, 7, 46. *nota*: OV. rem. 681 nulla sit, ut placeas alienae, cura, puellae (*i. quae iam aliena facta est*). *aliter*: OV. Pont. 2, 10, 10 mea ... coniunx non aliena tibi (*i. propinqua*). LIV. 1, 46, 7 *al.* SEN. contr. 2, 2, 6 *al.* SEN. dial. 2, 7, 4 si quis cum uxore sua tamquam cum aliena concumbat, adulter erit. HOMER. 72 *Agamemno* solatur ... suos alienis ignibus ignes. MART. 3, 70, 3 QVINT. decl. 291 p. 160. IVV. 6, 21 alienum ... lectum concutere. TAC. hist. 1, 22 PAPIN. dig. 24, 2, 8 TERT. pudic. 4 LACT. inst. 1, 10, 5 EVTR. 9, 9. PS. HIL. libell. 13 alienam *uxorem* ... contingere. HIER. epist. 117, 6. *in* VVLG. (mulier) aliena *pro meretrice videtur dici, quia filiae Israel vetabantur prostare, deut. 23, 17; cf. p. 1572, 36* (*at* eccles. 41, 27 mulierem alieni viri. Ezech. 16, 32 mulier adultera, quae super virum suum inducit alienos). CLAVD. 5, 322. 10, 28 AVG. civ. 1, 16 p. 17 *al.* *de eis, qui extra propinquitatem et necessitudinem sunt*: TER. Hec. 576 alienum puerum tolli pro suo (649). CIC. Quinct. 87 defensum ... non ab homine alieno ..., sed ab ... propinquo ac necessario suo. Q. Rosc. 49 quem hominem? ... familiarem? immo alienissimum. Caecin. 14 ne forte quaeratis, num propinquus: nihil alienius. Cluent. 162 'testamento propinquus exheredatus ..., heres ... alienior institutus'. Brut. 62 in alienum eiusdem nominis infunderetur genus. OV. met. 13, 33 inserit Aeacidis alienae nomina gentis. SEN. contr. 2, 1, 13 iam ne liberi quidem nisi alieni placent. 2, 7, 8 *al.* VELL. 2, 3, 1 *Scipio Nasica* cognationi patriam praeferens et quidquid publice salutare non esset, privatim alienum existimans. 2, 15, 2 homines eiusdem et gentis et sanguinis ut externos alienosque fastidire. VAL. MAX. 7, 2 ext. 1 heres alienus (7, 8, 4 *opp.* proximi). SEN. epist. 12, 3 alienum mortuum tollere (PETRON. 54). OCTAVIA 140 sanguine alieno satum (*opp.* nato suo). STAT. Theb. 10, 709 externi patres alienaque ... pignora (*opp.* tuorum). QVINT. inst. 6 praef. 7 *al.* decl. 287 p. 153 alieni ... iuvenis (*opp.* fratris). TAC. ann. 1, 62 alienas reliquias an suorum. PLIN. epist. 6, 33, 4 FRONTO p. 57, 8 N. VLP. dig. 23, 3, 5, 14 si quis pro aliena filia dotem promiserit. PAVL. sent. 1, 21, 6 qui sepulcrum alienum effregerit ... eoque mortuum suum alienumve intulerit. *nota* GAIVS inst. 2, 241 alienus postumus, qui natus inter suos heredes testatori futurus non est (*ibid.* extraneus postumus). *sim. de bestiis*: VARRO rust. 2, 4, 13 scrofa ... suos alat oportet porcos, quod alienos ⟨non⟩ aspernatur (*trad.* quo alienos aspernantur). 3, 10, 3 VELL. 1, 16, 2 COLVM. 6, 24, 5. 6, 36, 2 *al.* PLIN. nat. 1, 11, 24 (*cf.* 11, 72). 10, 27 *al.* *de ignotis* (*maxime superlativo*): CIC. Quinct. 51 haec inter homines alienissimos, denique inimicissimos viri boni faciunt. div. in Caec. 50 ex ... alienissimis hominibus ... hospes ... recipiendus. Font. 3 hominum numerum ignotissimorum atque alienissimorum. Cael. 49 si quae non nupta mulier ... virorum alienissimorum conviviis uti instituerit. Att. 8, 4, 2 reo ... tam nocenti, tam alieno. 13, 49, 1 ad Q. fr. 1, 1, 15. *nota* epist. 3, 6, 4 ut tuum factum ... alieni hominis, ut levissime (len- *al.*) dicam, et fugientis congressum, meum vero coniunctissimi et amicissimi esse videatur. VERG. ecl. 3, 5 alienus ovis custos ... mulget. OV. Pont. 1, 7, 68 sim modo pars vestrae non aliena domus. LIV. 5, 3, 8 cum servis ... vetant domini quicquam rei alienis hominibus esse. CELS. 3, 9 p. 91 temeritas adiuvat; ideoque eiusmodi medici melius alienos aegros quam suos nutriunt. MART. 5, 19, 10 quis largitur opes veteri fidoque sodali aut quem prosequitur non alienus (*i. eiusdem ordinis et gradus, v. adnot. Friedländ.*) eques? 14, 122, 2 QVINT. inst. 4, 2, 103. 129 persona ... nostra (*i. pro qua loquimur*) ..., aliena. PS. QVINT. decl. 9, 15 alienum et ignotum ... hominem. PLIN. epist. 7, 24, 7 alienissimi homines. AVG. civ. 19, 7 p. 366 ut libentius homo sit cum cane suo quam cum homine alieno. COD. Theod. 2, 7, 1 (= COD. Iust. 3, 11, 2) *a. 314* si ... ad alienum iudicem (iudicium *Cod. Iust.*) trahitur. *de exteris et peregrinis*: LIV. 3, 12, 6 suum quam alienum mallent civem esse. SEN. dial. 9, 8, 5 alieno colono rura pretiosa. epist. 8, 5 gentis alienae. QVINT. decl. 341 p. 347 in aliam provinciam ..., inter ignotos homines, inter alienos. PLIN. epist. 10, 114, 3 adscribi civem alienum. paneg. 37 novi *cives* ... nisi simul cognationis iura inpetrassent, alienissimi habebantur, quibus coniunctissimi fuerant. 42 alienis ... mancipiis cariorem quam civibus suis. PAVL. sent. 5, 22, 4 Iudaei si alienae nationis ... servos circumciderunt. APVL. met. 3, 3 in hominem alienum (*syn.* peregrinum, *opp.* vestrum civem). *sic* dii alieni *i. 'nationum' passim ap.* ECCL., *ut* TERT. scorp. 2 deos alienos ex deis nationum. ITALA exod. 22, 28 (Filastr. 147, 1). OPTAT. 1, 21 p. 23, 18 HIER. epist. 129, 7 VVLG. gen. 35, 2. *al.* VVLG. exod. 21, 8 populo ... alieno vendendi *filiam* non habebit potestatem. iud. 19, 12. II reg. 22, 45 filii alieni (*iidem, qui* 44 populus, quem ignoro). prov. 2, 16 eruaris a muliere aliena et ab extranea (*cf. p. 1571, 54.* 7, 5 eccles. 9, 11. 12 *al.*). CORIPP. Ioh. 4, 649 acies aliena.

2 *addita relatione*: *alienus ab aliquo, alicui, alicuius*: PLAVT. Capt. 148 *v. infra l. 76.* TER. Phorm. 545 ego vobis, Geta, alienus sum? *nota* Ad. 326 Aeschinus ... alienus est ab nostra familia. :: ... quare? :: amare occepit aliam (*cf.* 338). CIC. Quinct. 73 erant ab hoc alienissimi. Verr. 2, 128 Tadius ... familiarissimus patris ..., non alienus a matris genere et nomine. Vatin. 3 quem a te alienissimum esse dixisses ('vix tibi notum' *dixerat*). Cluent. 87 hominem ab utroque alienissimum (*opp.* amicum necessariumque communem). dom. 111. Rab. Post. 6 nec ... regi, qui alienus ab hoc imperio esset, sed ei, quicum foedus feriri ... viderat. de orat. 2, 200 alienissimis a me, sed meis tamen civibus (*opp.* sodali). Phil. 11, 12 a qua (*urbe Roma*) cum sit alienus (*Saxa quidam* ex ultima Celtiberia). fin. 3, 63 hominem ab homine ob id ipsum, quod homo sit, non alienum videri. CAEL. Cic. epist. 8, 12, 2 homini alienissimo mihi et propter amicitiam tuam non aequissimo. OV. trist. 4, 3, 67 nec Semele Cadmo facta est aliena parenti, quod. LIV. 29, 29, 8 Mazaetullus ... non alienus sanguine regibus. *nota* PAVL. FEST. p. 79, 4 externus est alienus (-nae *vulg.*) terrae. TAC. ann. 16, 13 Faenio Rufo intimus et Veteri non alienus fuerat. FRONTO p. 23, 18 N. *Horatius* poeta mihi ... propter Maecenatianos hortos meos non alienus. VLP. dig. 2, 4, 10, 8 *filius adoptivus filii mei emancipati* mihi alienus est. APVL. flor. 18 p. 86 sum vobis nec lare alienus ... nec magistris peregrinus nec secta incognitus. HIL. in psalm. 68, 10 *Christus* fit alienus a fratribus suis et filiis matris suae hospes efficitur, a vitiis scilicet eorum, qui sibi secundum carnem consanguinei habebantur, alienus. DICT. 2, 5 Pelopidas, non alienos generis sui (*sc. Telephi; ibid.* propter consanguinitatem). 3, 5 sanguinis Priamidarum. 6, 7 Pelei. 2, 45 Rhesus ... haud alienus a Priami amicitia. HIER. epist. 121, 9 quando propinquos appellat et fratres iuxta carnem, in spiritu a se ostendit alienos. VVLG. Esth. 16, 10 Aman ... Macedo alienusque a Persarum sanguine. CLAVD. 10, 262 fac nulla subesse vincula cognatae *tibi*: quamvis aliena fuisses principibus, regnum poteras hoc ore mereri. AVG. civ. 18, 45 p. 326 Alcimus ... a genere sacerdotali ... alienus. *nota*: TYCON. 4 p. 42, 11 'in aquilonem', id est populum solis alienum, adversum meridiano.

absolute: **aliēnus**, -ī (aliēna, -ae), *quasi subst. cum comp. et superl.* *qui (quae) non est iunctus alicui familiae, propinquitatis, necessitudinis, societatis, civitatis vel alio quovis humanitatis vinculo* (*in eodem usu est comp. et superl.*): PLAVT. Capt. 146 alienus cum eius incommodum tam aegre feras, quid me patrem par facerest ...? :: alienus? ego alienus illi (ille *codd.*)? (151 *idem appellatur* amicus, *est parasitus*). Curc. 496 egon ab lenone quicquam mancupio accipiam ... ? alienos mancupatis, alienos manu emittitis alienisque imperatis. Epid. 581. Mil. 157 ni hercle diffregeritis talos posthac, quemque in tegulis videritis alienum. *nota* 431 *metuo*, ne ... nosmet perdiderimus ... persectari hic volo ..., nos nostri an alieni simus, ne clam quispiam nos vicinorum imprudentis aliquis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

immutaverit. Rud. 1063 alienon prius quam tuo dabis orationem? Stich. 102 numquis hic est alienus, nostris dictis auceps auribus? 487 apud me cenant alieni (*i. convivae, qui non familiae sunt*) novem.˙ Trin. 684 numquam erit alienis gravis, qui suis se concinnat levem. Truc. 175 ante ostium pro ignoto alienoque astas. 664. TER. Haut. 1029. Phorm. 582 ille si me alienus adfinem volet, tacebit, dum intercedet familiaritas (579 condicionem si cui tulero extrario). Ad. 137. 452 id illi ... dolet alieno, pater eius nihili pendit. 672 cur duxit alienam? (672 *opp.* cognatus). Ps. TER. Andr. alt. exit. 19 alienus abs te, tamen quis esses noveram. CIC. Arch. 19 illi alienum ... expetunt: nos hunc ..., qui ... noster est, repudiabimus? Verr. 6, 156 non advenam nescio quem nec alienum, sed ... civem. Mur. 8 ut amicis ... accusantibus ... alienissimos defendamus (45). har. resp. 56 quos ... non solum alieni, sed etiam sui, vicini tribules ... reppulerunt. Mil. 76 aequabiliter ... in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos inruebat. Phil. 2, 26 ab alienis potius consilium peterent quam a suis et foris potius quam domo? de orat. 2, 192 alienissimos defendimus (*cf.* 2, 200). 3, 23 sive inter alienos sive cum suis sive secum. nat. deor. 1, 74 Pythagoras solebat *celare* alienos (*i. non suae sectae*). leg. 2, 64 ne quis ea (*sepulcra*) deleat neve alienum inferat (*cf.* 2, 66). off. 1, 43 pecuniarum translatio a iustis dominis ad alienos. Lael. 19 cives ... peregrini, propinqui ... alieni (76 *opp.* amici). off. 1, 44 *opp.* proximi. ac. 2, 56 *opp.* sui. Att. 2, 20, 5. 10, 11, 1. ad Q. fr. 1, 2, 16 *opp.* amici. 1, 3, 2 mea vox in domesticis periculis ... occideret, quae saepe alienissimis praesidio fuisset. epist. 1, 9, 17 neque amicis neque etiam ... alienioribus ... desim. PVBLIL. M 17 ad alienum (*an neutr.?*) suescere. CAES. Gall. 6, 31, 4 se suaque ... alienissimis crediderunt. SALL. Iug. 10, 4 qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres sunt, caros habeas neu malis alienos adiungere. 10, 5 quem alienum fidum invenies, si tuis hostis fueris? PROP. 1, 15, 32 sis, quodcumque voles, non aliena tamen. OV. met. 9, 326 te ... alienae sanguine nostro rapta movet facies. 10, 340 ipsa ... damno est mihi (*Myrrhae*) proximitas: aliena potentior essem. LIV. 1, 53, 6 ab alienis in suos vertisse superbiam. 7, 4, 3 *saevitiam* non magis in alienis quam in proximis ... exerceret. 24, 5, 5. 40, 14, 11. PAVL. FEST. p. 222, 3 paelices ... appellantur alienis succumbentes ... feminae. RVT. LVP. 1, 10 patrem ... ut alienum deseruisti. SEN. contr. 2, 1, 9 qui abdicat suos, quaerit alienos. 2, 7, 8 quamvis aliena, quamvis ignota. contr. exc. 2, 7 quilibet alienus peregrinusque. contr. 9, 4, 12 *al.* VELL. 2, 76, 1 VAL. MAX. 3, 4, 2. 4, 5 pr. (*opp.* proximi). 9, 14 pr. inter alienos (*i. non cognatos*). ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 1, 9 supervenere *urbi* alieni et externi (*cf.* 1, 8 domesticis successoribus). SEN. benef. 3, 18, 1 beneficium esse, quod alienus det — alienus est, qui potuit sine reprehensione cessare —, officium esse ... earum personarum, quas necessitudo suscitat. *transl.* nat. 5, 16, 4 'eurus' iam civitate donatus est et nostro sermoni non tamquam alienus intervenit. PLIN. nat. 7, 7 tanta loquendi varietas (*in genere humano*), ut externus alieno paene non sit hominis vice. 9, 24 *delphinus* hominem non expavescit ut alienum. 35, 11. QVINT. inst. 3, 6, 102 *abdicatus* si esset numero alienorum (*opp.* filii iure). 5, 12, 7 parem, superiorem, alienum, propinquum. 7, 2, 22. 7, 4, 21 vir ... femina, alienus ... coniunctus. decl. 258 p. 53 extraneos ... et alienos. 278 p. 134. 315 p. 239 *al.* 321 p. 260 alienos ... ac nulla necessitudine inter se coniunctos. TAC. dial. 5 praesidium amicis, opem alienis ... feras. hist. 1, 37 subiectos nos habuit tamquam suos et viles ut alienos. 5, 5 *Iudaei*, proiectissima ad libidinem gens, alienarum (*cf. supra p. 1561, 39*) concubitu abstinent; inter se nihil inlicitum. ann. 3, 1 proximos, alienos. 6, 7 neque discerneres alienos a coniunctis, amicos ab ignotis. 15, 57. *nota* dial. 29 impudentia inrepit et sui alienique contemptus (*neutr. interpret. al.*). *nota*: FLORENT. dig. 49, 15, 26 nec satis est corpore domum quem redisse (*ex hostium potestate*), si mente alienus est (*sc. quia reditum ad hostes cogitat*). APVL. met. 7, 13. Ps. APVL. Ascl. 24 lingua ... cognoscetur Aegyptius, actibus ... videbitur alienus. IREN. 4, 30, 3 separatus est a gentilium coetu et nihil est alienorum (*i. gentilium?*) apud illum. GALLICAN. Avid. Cass. 10, 1. MAR. VICTORIN. rhet. p. 217, 34 patris, patrui, cognati, alienioris. DON. Ter. Andr. 788 *Chremes* quasi alienior est et ignotus Mysidi. OPTAT. 1, 28 p. 31, 6 *opp.* tuos parentes. 4, 5 p. 109, 16. ITALA Mal. 3, 15 (Lucif. Athan. 1, 38) nunc ... magnificamus alienos (ἀλλοτρίους; VVLG. arrogantes). HIL. c. Const. 23 qui dicunt de non extantibus esse filium dei *eqs.* alienos novit ... catholica ecclesia. Ps. HIL. libell. 21 proximos ..., alienos et inimicos. PRISCILL. tract. 10, 139 p. 101, 12 AMM. 16, 8, 10. 20, 11, 7. 26, 2, 9. Ps. ASCON. Verr. p. 194 'adventicia' ... ab alieniore hereditas. VEG. mil. 1, 28. HEGES. 1, 29, 9 *opp.* amicum. HIER. epist. 48, 5. 66, 12. 121, 5. 69, 9 *opp.* domesticis. 70, 2 stuprum in alienam. 117, 1 *opp.* filius. 117, 5 *al.* VVLG. gen. 31, 15 quasi alienas reputavit nos (*pater filias*). 42, 7. 45, 1 *al.* deut. 23, 20 non faenerabis fratri tuo ..., sed alieno (ἀλλοτρίῳ). Iob 15, 19 *al.* 19, 13 noti mei quasi alieni recesserunt a me (19, 15). psalm. 48, 11 relinquent alienis (*i. non propinquis*) divitias suas. prov. 5, 20 quare seduceris ... ab aliena (*opp.* 18 cum muliere adolescentiae. *cf. p. 1571, 55*). 27, 2 *syn.* extraneus. Ps. RVFIN. in Os. 1, 10 p. 971ᶜ alieni et hospites (*opp.* plebs *dei*). AVG. civ. 1, 1 p. 4 *al.* 18, 47 p. 331 ad convincendos quoslibet alienos ... nostrosque faciendos. 22, 22 p. 606 alienos, ... filios. SIDON. epist. 2, 2, 9. VICT. VIT. 3, 61 ut alienos (*i. Tullium, Sallustium, alios scriptores gentiles*) ... praeteream, si ... surgeret Eusebius ... aut ... Rufinus ... Ambrosius *eqs.* alienus *subst. i. q.* 'insanus' 'alienatus mente' *v. p. 1575, 72.*

nota: CIC. fin. 1, 17 in physicis, quibus maxime gloriatur *Epicurus*, ... totus est alienus: Democritea dicit perpauca mutans (*cf.* 1, 26 aliena dixit in physicis. *ibid.* hoc quoque alienum *dixit*; nam ante Aristippus). *de loco*: alienum facere *i. q. removere, auferre*: APVL. met. 5, 25 remigio plumae raptum maritum (*Amorem*) proceritas spatii fecerat alienum. 8, 8 lancea mali Thrasylli me tibi fecit alienum.

II ***translate***: *qui ab aliquo distat, abhorret natura, moribus, affectu, utilitate* (*abhorrens, diversus, infestus, inutilis, expers*): SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 107 aversus: alienus.

A ***homo*** (*animus*), *qui abhorret*: **1** *ab homine* (*saepe relatio subintellegenda, ut l. 22*): TER. Hec. 158 hunc (*adulescentem*) alienum ab sese videt *meretrix*. 658 cum eius alienum a me esse animum sentiam. Ad. 326 *v. p. 1572, 40.* 338 *Aeschinum* alieno (-num *Bemb.*) animo a nobis esse. CIC Mur. 56 Cato ... a Murena nulla re umquam alienus fuit. Sest. 39. prov. 19 quis plenior inimicorum fuit C. Mario? L. Crassus, M. Scaurus alieni (*sc. ab eo*); inimici omnes Metelli. Scaur. 39. Phil. 10, 10 habet inimicissimam Galliam; ... alienissimos Transpadanos; Italia omnis infesta est. 11, 10. Deiot. 22 cum a te esset alieno animo (24). Mur. 42 quid tua sors? tristis, atrox: ... scriba damnatus, ordo totus alienus (alienatus *al.*). Sest. 64 alienam a me plebem fuisse. 87 consulis alterius summum studium, alterius animus paene placatus; de praetoribus unus alienus. Planc. 11 nostrum est ... ferre modice populi voluntates, adlicere alienas, retinere partas, placare turbatas. Lig. 6 nullum ... signum alienae a te (*Caesare*) voluntatis *Ligarii* (24). de orat. 2, 72 is ... alienus atque iratus aut etiam amicus adversario et inimicus tibi est. Lael. 28 ab altero (*duce, sc. Pyrrho*) propter probitatem eius non nimis alienos animos habemus, alterum (*Hannibalem*) propter crudelitatem semper haec civitas oderit. Tusc. 5, 106 alienam et offensam populi voluntatem. Att. 3, 24, 1. 10, 12ᵃ, 3 legiones ... alienissimas esse (*cf.* 7, 13ᵃ, 2). 11, 13, 1. 13, 37, 2 ad Q. fr. 1, 2, 16 ad Brut. 1, 1, 1 epist. 2, 17, 7 *al.* 15, 4, 14 ut ⟨ex⟩ alienissimis sociis amicissimos ... redderem. Q. CIC. pet. 40 quorum voluntas erit abs te ... alienior. CAES. civ. 2, 27, 2 exercitus animos alienos esse a Curione. *nota* 1, 6, 2 alieno esse animo in Caesarem milites. SALL. Catil. 37, 1 neque solum illis aliena mens erat, qui conscii coniurationis fuerant, sed omnino cuncta plebes ... Catilinae incepta probabat. SEN. Herc. f. 2 soror Tonantis ... semper alienum (*quia paelicibus deditum*) Iovem ac templa summi vidua deserui aetheris. MART. 12, 52, 13 non aliena videt, sed amat Proserpina raptas. QVINT. decl. 257 p. 50 quis ... amare alieno animo potest? TAC. hist. 2, 74 Muciani animus nec Vespasiano alienus et in Titum pronior. 4, 68.˙ *nota* hist. 2, 22 ille Caecinae haud alienus (*i. aut aversus aut ignotus*). SVET. Tib. 12 privignum ... alieniorem sibi sensit. LACT. inst. 4, 26, 14 gentes ... alienae a deo. FIRM. err. 4, 2 *v. p. 1575, 14.* QVEROL. p. 51, 15 non sum alienus vobis. HIER. epist. 15, 3 alienus a Christo est. VVLG. I Macc. 12, 10 renovare fraternitatem et amicitiam, ne forte alieni efficiamur a vobis (ἐξαλλοτριωθῆναι). RVFIN. Adamant. 1, 27 peccator ... alienum se facit a deo (ἑαυτοὺς ἀπηλλοτρίωσαν). SVLP. SEV chron. 1, 42, 5 a deo alienissimum.

2 *ab re*: CIC. S. Rosc. 46 eo accessit studium doctrinae, ut ne a litteris quidem alienus esses (Verr. 3, 64). 135 alienum ... animum habuisse a causa nobilitatis. Verr. 6, 70 homines a piratarum metu ... alienissimos. Rab. perd. 15 hic se popularem dicere audet, me alienum a commodis vestris. Sull. 83 alienus a sanitate. de orat. 2, 20 ab hoc genere disputationis alieni. fin. 5, 43 ut ... ad scientiam, prudentiam, fortitudinem aptos animos haberemus a contrariisque rebus alienos. Att. 10, 4, 6. epist. 15, 4, 10 animi, qui alieni essent ab imperio nostro. Q. CIC. pet. 53 te a suis commodis non alienum futurum. *nota* SALL. Catil. 40, 5 *domus D. Bruti* propinqua erat neque aliena consili propter Semproniam. HOR. sat. 1, 9, 50 domus hac (*Maecenatis*) nec purior ulla est nec magis his aliena malis. PROP. 1, 8, 18 sit Galatea tuae non aliena viae (*i. faveat itineri*). OV. fast. 1, 396 quicumque iocis alienus erat. SEN. dial. 6, 2, 3 adulescentem ... patientem laborum, voluptatibus alienum. nat. 4 praef. 1 ambitioni alienus ..., familiaris otio et litteris. epist. 102, 28 voluptati (-ri *codd.*). COLVM. 3, 21, 3 alienissimus rusticae vitae ... naturae benignitatem miretur. QVINT. decl. 251 p. 27 neminem adeo fore alienum a bonis moribus ..., qui. PLIN. epist. 7, 4, 2 numquam a poetice ... alienus fui. VLP. dig. 4, 2, 9, 1 si alienus sum a vi (*opp.* ipse hanc tibi vim summisi). GELL. 1, 11, 18 maesti atque formidantes ab hac tam intrepida ... incedendi modulatione (*sc. Lacedaemoniorum ad tibicinum modos proelium ingredientium*) alieni sunt. 15, 21, 1 ferocissimos et inmanes et alienos ab omni humanitate (15, 21 tit. inhumanissimi). APVL. apol. 71 Pudentillam ... a nubendo non alienam. Ps. APVL. Ascl. 22 *dii* ne ab his (*disciplina et intellectu*) essent alieni. PRAEF. bibl. monarch. in Ioh. *Iohannes* tam extraneus a dolore mortis quam a corruptione carnis ... alienus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(AVG. serm. ed. Mai 169, 2 liber a dolore. *ibid.* intactus). TERT. anim. 31 *Pythagoras* musicae devotus, alienus studio et affectu (*abl. instrum.?*) Euphorbi. adv. Marc. 4, 6 Christum *Marcionis* ... a creatore separatum ..., ut alienum legis et prophetarum. 5, 12 *deum* saeviendi alienum, nec proprium saltem. PORPH. Hor. epist. 1, 11, 26 arbitros removeri dicimus, hoc est alienos (aliis *codd.*) a negotio. CYPR. Demetr. 3 qui ignarus divinae cognitionis et veritatis alienus es. zel. 13 zeli ac livoris alienus. sent. episc. 18 (*Sedati a Thuburbo*) non ... baptizatus regno (a regno *unus cod.*) caelorum fiet alienus. epist. 30, 3 est ... inmunis a scelere ..., alienus a crimine. VITA Cypr. 11 vitae terrestris alienus (*sc. deo integre serviens*). *nota* IVL. VAL. 2, 10 segnis cuiusdam et alieni de (*i.* a) bello sententiam. LACT. inst. 4, 30, 11 a spe vitae ac salutis alienus est ... ira. 7, 13 a natura hominis alienus vitam pecudum ... vivet. FIRM. err. 4, 2 cum sic (*sc. ornatu muliebri, sim.*) se alienos a viris (*i. a sexu virili*) fecerint *effeminati*. HIL. op. hist. frg. 2, 8 PS. HIL. libell. 10. OPTAT. 1, 10 p. 13, 14 *haeretici* a sacramentis catholicis alieni. 1, 12 p. 14, 21 *al. nota* 3, 9 p. 94, 11 nos ... inde alieni sumus. FILASTR. 75, 2 alieni ... Christianae salutis *haeretici*. 105, 1 rationis. 108, 2 morum *humanorum*. 108, 4 a natura hominum. 147, 6. PS. ASCON. div. in Caec. p. 194 *v. sub* Alienus. *nota* SCHOL. Cic. Bob. p. 355, 13 *Marium* in (a *al.*) doctrinae studiis alienum ... rei militaris scientia floruisse. PELAGON. 163 inlibatus et omni malitia alienus tuus ille ... affectus. AMBR. hex. 3, 9, 41 homo ... tam alienus a vero est, ut. Cain et Ab. 1, 10, 46 virilis est gratia, mulier ... sanctificationis aliena est. Noe 25, 93 cibi caelestis. HIER. epist. 98, 6 non ... alienus a culpa. 98, 9 huius sollemnitatis. 98, 12 a sollemnitate Christi. VVLG. deut. 21, 9 tu ... alienus eris ab innocentis cruore (Ios. 2, 19 sanguis ipsius erit in caput eius, et nos erimus alieni). 22, 31 a praevaricatione. II Macc. 4, 21 a negotiis regni. RVFIN. Adamant. 5, 14 alienus erat a fide Megetii (*ἀπηλλαγμένος τῆς πίστεως*). symb. 34. AVG. civ. 1, 9 p. 16 ab huiusmodi culpa penitus alienus. 1, 19 p. 33 alieni ab omni cogitatione sanctitatis. 1, 20 p. 34 *al.* 5, 26 p. 239 Claudianus *poeta* ... a Christi nomine alienus (*i. ethnicus*). 8, 14 p. 341 a quibus (*affectibus*) dii longe absunt et modis omnibus alieni sunt. 8, 18 p. 348 *al.* 9, 4 p. 372 utrum accidant sapienti passiones ... an ab eis sit prorsus alienus. 17, 18 p. 244 a mortis passione *Christus*. 21, 8 p. 504 a necessitate mortis. serm. ed. Mai 169, 2. 31, 3 peccati nescius, ... reati nostri alienus. MAR. MERC. Cyr. resp. p. 286 sunt ... a doctrina ... alienissimi. MACR. somn. 1, 2, 20 formarum talium (*syn.* ignaris). 1, 3, 12. 1, 6, 75 homo ... consilio aptus ... nec ab exercitio virium alienus. COD. Theod. 16, 5, 1 (= COD. Iust. 1, 5, 1) *a. 326* haereticos ... ab (*om. Cod. Iust.*) his privilegiis alienos esse. 12, 1, 124 *a. 392* ab omnibus alienus officiis (6, 4, 28 *a. 396*). 11, 39, 11 (= COD. Iust. 16, 7, 4) *a. 391* a consortio omnium segregati sint, a testimoniis alieni, testamenti ... non habeant factionem. 9, 14, 3 *a. 397* a ... proximorum hereditate ac successione ... alieni. 11, 20, 4, 1 *a. 423* a collatione (*opp.* pensionis inferat portionem). *nota* CASSIAN. inst. 3, 9, 3 omni Iudaica superstitione alieni. 5, 38, 1 omni inquietudine. 4, 14 *monachus* semet ... a cunctis (*sc. bonis monasterii*) extraneum et ex omnibus iudicat alienum, ut tamquam peregrinum se gerat. LEO M. serm. 11, 1 peccatorum (*syn.* extranei). 18, 3 *anima* totius pietatis ... aliena. 28, 3. 30, 4 fecunditatis. 44, 1. 45, 4. 96, 3. 39, 6 a fermento malitiae veteris alienus. *nota* AVELL. p. 192, 22 se ... ostendunt horum alienos (*i. ab horum doctrina*; *τούτων ἀλλοτρίους exempl. graec.*). CANON. Migne 56, 398 abscidatur a clero et alienus ab ecclesiastico habeatur gradu. PROSP. sent. 3 finis. resp. ad Vinc. 1 redemptionis. PS. PROSP. vocat. gent. 2, 14, 2 senex ... ab spe iam prolis alienus. 1, 9 *fin.* a fide ... alienos, ... vocationis extraneos. 1, 12, 2. 1, 17 multi ... doni huius alieni sunt. SALV. gub. 1, 19 expers ... intellegentiae ... et huius ... veritatis alienus. SIDON. epist. 7, 9, 22 vir ... totius popularitatis alienus. FAVST. REI. grat. 2, 10 p. 86, 11 alieni ... a caelestibus donis. 2, 11 p. 89, 19 *al.* ENNOD. epist. 3, 20 p. 87, 2 ab huiusmodi molestiis. *nota* dict. 20, 4 p. 481, 24 de sapore laudis. CASSIOD. var. 2, 8 a nostra munificentia. 2, 29 *ecclesia* ab omni iniuria. COD. Iust. 5, 27, 1 pr. *a. 336* maculam subire infamiae et alienos a Romanis legibus fieri (*cf.* COD. Theod. 4, 6, 3 *ubi*: peregrinos). 6, 28, 3 *a. 531* (*formula exheredationis:*) 'ille filius meus alienus meae substantiae (*gen.?*) fiat'. 10, 35 (34), 1 *a. 428* decurionum consortio. NOVELL. Theod. 22, 7 (= COD. Iust. 10, 35 (34), 2, 7) *a. 443* alienum eadem curia maritum (ab, ex eadem *al.*). BENED. reg. 4 saeculi actibus se facere alienum. alienus *i. q. insanus, a l i e n a t u s mente* (*cf.* alienus a sanitate *p. 1574, 61*): LVCAN. 5, 169 bacchatur demens (*Pythia*) aliena per antrum. FIRM. math. 3, 5, 29 facient alienos, deliros aut cardiacos aut freneticos. CHIRON 982 fiunt oculi eius grandes et totus (voltus *Buech.*) fictus est, quia incipit alienus fieri. *cf.* AMBR. Isaac 4, 11 factus ... a se ipso alienus Paulus *in ecstasi*. *sic* a l i e n a m e n s, alienus sensus: CYPR. epist. 59, 13 p. 681, 12 illis percussa mens et hebes animus et sensus alienus est: ira est dei, non intellegere delicta. COMM. instr. 1, 21, 2 aliena mente iurantes (*cf.* 1, 18, 11 mutata mente. 1, 17, 11 integra mente). AVSON. 393, 11 Musae ... inspirant vacuos aliena mente poetas. AVG. civ. 18, 18 p. 279 phantasticum ... illud ... appareat sensibus alienis.

B *res, quae abhorret*: **1** *a b h o m i n e* (*animo*): PLAVT. Capt. 99 occepit quaestum ... inhonestum et maxime alienum ingenio suo. Mil. 1288 multos multa admisse ... inhonesta ... atque aliena a bonis. TER. Haut. 77 homo sum: humani nihil a me alienum puto. Ad. 944 hoc mihi pravom, ineptum, absurdum atque alienum a vita mea videtur. CIC. Tull. 5 alienum mea natura videbatur ... dicere. Sull. 31 nihil est ... tam alienum ab eo, qui ..., quam videri. Vatin. 28 nihil ... fecit alienum aut sua virtute aut illis clarissimis Paulis. Phil. 8, 18 quamquam proprios dolores ... habebant, tamen ... civitatis ... miserias nemo erat civis, qui a se alienas arbitraretur. Mur. 90 quae ... alienissima a mansuetudine vestra. de orat. 3, 126 nullum genus disputationis a se alienum putasse. Brut. 299 ac. 2, 132 fin. 3, 68. 71. off. 1, 41 utrumque (*fraus et vis*) homine alienissimum. nat. 2, 77 ignoratio rerum aliena naturae deorum est. Att. 4, 16, 3 sermo non alienus a Scaevolae studiis. ad Brut. 1, 9, 1 est ... alienum tanto viro, ... non posse. epist. 7, 17, 1 quod a te alienissimum est, subimpudens videbare. 11, 27, 8 nec mihi gravius ... nec te (a te *al.*) alienius. OV. fast. 3, 395 nubere ... differ ...: pugna est aliena maritis (*cf. p. 1578, 45*). VAL. MAX. 2, 7, 12 ab alienissima sibi crudelitate. CELS. 1, 4 p. 22 ne cogitatio quidem ei satis tuta est; maxime tamen vomitus alienus est. 2, 10 p. 52 si materia deest, istud (*sc. sanguinem mittere*) alienum est. 2, 19 p. 67 aliae *res* idoneae stomacho, aliae alienae sunt (2, 25 p. 69). 3, 6 p. 85 cum omnibus febricitantibus nimius umor alienus sit. *sic saepe de rebus, quae aegrotantibus obsunt* (*omisso dativo* 3, 21 p. 107 *al.*; *c. inf.* 4, 31 equitare podagricis ... alienum est. *cf. sub* alienum *4*). PHAEDR. 4, 5, 40 moribus ... alienum suis. SEN. dial. 4, 31, 6 vim nocendi ... alienissimam homini. 6, 3, 3 quod turpissimum alienissimumque est animo tuo. 11, 8, 5 epist. 108, 18. *cf.* 88, 30 *Sotion* colligebat bonae valetudini contraria esse alimenta varia et nostris aliena corporibus. COLVM. 8, 11, 1 *cura* aliena est agricolae. 8, 16, 1 *piscium* reditum quamvis alienissimum agricultoribus putem — quid enim tam contrarium est, quam terrenum fluido? —, tamen. 12, 59, 5 non alienum (*i. inutilem*) ... indicem lecturis. *de bestiis* PLIN. nat. 18, 364 *hiemem praesagiunt* porci alienos sibi manipulos faeni lacerantes. 29, 20. 30, 6 *magica ars* aliena genti. QVINT. inst. 6, 3, 29 dicacitas ... huic personae alienissima est. IVV. 15, 142 quis ... bonus ... ulla aliena sibi credit mala? TAC. dial. 31 ne Epicuri quidem exclamationes adsumere alienum erit oratori. GELL. 11, 8, 3 (*Albinus*:) 'sum ... homo Romanus ..., Graeca oratio a nobis alienissima est'. TERT. spect. 2 neque alienum videri posse neque inimicum deo, quod de conditione constet ipsius (idol. 18 omnes huius saeculi potestates ... non solum alienas, verum et inimicas dei esse). 8 aliena est tibi religio. idol. 18 gloriam saeculi alienam et sibi et suis. nat. 1, 13. anim. 16 delictum (*ut inrationale*) extraneum a deo, a quo est inrationale alienum. IREN. 4, 30, 3 ab hominibus. LACT. inst. 1, 4, 4 quid ab his tam longe alienum quam ratio fallendi? 2, 9, 26 ab his (*pecudibus*) usus ignis alienus est. ira 4, 1. 13, 21 inbecillus est, quod in deum non cadit ...; invidus, quod aeque alienum est a deo (*opp. infra*: quod solum deo convenit). PS. LACT. mort. pers. 9, 1 efferitas *Maximiani* a Romano sanguine aliena. HIL. in psalm. 68, 9 *Christus* alienum a natura sua corpus adsumit. PRISCILL. tract. 10, 133 p. 97, 16 deo aliena (*opp.* nobis ... propria). 10, 136 p. 99, 9 quod saeculi est, quia contrarium deo, ideo et a nobis invenitur alienum. HIER. epist. 140, 11 aliena ... a nobis sunt vitia. VVLG. Is. 28, 21 irascetur, ut faciat opus suum — alienum opus eius —, ut operetur opus suum — peregrinum est opus eius ab eo (*ad quod* HIER. p. 383 est ... peregrinum et alienum ab eo). AVG. civ. 2, 10 p. 64 *probrum* a veritate remotius et a vita illius (*principis*) alienius. 8, 19 p. 349 *al.* ENNOD. epist. 3, 23 p. 88, 15 ut ab eo huiusmodi sarcina fiat aliena. COD. Iust. 6, 2, 5 *a. 223* alienam boni viri suspicionem.

2 *a b r e*: VARRO rust. 1, 9, 5 sabulo ... subalbus ad serendos surculos alienus, contra rubicundior adpositus. CIC. inv. 1, 27 delectationis non alienae ab eo negotio. Quinct. 66 aliena aut ipsius officio aut huius existimatione suspicio. 98 nihil alienum ... vita superiore commisit. Verr. 5, 109 oratio ... aliena ab iudiciorum ratione. 6, 173 non est alienum meis rationibus (or. frg. A VII 17 exemplum ... temporibus suis accommodatissimum, meis alienissimum rationibus. SALL. Catil. 56, 5). Caecin. 24 dicit, quod illi causae maxime est alienum. Cluent. 142 *illa recitata non* ab ea causa ... aliena fuerunt. leg. agr. 2, 65 mercaturam ... alienam dignitate populi R. (Phil. 11, 21 prov. 18. 42 *al.* 36 nihil ... alienius a dignitate ... maiorum. DECRET. tribunic. Gell. 6, 19, 7. *de genet. v. l. 78*). Phil. 11, 16 *sententiam* alienam his temporibus (*cf.* 11, 21). orat. 48 quaedam aut causis aliena aut non utilia gignuntur. 88 aut sua persona aut iudicum aut tempore alienum (*risum*). *nota* ac. 1, 42 errorem ... et temeritatem ... et ... omnia, quae essent aliena firmae et constantis adsensionis. fin. 1, 11 quis alienum putet eius esse dignitatis (*cf. l. 70*), quam ... tribuat, ... exquirere? Tim. 22 naturam ... alterius ... fugientem et eius copulationis alienam (*δύσμικτον Plato p. 35*[a]). ac. 2, 25 accommodatumne naturae sit an alienum. fin. 3, 70. 5, 39 et apta quaedam ad naturam putare et aliena. div. 1, 82 alienum ... maiestate. 2, 105 off. 1, 103 Att. 1, 1, 1 non aliena rationi nostrae fuit illius ... prensatio. *nota* 2, 19, 4 nihil turpius ... neque ... ad istam ipsam *ἀσφάλειαν* quicquam alienius. 6, 1, 21

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

existumatione mea. 14, 13, 2 res odiosa et aliena nostris aetatibus. 14, 17ᵃ, 2. 15, 26, 1. 16, 3, 4 navigationis labor alienus ... ab aetate ... nostra. epist. 4, 7, 1. 6, 17, 2 facis ... nihil alienum necessitudine nostra iudiciisque patris tui. 9, 14, 2. 11, 27, 6 *al.* LVCR. 3, 961 aliena tua ... aetate omnia mitte. 6, 69 quae ... dis indigna putare alienaque pacis eorum (*cf.* 3, 821). 6, 1063 nec ... haec ita sunt aliarum rerum aliena (*i. ab aliis rebus discrepantia*), ut. *nota* 6, 1119 caelum ... nobis ... alienum ... atque aer inimicus (*cf.* 1124). SALL. Catil. 51, 17 sententia ... non crudelis ..., sed aliena a re publica nostra. OV. fast. 3, 788 dies dandae non aliena togae. 6, 225 prima ... pars huius (*Iunii*) thalamis aliena reperta est (6, 224 post sacras ... Idus utilis ... nuptis. *cf.* PAVL. FEST. p. 179, 2). RVT. LVP. 1, 17 παρένθεσις, cum in continenti sententia aliquid interponitur, quod neque eius sit sententiae neque omnino alienum ab ea sententia (*cf.* PS. IVL. RVF. schem. lex. 12 rhet. p. 51). 2, 1 incidi in causam temporis huius alienam. LIV. 35, 49, 13 quod optimum esse dicunt ..., nihil ... tam alienum rebus vestris est. VAL. MAX. 2, 5, 6 frugalitas inimica luxuriosis epulis et aliena nimiae vini abundantiae. 4, 1, 8 indignum et alienum maiestate p. R. videri. SEN. dial. 7, 28, 1 alienum fortunae vestrae voltum geritis. epist. 51, 2 *regionem* alienam bonis moribus. COLVM. 8, 6, 1 ovorum ... custodia non aliena est huic curae (*sc. avium*). 11, 2, 20 satio non ... aliena huic tempori. PLIN. nat. 2, 156 fames, mors terrae meritis alienissima. 8, 191 pexis aliena vestibus *lana.* 22, 153 cibis ... hominis alienum *ervum*: vomitiones movet *eqs.* 35, 49 *picturae* inuruntur, alieno parietibus genere, sed classibus familiari. STAT. silv. 4, 6, 50 nec torva effigies *Herculis* epulisque aliena remissis. QVINT. inst. 1 praef. 5 nihil arti oratoriae alienum. 2, 2, 10 *licentia severis* scholis aliena, ... studiorum perniciosissima hostis. 2, 5, 21. 4, 2, 62. decl. 252 p. 31 illud ... et iudicio non alienum et adfectibus meis necessarium est dicere. 283 p. 148. 367 p. 402 aliena aetati vitia. TAC. ann. 2, 2 ignotae ... virtutes, nova vitia ... ipsorum moribus aliena. FRONTO p. 18, 24 N. pleraque propria venustate carentia gratiam sibimet alienam extrinsecus mutuantur. APVL. met. 8, 13 luctum meis virtutibus alienum. 11, 27 Marcellum ..., reformationis meae ⟨non⟩ alienum nomen. Plat. 2, 9 *rationabiles virtutes* non ... quidem disciplinas vocandas esse ..., sed nec in totum ... disciplinis alienas. Socr. 18 p. 162 aliena[e] sapientiae officiis consultatio. PS. APVL. Ascl. 11 sunt ... ab omnibus cognationis divinae partibus aliena omnia, quae ... possidentur (*cf. ibid.* omnia ab homine). *nota* 27 locus sine stellis (*in caelo*) ab omnibus rebus corpulentis alienus. TERT. spect. 3 non ... aliena vox (*sc.* 'felix ille, qui non abiit in concilium impiorum') a spectaculorum interdictione. anim. 25 respondete ... puerperae ..., an aliquam in fetu sentiatis vivacitatem alienam de vestro (vestra? *Wissowa*). 43 animam ... numquam succidere quieti, alienae scilicet a statu immortalitatis. adv. Marc. 1, 22 omnia ... in deo naturalia et ingenita esse debebunt ..., ne obvenientia et extranea reputentur, ac per hoc temporalia et aeternitatis aliena. adv. Val. 14 in loca luminis aliena. 26 salutis alienum. PORPH. Hor. carm. 2, 4, 22 aetas *XL annorum* ... iam amoris aliena. LACT. inst. 2, 4, 7 ab omni ratione immortalitatis. CHALC. transl. p. 29ᴬ quod cum sit rationis alienum. HIL. in psalm. 1, 22 pietatis. OPTAT. 1, 24 p. 27, 7 ab ecclesia. 7, 5 p. 178, 12 *al.* FILASTR. 133, 2 contrarium alienumque fidei catholicae. *nota* 152, 4 natura *hominis* non insors Christi muneris ... ⟨aut⟩ aliena penitus. PELAGON. 183 diversae et longe a se alienae infirmitates (*ibid. signa* longe separata atque aliena. *cf.* RVFIN. Adamant. 3, 8 *substantiae* non miscentur, sed alienae a se invicem sunt). 163 a labore. HEGES. 3, 26, 2 *ager* (?) aptus omnibus nec ullis unquam alienus fructibus. HIER. epist. 46, 11 a proposito monachorum. 84, 3 dogmata aliena a scripturis sanctis. 93, 1 *al.* RVFIN. Adamant. 5, 22 a spe futurorum bonorum. 2, 17 non utique alienum ..., sed valde proprium (οὐ ... ξένον ..., ἀλλὰ συγκιρνώμενον). AVG. civ. 3, 6 p. 102 illud scelus a facto imperioque Romuli alienum est. 5, 11 p. 211. 6, 4 p. 245 longe alienum a veritate. 6, 6 p. 256 sacra ... ab omni esse dedecore purgata et aliena. 6, 7 p. 257 pars incongrua ... et quae ab universo corpore aliena importune illi conexa ... sit. 9, 13 p. 384 *al.* epist. 36, 8, 18 testimonia ad causam (a causam *opt. cod. pr. m.*, a causa *rell.*) ... penitus aliena. CASSIAN. inst. 1, 2, 1 *vestimenta* studiosis accurationibus aliena (*i. simplicia*). 12, 29, 3 *syn.* expers. FAVST. REI. grat. 1, 2 p. 13, 11 a ... ministerio. 2, 3 p. 64, 28 ab ... gloria omnis aetas ... aliena. CASSIOD. or. frg. p. 466 ab eius regno.

3 **absolute** (*i. ut relatio specialior non audiatur*) alienae res *i. q. non aptae, inutiles, infestae vel hominibus vel aliis rebus*: CIC. Mil. 52 huius iter necessarium, illius etiam potius alienum. de orat. 2, 297 dicere, quod alienum esset et noceret ei, pro quo ... diceret (*cf.* Phil. 2, 42 ille sensim dicebat, quod causae prodesset; tu cursim dicis aliena). BRVT. Cic. epist. 11, 23, 1 si omnia essent aliena (*i. infesta*). VARRO rust. 3, 4, 3 non tantum ... oculos delectant intra fenestras *triclinii* aves volitantes, quantum offendit, quod alienus odor opplet nares. PROP. 3, 3, 47 coronatos alienum ad limen amantes. MANIL. 2, 472 *astra* bellum sociata gerunt alienaque sede (*i. sibi opposita?*) inter se generant coniunctos omne per aevum. VITR. 7, 4, 4 ornatus *conclavium* ... ex locis aptas et generum discriminibus (*abl. instr.*) non alienas habeant dignitates. PLIN. nat. 31, 60 sine oleo discedentes, quod vulgus alienum arbitratur. STAT. Theb. 5, 397 *feminis Lemniacis* arma aliena cadunt, rediit in pectora sexus (SCHOL. non maritorum suorum arma dixit, sed ... sexus alterius). CVRT. 3, 11, 25 *captivas* reginas dominasque veris (veteris *codd.*) quondam, tunc alienis nominibus invocantes (PLIN. paneg. 88 nomen *optimi* ... in bono principe alienum, in malo falsum). QVINT. inst. 1, 1, 28 non est aliena res, quae fere ab honestis neglegi solet, cura bene ac velociter scribendi. 6, 3, 33 ne loco, ne tempore alienum ... videatur, quod dicimus. APVL. apol. 38 ceteris ... scitu quidem necessariis, sed in iudicio alienis. TERT. anim. 42 nec ... somnus aliena materia est (*sc. disputantibus de anima*). OPTAT. 6, 3 p. 147, 21 lectiones (*ibid.* furtivas). HIER. epist. 130, 5 alienum habitum (*i. insolitum*). VVLG. II Macc. 14, 26 Nicanorem rebus alienis assentire (ἀλλότρια φρονεῖν τῶν πραγμάτων). CASSIAN. conl. 10, 10, 9 ne ignis alienus (*sc. a natura mea?*) exaestuans urat ... flosculos castitatis *meae.*

iuncturae ad II B: aetas aliena, tempus alienum, locus alienus *etc.*: PLAVT. Cas. 518 cur amem ... cano capite, aetate aliena. TER. Ad. 110 facere, dum per aetatem licet, potius quam ... alieniore aetate ... faceret. LVCR. 1, 181 *fruges* exorerentur incerto spatio atque alienis partibus anni (1, 176 suo ... tempore). VERG. georg. 2, 149 hic (*in Italia*) ver adsiduum atque alienis (*sc. a natura aliarum regionum*) mensibus aestas. SEN. nat. 3, 29, 8 tenebit alienos menses hiems. LVCAN. 10, 299 consurgere in ipsis ius tibi (*Nilo*) solstitiis, aliena crescere bruma. PLIN. nat. 15, 73 anno (*i. anni parte*). 19, 55 mensibus (TREB. Gall. 16, 2). 19, 128. HIER. epist. 10, 2 adulescentiam in aliena aetate mentiris. ENNOD. opusc. 3, 154 p. 371, 6 transcendi alienis mensibus ninguidos saltus. tempus alienum (*saepe i. q.* ***importunum***): RHET. Her. 2, 8. VARRO rust. 3, 5, 6 ne ... alieno tempore venditoris moriantur *aves.* 3, 16, 11 suo potius tempore ... quam ... alieno. CIC. Verr. 1, 5 quod ... ad iudicium corrumpendum tempus alienum offenderet. 2, 141 *al.* Mil. 41 iniquo loco, alieno tempore. Brut. 2 alienissimo rei publicae tempore. part. 119 aut alienum tempus aut locum non idoneum. Tusc. 3, 77 tempus docendi. Att. 10, 2, 2. epist. 3, 10, 6 alienum tempus est ... expostulandi, purgandi ... necessarium. 12, 25ᵃ, 6. 15, 14, 4. CAES. Gall. 4, 34, 2 ad lacessendum hostem ... alienum esse tempus. HOR. sat. 1, 4, 78 LIV. 7, 22, 8. 23, 22, 8. 35, 15, 6 ne alieno tempore incommodus obversaretur. 42, 43, 3 suo maxime tempore atque alieno hostibus (hostium *Gron.*). SEN. contr. 2, 6, 4 (*opp.* suo). GERM. frg. 4, 91. SEN. Thy. 787 nox missa ab ortu tempore alieno gravis. benef. 6, 43, 2. *aliter* nat. 6, 32, 11 sortem temporis semper alieni (*sc. quia eo tamquam nostro nescimus uti*). 7, 20, 3 epist. 69, 6. 77, 11 utrumque tempus (*praeteritum et futurum*) alienum est. epist. 122, 7 ut pueritia splendeat alieno tempore *in spadone.* LVCAN. 2, 351 tempora *belli* ... aliena toris. FRONTIN. strat. 2, 1, 11 alienum dimicationi tempus. FRONTO p. 73, 20 N. non alienum tempus videtur ... fabulandi. PALLAD. 1, 26, 1 *turdi* si alieno tempore saginentur. PANEG. 11, 11 alieni temporis poma, aestivae nives, hibernae rosae. 12, 13 alieni temporis florem (CAPITOL. Ver. 5, 3). *sim.* TREB. trig. tyr. 31, 7 duos ... tyrannos ... alieni ... temporis (*i. posteriores*). HIL. euang. 9 AMM. 22, 10, 2. 26, 8, 6. 30, 6, 2 CLAVD. 8, 187. COD. Iust. 7, 64, 6 *a. 285* alieniore tempore. ARATOR act. 1, 521. locus alienus: CIC. de orat. 3, 149 *v. l. 64.* CAES. Gall. 1, 15, 2 alieno loco ... proelium committunt. NEP. Them. 4, 5 alienissimo sibi loco, ... opportunissimo hostibus. LIV. 7, 8, 2. 7, 12, 11. 38, 49, 40 saltu iniquo, loco alieno. SEN. contr. 2, 1, 13 alieno loco aut terra aut mare ... aegris oblectamenta sunt. SEN. Herc. f. 344 alieno in loco haud stabile regnum est. Oed. 374 *fetus* positus alieno in loco (*cf.* 366 sede nil propria iacet). dial. 1, 1, 3. 8, 5, 5 PLIN. nat. 17, 244. 29, 29 alienis locis, tamen obiter, dici. QVINT. inst. 4, 3, 3. 6, 4, 1. 9, 1, 6 *hyperbaton* transfert ... verbum ... a suo loco in alienum.

III ***in grammatica*** verba aliena *sunt aut translata aut usurpata, cf.* CIC. de orat. 3, 149 *verba,* quae transferuntur et quasi alieno in loco conlocantur (*opp.* in propriis *verbis*): CIC. de orat. 3, 155 eius rei, quam alieno verbo posuimus, similitudo. 3, 157. 159 tralatis et alienis magis delectentur verbis quam propriis et suis. Brut. 274. orat. 80 in propriis usitatisque verbis, ... in alienis. opt. gen. 4 in propriis *verbis* ut lautissima eligamus, in tralatis ut similitudinem secuti verecunde utamur alienis. epist. 9, 22, 2. *cf.* 16, 17, 1 cui verbo (*fidelis*) domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum (*i. translationes*) multae. PAVL. FEST. p. 58, 13 catachresin ... 'abusionem' dicimus, cum alienis abutimur perinde ac si propriis. FEST. p. 153, 9. SEN. benef. 2, 34, 2 non propriis adpellationibus ..., sed alienis commodatisque. *cf.* QVINT. inst. 8, 6, 18 metaphora ... si in alienum venit (*aliter* 9, 1, 6). 12, 10, 41 res ostendere ... translationibus, id est ... alienis verbis, cum sua cuique sint adsignata nomina. *aliter*: FORTVN. rhet. 3, 4 p. 122, 22 quae sunt mala *verba*? vulgaria, obsoleta, aliena *eqs.* p. 123, 4 aliena verba quae sunt? quae non sunt oratori accommodata, sed historico aut poetae. MART. CAP. 4, 359 rebus sua sunt verba, quae naturalia atque etiam propria dicimus ... aliena sunt, quae ratione aliqua mutuantur vel propter necessitatem vel propter decorem ... ut dicimus 'vites gemmare' ... hic enim, quoniam proprium deficit, alieno usi sumus. 4, 360 aliena

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

verba tribus modis fiunt: aut per similitudinem aut per contraria aut per differentias. *ibid.* aut nihil significantia verba aut nimis aliena. 5, 510. 512 translatorum alienorumque verborum. *de verbis peregrinis*: VARRO ling. 5, 10 verba ... sunt aut nostra aut aliena aut oblivia. *cf. sub I A 2 c.* *alia ad grammaticam pertinentia*: VARRO ling. 9, 103 si ... acciderit ..., ut aut caput (*i. prima persona temp. praes.*) non sit *in verbo* aut ex alieno genere sit. CIC. ac. 2, 50 quae et in suo genere essent et in alieno. GELL. 1, 22, 1 falsa atque aliena verbi significatio. 2, 9, 1 verbo ... parum proprio et alienae significationis. ARNOB. nat. 5, 36 dissonis atque alienis significationibus (*opp.* sententiis ... simplicibus).

opponitur omnis, multus *sim.* (unus aliquis *v. p. 1612, 33. 47*): Rhet. Her. 2, 3, 5 aliquo aut quam plurimis vitiis. 2, 20, 31 in omnibus partibus temptare et ab aliqua parte labefactare. 2, 20, 32 ab aliqua aut a maiore parte. 2, 21, 33 (*bis*) Cic. inv. 2, 16 omne nomen ex aliquibus, non ex omnibus litteris scribitur. 2, 159 aut totum aut aliqua ex parte. de orat. 1, 9 non una aliqua in re ... sed omnia. Brut. 50 in aliqua parte dicendi, in universa eloquentia. orat. 19 aliquid aut plura. 76 etsi ... non plurimi sanguinis est, habeat tamen sucum aliquem oportet. 99 partim totae ... partim aliqua ex parte. 110 omnes ... aut aliquod ... genus. part. 30 trium rerum aliqua consequemur (*cf.* 92). top. 33 non est vitiosum in re infinita praetermittere aliquid. 80 in aliquo ... aut in pluribus. epist. 4, 3, 1 aliquid atque adeo multa. fin. 2, 87 neque ... in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis. nat. deor. 2, 32. Mur. 65 aliquid, non omnia. Varro ling. 8, 38 *analogia* aut in omnibus eius (*orationis*) partibus est, aut in aliqua [esse parum]; et ⟨si⟩ in omnibus non est, in aliqua esse parum est. rust. 1, 19, 1 neutrum modum horum omnem ad agrum convenire puto et utrumque ad aliquem. Ov. met. 7, 571 multi ..., aliquis. 8, 765 obstipuere omnes aliquisque ex omnibus audet. Liv. 2, 44, 4 si minus omnes, aliquos tamen. 24, 8, 15 non dico, si omnia haec, sed si aliquid eorum ... praestitit. Sen. contr. 7, 7, 9 necesse est tibi multa dixerit; legatis quoque aliqua mandavit. Vell. 2, 114, 3 plurima dissimulan[ti]s, aliqua inhiben[ti]s. Cels. 2, 2 p. 32 saepe plura, nunquam non aliqua. Sen. Herc. O. 638 calcet ut omnes perdatque aliquos nullumque levet. dial. 7, 22, 5 apud me divitiae aliquem locum habent, apud te summum. benef. 2, 18, 1 sunt aliquae partes mariti, sed non minores uxoris. Colvm. 1, 1, 3 universa ... aliqua. 12, 50, 3 plerique ..., aliqui. Plin. nat. 19, 119 semina plurimis rotunda, aliquis oblonga, paucis foliacea et lata. Val. Fl. 8, 440 non omnia posset adque aliquid dubitaret amor. Mart. 2, 24, 6 das partem? multum est? Candide, das aliquid? Qvint. inst. 3, 1, 21 non pauca ..., aliqua ..., non nihil. Ivv. 6, 15 multa ... vestigia forsan aut aliqua. Plin. epist. 2, 8, 2 sive omnia simul sive aliquid facis. 3, 19, 1 multa ..., aliqua. Avg. civ. 6, 4 aut ... de omni ... aut de aliqua aut omnino de nulla. ... ubi enim dicitur 'non omnis', usitate quidem intellegitur 'aliqua', sed potest intellegi et 'nulla', quoniam quae nulla est nec omnis nec aliqua est. *vi simili, oppositione tamen aliter aut omnino non indicata*: Plavt. Rud. 553 saltem si mihi mulierculae essent salvae, spes aliquae forent. Ter. Eun. 1055 perfice ... ut haeream in parte aliqua tandem apud Thaidem. Haut. 42 ut aliqua pars laboris minuatur mihi. Gracch. schol. Cic. Bob. p. 365 ne a stirpe genus nostrum interiret et uti aliqua propago generis nostri reliqua esset. Cic. de orat. 1, 129 si aliquid modo esset vitii. 2, 60 quid ergo est? fatebor: aliquid tamen. 2, 86 qui optume potest ..., qui aliquid potest. 2, 232 vel facile vel certe aliquo modo. 2, 274 aliquid ... loci. 3, 47 nihil ... pauca ... et aliquem, si forte, motum. Brut. 214 nemo in aliqua parte earum omnino nihil poterat. 249 cum iudicare iam aliquid possem. ad Brut. 1, 15, 10 aliqua forma. ad Q. fr. 1, 3, 10 salus aliqua. epist. 9, 6, 3 cum spe[s], si non optima, at aliqua tamen vivere. 9, 14, 4 omnes meas, si modo sunt aliquae meae, laudes. 9, 14, 5 posse aliquid accedere. 14, 4, 3 utrum aliquid teneas an, quod metuo, plane sis spoliata. off. 1, 35 si non optimam, at aliquam rem publicam ... haberemus. nat. deor. 1, 26 non modo aliqua, sed pulcherrima specie. div. in Caec. 47 est tamen hoc aliquid, tametsi non est satis. Ov. Pont. 3, 3, 33 forsitan exiguas, aliquas tamen ... vires. Liv. 1, 26, 12 ut caedes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur. Sen. epist. 20, 2 pauci, aliqui tamen. 75, 11 in magno pretio habere in aliquo habenda vel in nullo. Cvrt. 7, 9, 14 donec lucis aliquid superesset.

opponitur nullus *sim.*: Cic. orat. 103 nulla est enim ullo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua. Tusc. 1, 93 melius putatur, aliquam partem quam nullam attingere. Caecin. 32. 33. 67. Varro rust. 2, 1, 3 sive enim aliquod fuit principium ... sive contra principium horum extitit nullum. Ov. met. 4, 327 sive aliqua est ... seu nulla est. Liv. 35, 12, 3 ubi nihil usquam moveri viderunt, agitandum aliquid miscendumque rati. Vell. 2, 84, 1 ad Antonium nemo, ... ad Caesarem cotidie aliquis (-id *trad.*) transfugiebat. Sen. dial. 10, 6, 2 aliquo dubitante, an mors eius voluntaria esset, nullo, an tempestiva. Plin. nat. 36, 46 non fuisset picturis honos ullus, non modo tantus, aliqua marmorum auctoritate. Qvint. inst. 9, 3, 87 aliquis hoc semel tulit, nemo bis, ego ter. decl. 374 p. 413, 22 nec ulla lex reducit, quem aliqua exclusit. *vi simili, non indicata oppositione*: Cic. de orat. 1, 91 qui illa non didicissem et tamen ... possem aliquid in dicendo. 2, 3 in his artibus, de quibus aliquid existimare possem. 2, 180 in quibus nonnunquam aliquid efficere videor. 3, 33 esse aliquo in numero (Brut. 94. 108. 113. 213 orat. 208. Caes. Gall. 6, 13, 1 qui in aliquo sunt numero atque honore. Varro rust. 1, 17, 7 aliquo numero haberi). Cic. Brut. 54 ne L. Valerium quidem Potitum arbitror non aliquid potuisse dicendo. 56. 175 aliquem numerum optinebat. 243 in patronorum ... aliquem numerum pervenerat. epist. 1, 10 ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quam istic, ubi solus sapere videare. 6, 18, 3 ego quoque aliquid sum. Att. 4, 2, 2 si umquam in dicendo fuimus aliquid. *et saepe* esse aliquid fin. 2, 86 Tusc. 5, 104 Cato 8 div. in Caec. 48. 49. Catvll. 1, 4 meas esse aliquid putare nugas. Ov. epist. 3, 131 est aliquid, collum solitis tetigisse lacertis. 4, 29. 11, 11. *sic saepe* est aliquid *c. inf., potissimum apud* Ov. (met. 12, 93 fast. 6, 27 Pont. 2, 7, 65) *ut et* Sen. benef. 2, 32, 1. 4, 36, 2 epist. 22, 4 Ivv. 3, 230. Ov. am. 1, 12, 3 omina sunt aliquid. met. 6, 543 si numina divum sunt aliquid. *passim.* Qvint. inst. 11, 3, 137 est aliquid in amictu. Ivv. 1, 74 si vis esse aliquid. Fronto p. 55, 22 N. ero aliquid. Vvlg. Gal. 2, 6 qui videbantur aliquid esse (*τοῖς δοκοῦσιν nihil amplius*). *ibid.* qui videbantur esse aliquid (*τῶν δοκούντων εἶναί τι*). *cf.* Avg. in Gal. 12. Cic. epist. 7, 27, 1 aliquid posse (Att. 4, 18, 2. 5, 4, 1. fin. 2, 119 S. Rosc. 141 dom. 16 Sest. 28 Liv. 28, 7, 17 *passim*). Cic. S. Rosc. 55 aliquid valere. Sen. dial. 5, 37, 3 iste se aliquem putat. Pers. 1, 129 seque aliquem credens. Stat. silv. 4, 9, 4 si post hoc aliquid mihi remittas (*cf. Vollmer ad v.*). *sollemnis est sententia sepulcralis*: Prop. 2, 34, 53 si post Stygias aliquid restabimus undas. 4, 7, 1 sunt aliquid manes. Ov. am. 3, 9, 59 si tamen e nobis aliquid nisi nomen et umbra restat (trist. 4, 10, 85). Pont. 1, 2, 113 si superest aliquis post funera sensus. Sen. dial. 12, 9, 3 si est aliquis defunctis sensus. Ivv. 2, 149 esse aliquos manes. Corp. VI 32784 si sunt aliq(ui) infer⟨i⟩. Carm. epigr. 1190, 3 si tamen at manes credimus esse aliquit. *passim.* *sic saepe acc.* **aliquid** *quasi adv. legitur* (*cf.* Prisc. gramm. III 365, 16 Attici *τὶ* ex supervacuo adiciunt. *Πλάτων* ... Terentius in Andria (447) 'subtristis visus est esse aliquid' *ubi tamen codd. recte* aliquantum *dant*): Cic. epist. 4, 4, 5 aliquid iam noctes te adiuvabunt. Tusc. 3, 84 aliquid differunt. Flacc. 108 aliquid obsint. Verg. Aen. 10, 84 nos aliquid Rutulos contra iuvisse nefandum est? Liv. 2, 2, 2 ne ... honos aliquid libertati ... officeret. 23, 13, 4 si ... fortuna aliquid variaverit. 37, 26, 4 aliquid etiam inflabat animos classis Rhodia. 41, 2, 4 perlucens iam aliquid ... lux. Val. Max. 2 praef. 1 ut ... respectus aliquid ... prosit. Sen. clem. 1, 18, 2 qui se aliquid offenderant. Qvint. decl. 267 p. 90, 13 (aliqui *A C*). Herm. vulg. sim. 9, 5 quiescere aliquid (*μικρόν*, Pal. aliquantum). Lact. inst. 3, 18, 1 aliquid errarunt. *abl. neutr.* **aliquō** *quasi* aliquanto: Fronto p. 94, 16 N. aliquo lenius tussit.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 96, 7 iter confecerit setius fortasse aliquo, minus tamen nihilo. VLP. dig. 19, 2, 11, 2 ne aliquo ... (κατά τινα τρόπον) ius ... deterius faciat. 7, 8, 12, 1 aliquo ... largius. 38, 2, 8, 1 aliquo minus. 38, 5, 3, 5 aliquo amplius. CALL. dig. 48, 19, 28, 12 aliquo lenius. POMPON. dig. 1, 2, 2, 26 ut aliquo pl⟨us i⟩uris patres haberent. VLP. dig. 43, 20, 1, 31 aliquo distare. TERT. carn. Christ. 14 prophetis aliquo gloriosiorem. HYG. mun. castr. 16 aliquo laxius. GLOSS. II 14, 48 aliquo setius ποσῶς νωχελέστερον: liber de officio proconsulis. *in aliquo*: VLP. frg. Vat. 210 si forte in aliquo horum deliquerit. dig. 19, 2, 19, 4 ne in aliquo ... deteriorem causam ... faciat. 21, 1, 25. 5, 3, 5 ne ... in aliquo (*opp.* in totum) ... impediat. PAVL. dig. 22, 3, 25 in aliquo ... errasse. 50, 17, 1 in aliquo vitiata est. SALV. gub. 5, 35 minuendas in aliquo tributarias functiones. COD. Iust. 1, 50, 1 si in aliquo captum est ius rei publicae.

notabilia varia: *nota verbi numerum*: PLAVT. Epid. 399 exite huc aliquis. Men. 674 Erotium aliquis evocate. Merc. 131 aperite aliquis (TER. Ad. 634). 910 aliquis ... exite. Pseud. 1284 aperite ..., me adesse aliquis (quis *P*) nuntiate. Stich. 67 inde vocatote aliqui (*sic*). ACC. trag. 425 Oeneum (aen- *codd.*) aliquis cette in conspectum aut nos ubi est ducite. *nota personam*: VERG. Aen. 4, 625 exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor. *obiectionis formulae* (QVINT. inst. 9, 2, 36 incertā personā ficta oratio 'hic aliquis' et 'dicat aliquis'): TER. Andr. 640 atque aliquis dicat 'nihil promoveris'. 957 aliquis fors[itan] me putet. RHET. Her. 4, 3, 5 aliquis inquiat. 4, 9, 13 quaeret aliquis (CIC. parad. 9). 4, 26, 36 dicet aliquis (CIC. Tusc. 3, 46. 55 Verr. 3, 57 SALL. Iug. 31, 18 LIV. 21, 10, 10 VITR. 5, 5, 7 *passim*). CIC. de orat. 2, 99 riserit aliqui fortasse hoc praeceptum. 2, 294 quod forsitan aliquis iure inriserit. off. 3, 97 ut aliquis fortasse dixerit. fat. 30 si ... referret aliquis. Verr. 3, 45 inquiet aliquis. 6, 180 quaeret aliquis fortasse. CATVLL. 67, 37 dixerit hic aliquis (OV. Pont. 2, 2, 29). LVCR. 1, 391 quod si forte aliquis ... putat. 2, 225 quod si forte aliquis credit. 931 quod si forte aliquis dicet. SALL. orat. Macri 14 'quid censes igitur' aliquis vostrum subiecerit. HOR. sat. 1, 3, 19 nunc aliquis dicat mihi. 2, 5, 42 aliquis ... inquiet. OV. ars 3, 7 dixerit e multis aliquis. rem. 225. 419 forsitan haec aliquis ... parva vocabit. NVX 133 forsitan hic aliquis dicat. LIV. 5, 52, 5 (*in oratione*) forsitan aliquis dicat. 9, 4, 12 dicat aliquis (37, 53, 25). SEN. dial. 12, 1, 2 eat nunc aliquis et (*bis*). epist. 95, 55 praecipiet aliquis. ASCON. in Pis. p. 6 possit aliquis credere (p. 22 quaerere). QVINT. inst. 1, 5, 6 occurrat mihi forsan aliquis. FRONTIN. aq. 74 non dubito aliquos adnotaturos, quod. APVL. Socr. 5 p. 129 orator obiecerit aliqui. AMBR. bon. mort. 1, 1 forte aliqui adserat. AVG. civ. 18, 44 sed ait aliquis. *eadem vi pronominis quasi sing. pro plurali*: CAES. civ. 1, 2, 2 dixerat aliquis leniorem sententiam, ut primo M. Marcellus. OV. epist. 6, 101 atque aliquis ... imputat. am. 2, 10, 37 atque aliquis nostro lacrimans in funere dicat. 3, 15, 11 atque aliquis spectans ... dicat. ars 1, 257. 2, 585. 3, 341 met. 8, 217 fast. 1, 355. 2, 75. 3, 283. 5, 299. 6, 786 Pont. 1, 6, 38 EPICED. Drusi 191. 297 NVX 101. LIV. 6, 41, 1 est aliquis, qui. SEN. suas. 6, 10 ut aliquis deliberet. contr. 1, 8, 10 gloriae causa aliquis militat. VELL. 2, 84, 1 SEN. dial. 10, 6, 2 (*v. p. 1614, 33*). epist. 81 hoc aliquis ... numerat ... et ait. LVCAN. 2, 67 atque aliquis ... inquit. *item in quaestionibus qualis* QVINT. decl. 329 p. 293, 5 non intellegit aliquis (*seq. acc. c. inf.*)? *nota ellipsin*: CIC. Att. 4, 6, 4 tu modo quam saepissime ad me aliquid *scribas*. 10, 16, 6 litterarum aliquid interea. 13, 44, 1 me aliquid ad Caesarem. 14, 7, 1 is mihi de Mario et de re publica aliqua *sc. rettulit*, quaedam sane pessima. 16, 4, 3. VAL. MAX. 3, 1 ext. 1 ut a Graecis aliquid *sc. petamus*. aliquid *per euphemismum de re venerea, sim.*: CIC. Tusc. 3, 43 si vero aliquid etiam —. epist. 9, 22, 4 si dicimus 'ille patrem strangulavit' honorem non praefamur; sin de Aurelia aliquid aut Lollia, honos praefandus est. PROP. 2, 22, 11 quae si forte aliquid ... mihi ... negarat. PETRON. 100 aliquid sumere.

? **aliquispiam,** *cf. c.* aliquis *et* quispiam. CLAVD. MAM. anim. 3, 12 sed en aliquorumpiam (aliorumpiam *Barth*) ... nugis ... lentamur. CIC. Sest. 63 aliquapiam *habent Par. Gembl., correctum est iam pridem* alia quapiam, *cf. Madvig, opusc. I p. 465 sqq.*

aliquō *adv.* [*ab* ali- *et* quo. *Th.*]. *enumerat inter infinita* PRISC. gramm. III 132, 5. 136, 25. *non dicitur, si quaeritur 'ubi?', namque* QVINT. inst. 11, 3, 140 *legendum* aliqu⟨and⟩o; *tamen habes* VLP. dig. 18, 7, 1 ne aliquo loci moretur. COD. Iust. 10, 40, 2 qui ... aliquo loci morantur. *nota* aliquo terrarum CIC. *p. 1616, 11.*

PLAVT. Epid. 279 ut aliquo ex urbe amoveas *puellam*. Men. 124 aliquo condicam foras. Merc. 656 rus aliquo abire. Men. 703 immersit aliquo sese, credo, in ganeum. Mil. 582 aliquo aufugiam. 861 fugiam hercle aliquo. 863 missus sum ali⟨qu⟩o: iam huc revenero. Most. 877 gestis aliquo *ire*. Poen. 293 curram igitur aliquo ad piscinam. Rud. 535 quid si aliquo ad ludos me ... locem? 766 ibo hercle aliquo quaeritatum ignem. Trin. 598 ibit istac, aliquo, in maximam malam crucem. Truc. 874 dum aliquo miles circumducitur. TER. Ad. 359. 385. 744. 786 in angulum aliquo abeam. Andr. 329. Eun. 667 illum aliquo conclusissem. Haut. 572 concedas ⟨hinc⟩ aliquo ab ore eorum aliquantisper. 586 iube hunc abire hinc aliquo. 809 Hec. 413 LVCIL. 601. 699 si hinc aliquo cesseris. 980 aut cum iter est aliquo. CIC. Catil. 1, 17 ab eorum oculis aliquo concederes. dom. 100 demigrandum potius aliquo est quam habitandum in ea urbe, in qua. Vatin. 15 si eum magnitudo contentionis ... aliquo impulisset. de orat. 1, 135 studia ... perveniendi aliquo. fin. 3, 22 conliniare hastam aliquo. Cato 66 si aliquo eum (*animum*) deducit *mors*, ubi sit futurus aeternus. nat. deor. 2, 93 si *litterae* ... aliquo coiciantur. Att. 2, 22, 6 aliquo eruptura. 11, 15, 3 aliquo propius veniendum (11, 20, 2. *cf.* GAIVS inst. 3, 196 si quis equum ... longius aliquo duxerit). ad Q. fr. 3, 1, 7 cum aliquo exibimus. 3, 3, 4 si nobiscum eum rus aliquo eduxerimus. epist. 7, 30, 1. 9, 2, 3. 11, 1, 3 migrandum Rhodum aut aliquo terrarum. PROP. 2, 5, 4 et nobis aliquo (aquilo *codd.*), Cynthia, ventus erit. OV. ars 2, 225 occurras aliquo. LIV. 39, 13, 6 ut se extra Italiam aliquo ablegarent. 41, 24, 16. 42, 1, 11. SEN. dial. 4, 19, 1 [in] aliquo[s]. 9, 12, 5 omnis itaque labor aliquo referatur, aliquo respiciat. nat. 1, 5, 6. 3, 11, 1 aliquo impetum faciunt *aquae*. 5, 1, 4 si aliquo fertur *aqua*. 5, 8, 1. 6, 20, 2. 6, 30, 2. SVET. Cal. 4 quotiens aliquo adveniret vel sicunde discederet. AVR. Fronto p. 252, 5 N. securim ... abde aliquo ac reconde. VLP. dig. 27, 3, 1, 9 aliquo excurrere vel proficisci. HYG. astr. 2, 29 aquam aliquo infundens. AVG. civ. 1, 14 p. 25 si aliquo duci potuerunt. MART. CAP. 4, 364. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 49 si aliquo sanguinem detrahunt.

aliquot [*ab* ali- *et* quot. *Th.*] *numerale infinitum*. CHAR. gramm. I 189, 6 inter adverbia numeri haec quoque alii adiecerunt: 'quot, tot, quotquot, aliquot'; quae ita posita inter adverbia non est nostrae aestimationis reprobare. certe inter aptota nomina pluralia posuimus ... alii inter pronomina posuerunt; *cf. ibid.* 36, 7. *scriptum est* aliquod *passim; nota cod. Ambr.* PLAVT. Pseud. 283, *Bemb.* TER. Eun. 151 *ante* d. 539. 752 *ante* d. Phorm. 159 *ante* d. 832, *Putean.* LIV. 27, 48, 13, *bis in Florentino* DIG., *item iam* SC. de aedif. Corp. X 1401 (*fere a. 50*) per aliquod annos. *ex prosariis longe saepissime utitur* LIV.; *habent poetae praeter scaenicos hi*: LVCR. 6, 703 VERG. ecl. 1, 69 PRIAP. 77, 10 OV. ars 1, 495 PHAEDR. 3, 19, 3. 4, 2, 16. 5, 7, 11 app. 13, 1. *exemplorum numerum iam inde a* CIC. *circumcidi, maxime de usu adiectivo.*

adi.: PLAVT. Capt. 161 eorum sunt aliquot genera Pistorensium. Curc. 240 aliquot dies perdura, dum (Mil. 582 Poen. 1421. Pseud. 283 aliquot hos dies. TER. Andr. 313. 328. Eun. 151 hosce aliquot dies. Haut. 752 Phorm. 159. 832 aliquot hos ... dies. CATO agr. 157, 15 orig. frg. 95 VARRO rust. 2, 2, 8. 2, 10, 8. 3, 2, 8. 3, 9, 11 CIC. Cluent. 168 Pis. 89 Planc. 98 *passim, praecipue apud* LIV.; *etiam postea haec est creberrima iunctura, ex. gr. in* VVLG. μεθ' ἡμέρας *vel* μετά τινας ἡμέρας *est* post aliquot dies iud. 14, 8 act. 15, 36). ENN. scaen. 429 V. aliquot somnia. TER. Eun. 539 aliquot adulescentuli. NOVIVS Atell. 110 aliquot altipendulos reliquimus vindemiae superstites. CIC. Verr. 1, 49 aliquot ... annos (5, 36 Manil. 54 Catil. 1, 18 Mur. 32 Sull. 56 Sest. 48 Cael. 12 Lig. 12 VARRO Men. 436. 477 *passim*; GLOSS. aliquot annis τοσούτους ἐνιαυτούς). VARRO ling. 5, 21 aliquot locis (6, 16 rust. 1, 14, 3. 44, 1 CIC. Verr. 6, 9 dom. 42 de orat. 3, 22 *passim*). ling. 5, 42 aliquot de causis (RHET. Her. 3, 23, 38 CIC. Cael. 27 CAES. Gall. 3, 2, 2). ling. 6, 3 in partes aliquot. 6, 18 aliquot ... vestigia. 6, 59 senes aliquot. 6, 89 in aliquot rebus. 7, 29 in Atellanis aliquot. 7, 84 in aliquot sacris ac sacellis. 8, 19 aliquot modis (PLIN. nat. 8, 191). 9, 66 genera aliquot (rust. 2, 1, 5). rust. 1, 7, 3 ex aliquot rebus. 1, 7, 8 aliquot regiones (1, 34, 2. 2, 1, 5). 1, 13, 2 aliquot res. 1, 15, 1 aliquot corbulas uvarum. 1, 38, 1 discrimina eius aliquot (1, 46, 1). 2, 3, 5 pastores ... aliquot. 2, 8, 3 admissarii aliquot. 2, 11, 4 aliis aliquot rebus. 3, 5, 1 milia aliquot turdorum (PLIN. nat. 5, 54. 8, 44 SVET. Cal. 26 AVG. civ. 18, 54 SIDON. epist. 3, 3, 3). rust. 3, 5, 4 tabulata ... aliquot. 3, 10, 1 greges ... magnos aliquot. rer. div. Gell. 1, 18, 2 aliquot verborum. rer. hum. Prob. Verg. ecl. p. 336 Thilo aliquot oppida. CIC. S. Rosc. 128 aliquot post mensis. Verr. 5, 73 aliquot saeculis post. de orat. 2, 75 aliquot horas. LVCR. 6, 703 sunt aliquot quoque res, quarum. VERG. ecl. 1, 69 post aliquot ... aristas. PRIAP. 77, 10 per noctes aliquot diesque cesso. OV. ars 1, 495 de mediis aliquot transire columnas. LIV. 1, 55, 2 fana ..., quae aliquot ibi ... fuerant. PHAEDR. 3, 19, 3 aliquot lustravit domus. 4, 2, 16 aliquot secutis *muribus*. 5, 7, 11 aliquot menses transeunt. app. 13, 1 per aliquot annos.

multo rarius subst.: TER. Andr. 534 aliquot me adierunt ... qui aiebant. 771 aliquot adfuerunt liberae. CIC. S. Rosc. 100 Pis. 38 Phil. 8, 6 Brut. 181. ad Brut. 2, 2, 3 insignes aliquot. VARRO Men. 530 aliquot Romae sunt qui ... fecerunt. rust. 1, 8, 4 aliquot ... demittunt. 2, 4, 22 ego ..., aliquot maiores faciunt. BELL. Hisp. 20, 4 saucii aliquot. LIV. 23, 44, 4. 27, 47, 9. 29, 30, 8. 32, 10, 12. 32, 16, 11. 32, 29, 2 obvios aliquot. 37, 38, 4. 37, 44, 2 Romanorum aliquot. SEN. benef. 2, 8, 1 aliquot ... qui idem rogarent, inventi sunt. nat. 3, 27, 7 (-o *trad.*). 6, 29, 1 (-os *trad.*). SCRIB. LARG. 16. 122 MELA 3, 47 PETRON. 42. PAVL. dig. 39, 2, 5, 1 si aliquot sunt, qui. AVG. civ. 15, 9.

definitur additamento: CATO orig. frg. 128 (Fronto p. 129 N.) aliquot ⟨p⟩au⟨ca⟩ castra. *definitur oppositis*: *opp.* multus, omnes *sim.*: ENN. scaen. 429 V. aliquot somnia vera, ... sed omnia non necesse est. CIC. S. Rosc. 100 nullum modum esse hominis occidendi quo ille non aliquot occiderit, multos ferro, multos veneno.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SALL. Catil. 24, 3 plurimos ... homines ..., mulieres etiam aliquot. LIV. 21, 59, 9 equestris ordinis aliquot et tribuni ... quinque et praefecti ... tres. VELL. 2, 42, 2 aliquot naves multosque mortalis cepit. MELA 1, 42 singulis aliquot simul coniuges et plures ob id liberi adgnatique sunt nusquam pauci. SVET. Dom. 10 complures senatores, in iis aliquot consulares interemit. *opp.* nullus, unus *sim.* (*cf.* GLOSS. aliquot πλεῖστοι ὅσοι): CIC. Pis. 38 aliquot praetorio imperio, consulari quidem nemo rediit. rep. 2, 2 nec una hominis vita, sed aliquot ... saeculis et aetatibus. LIV. 6, 37, 8 patricios aliquot ..., neminem plebeium. 23, 26, 5 aliquot ..., una. 41, 28, 10 aliquot ... alia ..., unum. MELA 1, 116 una gens, aliquot populi et aliquot nomina. PLIN. nat. 3, 152 Crateae aliquot, nec pauciores Liburnicae. AVG. civ. 15, 9 vidi ipse non solus, sed aliquot mecum.

aliquotfāriam [*ab* aliquot; *cf. c.* multifariam *sim. Th.*]. CATO orig. frg. 43 (Varro rust. 1, 2, 7) in eo agro aliquotfariam (aliquodf- *cod.*) in singula iugera dena cullea vini fiunt.

aliquotiēns [*ab* ali- *et* quotiens. *Th.*] *adv.* PRISC. gramm. III 78, 23 in -ens ... aliquotiens ab aliquot. *formam* aliquoties *bene traditam non vidi nisi in titulo* CORP. III 3980 (*l. 53*) *non optimae notae. vocabulum mirum in modum adamat* AMM., *qui fere nonaginta exempla confert: cuius pauca infra rettuli, ceterorum omnia.*

CATO agr. 88, 2 id aliquotiens in die cotidie facito. 152 in diebus triginta ... aliquotiens facito. CIC. Quinct. 3 qui hanc causam ... aliquotiens apud te egit. S. Rosc. 77 div. in Caec. 58 Verr. 3, 171 Font. 33 prov. cons. 46 Brut. 217. 292 leg. 2, 9 Att. 3, 22, 1 ad Brut. 1, 14, 1. epist. 4, 5, 6 vidimus aliquotiens. 7, 16, 2 cui tamen dixi, cum me aliquotiens invitaret, 'oro, quis tu es?' 12, 15, 7 conatum esse aliquotiens vi introire, repulsum semper esse. 13, 17, 1 cum aliquotiens antea, tum proximo hoc ... bello. VARRO ling 7, 85. rust. 2, 1, 27 proinde ut non aliquotiens dicatur Romae peperisse mula[m]. 2, 6, 1 vendidi aliquotiens. rer. div. Gell. 1, 18, 2 erravit aliquotiens. SALL. hist. frg. 118 neque detrusus aliquotiens terretur. NEP. Phoc. 2, 3. LIV. 1, 33, 4 aliquotiens ...; ad ultimum. 2, 47, 6. 2, 50, 1. 2, 50, 4. 3, 3, 10. 6, 36, 1. 7, 18, 9 aliquotiens ..., postremo. 8, 30, 6. 21, 61, 10. 23, 42, 5. 24, 26, 13 aliquotiens ..., tandem (VAL. MAX. 6, 5, 1). 29, 18, 10. 34, 45, 6. 36, 37, 3. 39, 32, 12 aliquotiens ..., donec. 40, 27, 12. 44, 45, 10. 120 (SEN. suas. 6, 17). PAVL. FEST. p. 109 'inmunis' vacans munere, aliquotiens pro improbo ponitur (111 *bis s. v.* insitum *et* insecta). VAL. MAX. 1, 8 ext. 15. 2, 7, 15. 6, 2, 9. 7, 5, 3. SEN. dial. 3, 13, 4 quid? non aliquotiens metus ex contrario fecit audacem? epist. 122, 14 SCRIB. LARG. med. praef. 18 QVINT. decl. 261 p. 69, 26 SVET. Cal. 11 NOVATIAN. trin. 20 LAMPR. Heliog. 28, 4. ITIN. Silv. 14, 2 AVSON. 158, 1 AMM. 14, 1, 5. 14, 1, 10. 14, 7, 3 sex vel septem aliquotiens vetitis certaminibus pugilum (31, 14, 3 tres vel quattuor aliquotiens iungens) *et passim (v. l. 20), fere eadem vi qua* saepe, *ut* 30, 2, 9. 30, 8, 3. *nota*: 31, 2, 11 ut eodem aliquotiens die ... saepe desciscant. VEG. mil. 3, 9 HEGES. 1, 23, 1 HIER. epist. 120, 11. VVLG. Sirach 34, 13 (πλεονάκις). I Macc. 16, 2 (πλεονάκις). AVG. civ. 4, 29. 16, 36. 20, 7 in scripturis aliquotiens invenitur. 22, 20. 22, 25 sicut iam dixi aliquotiens nec commemorare me piget. serm. ed. Mai 180, 1. 3 COD. Theod. 7, 19, 1. 9, 42, 15 CAEL. AVR. chron. 1, 5, 158 SIDON. epist. 8, 14, 8 COD. Iust. 9, 49, 9 praef. *nota*: CORP. III 3980 ⟨al⟩iquoties mortuus sum ⟨set⟩ sic nunquam *ait magister mimariorum* (*cf.* INSCR. graec. Sic. et It. 2342, 7 p. 704 πολλάκις). *iungitur cum aliis adverbiis*: AMM. 16, 5, 17 aliquotiens ... interdum. 23, 6, 9 aliquotiens ... nonnumquam. 16, 9, 1 nonnumquam ... aliquotiens ... interdum. 14, 2, 5 nunc ... aliquotiens et (15, 13, 4. 16, 11, 9. 24, 7, 7. 27, 11, 2). THEOD. PRISC. log. 47 aliquando ... aliquotiens (61 POMPON. gramm. V 204, 10). ITIN. Silv. 6, 1 subito ..., subito etiam ..., aliquotiens etiam (*de loco*). *repetitur etiam ipsum* aliquoties: POMPON. gramm. V 150, 16 aliquotiens ... nomen est, aliquotiens verbum. 179, 26. 183, 30. 184, 11. 186, 6 aliquotiens ..., aliquotiens ..., aliquotiens ..., aliquotiens. BOETH. herm. pr. 1, 7 p. 83, 6 aliquotiens quidem ..., aliquotiens autem. 2, 11 p. 160, 20 (vero). herm. sec. 1, 1 p. 43, 26. 2, 4 p. 82, 11 (vero); *cf.* ὁτὲ μὲν ..., ὁτὲ δέ. *definitur oppositis* (*cf.* GLOSS. πλειστάκις ὁσάκις; πολλάκις, plerumque vel nonnumquam, amplius, saepius): MELA 3, 43 nec tantum semel, sed aliquotiens etiam. CALL. dig. 48, 19, 28, 3 cum saepius seditiose ... se gesserint et aliquotiens adprehensi ... in eadem temeritate ... perseveraverint. PRISCILL. tract. 2, 42 non semper ..., sed ... aliquotiens. AMM. 14, 3, 1 *opp.* saepe.

aliquōvorsum *ab* aliquo *et* vorsum, *adv.* PLAVT. Cas. 297 ego pol istam iam aliquovorsum tragulam decidero. aliquosum *coni. Leo* PLAVT. Mil. 221. *V.*

Alirēnsis *v.* Aleria. **alis** *v.* alius *p. 1623, 41.*

Ālis *v.* Elis. **Alis** *v.* Halys.

Alisa, -ae *nom. fundi ut videtur in Sicilia.* GREG. M. epist. 13, 5.

Alisanus, -ī *deus Celticus.* CORP. XIII 2843 (*in agro Haeduorum septentrionali*) deo Alisano. 5468 (*in caccabo aeneo prope Dibionem rep.*) Doiros Segomari ieuru Alisanu. *cf.* CORP. XII 665.

1. Alisca, -ae *statio Pannoniae inferioris.* NOT. dign. occ. 33, 52 Aliscae. 63 A l e s c a e. ITIN. Anton. Aug. p. 244 Alisca.

2. ? **Alisca,** -ae *cogn. mul. barb.* CORP. VI 9976 (*in titulo deperdito*) Clodia Alisca. *cf. fort.* Halisca.

Alisfragmuthos (-thosis), -eōs, *Eusebio* Μισφραγμούθωσις, *rex Aegyptius.* CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 86 Alisfragmuthos (-math- *unus liber*). 1, 88 Alisfragmathoseos *gen.*

Alisia *sim. v.* Alesia.

Alisincum *statio Aeduorum in via Augustoduno Parisios.* ITIN. Anton. Aug. p. 366 Alisincum (*unus cod. P*, asilincum *sim. rell.*). 460 Alisincum (*sic fere omnes ll.*). *contulerunt* TAB. Peut. 2, 4 Aquis Nisincii.

cīvitās Alisinēnsis *Germaniae superioris.* CORP. XIII 6482 (*saec. fere II*) in h. ⟨d. d.⟩ genium c. Alisin. *contulit editor nomen fluvii* Elsenz *alia ex litteris medii aevi deprompta.*

alisma *v.* alcima.

1. Aliso (-ōn?), -ōnis *castellum Lupiae flumini in Chattis appositum.* TAC. ann. 2, 7 inter castellum Alisonem ac Rhenum. VELL. 2, 120, 4 Alisone *loc.* PTOL. 2, 11, 14 Ἀλεισόν (ἄλεισον, ἄλισον). *cf.* CASS. DIO 54, 33, 4 ᾗ ὅ τε Λουπίας καὶ ὁ Ἐλίσων συμμίγνυνται. *cf. Ihm, PW. I 1496; Cramer, Westd. Zeitschr. 21 (1902) p. 254 sqq.*

2. Aliso *nom. vir. barb.* AMM. 26, 8, 9 Aliso quidam tribunus. 10.

Alisontia *m. Mosellam influit, nunc fort.* Elz. AVSON. Mosell. 370 stringit frugiferas felix Alisontia ripas. *Diehl.*

Alista *opp. Corsicae.* PTOL. 3, 5 Ἀλίστα πόλις. *Otto.*

Alistrēnsis (PATR. Nicaen. 2, 186 *al.*) *v.* Lystra.

Alisus *v.* Halys.

? **Alitacenon** *statio Britanniae.* RAVENN. p. 433, 13. *minus recte contulisse puto edd.* PTOL. 2, 3, 8 Πτερωτὸν στρατόπεδον, *cum hoc videatur esse* Pinnatis RAVENN. p. 435, 24.

aliter *v. sub* alius *p. 1653, 5.*

Aliternum *v.* Capua *et* Vulturnus.

Alītēs *sing., collective usurpatum nomen gentis barbaricae ceterum ignotae.* SIDON. carm. 5, 476 (*claudit hexametrum*). *Diehl.*

Alīthius *v.* Alethius. **alītinus** *v.* alethinus.

? **ālitius** *v.* ales *p. 1525, 62.*

Alītius, -a *nom. gent., cf.* Allius *et* Aletius. CORP. IX 2700 (*Aeserniae*) Alítia Cn. f. Rufa ... C. Mario C. f. Rufo viro. *Otto.*

alitor *v.* altor. **alitrīx** *v.* altrix.

Alitrofagī AMM. 23, 6, 66 *v.* Anthropophagi *in add.* *Diehl.*

alitūdo *v.* aletudo.

alitūra, -ae *f.* [*cf. c.* alere. *Th.*]. GELL. 12, 1, 20 Maro ... non partionem solam ... sed alituram quoque feram et saevam criminatus est; addidit enim hoc ... 'Hyrcanaeque admorunt ubera tigres'.

[**alitus,** -ūs SVET. vita Verg. p. 57 *codd.* ς.] *v. Mess.*

Alitus *v.* Aletes.

aliubī [*pro forma vetustiore* alibi, *cf. c.* aliunde. *Th.*]. NOT. Tir. 2, 101 *ante* alicubi. SEN. nat. 5, 14, 2. 6, 7, 1. 6, 14, 1. 6, 15 *cf. sub* alicubi *p. 1557, 65.* FEST. p. 301, 1 *lege* alibi. *de vocabulo contra codicum lectionem restituendo v. infra.* [*val.* aiure, *hisp. vet.* alubre. *M.-L.*]

LEX agr. (Corp. I 200) 86 neive amplius ea (*scriptura*) aliubeive aliterve dare debe⟨t⟩o. SEN. epist. 99, 29 quaedam remedia aliis partibus corporis salutaria ... adhiberi aliis nequeunt et quod aliubi prodesset ..., id fit inhonestum loco vulneris. 104, 8 si vis ista ... effugere, non aliubi sis oportet, sed alius. dial. 7, 20, 3 divitias et praesentis et absentes aeque contemnam nec si aliubi (*dett.*; alicubi *A*) iacebunt, tristior, nec si circa me fulgebunt, animosior. MELA 1, 109 Cerauni dicuntur, idem aliubi Taurici Moschi *eqs.*, aliis aliisque dicti nominibus. 3, 57 ibi ... sicut aliubi. PETRON. 45 ali[c]ubi ... hic. PLIN. nat. 2, 208 in Hirpinis ..., Hierapoli ..., aliubi. 2, 120. 8, 122 in capite ... et ad commissuram ... aliubi. 9, 142. 10, 87 circa Cyllenen ... nec usquam aliubi (36, 59). 11, 138 aliubi ..., hic (*in fronte*). 11, 198 non aliubi tenuiore ... cute (*sc. quam in alis*). 12, 58 ubi loci natura poscat ..., aliubi. 13, 28. 56 Aegypto multa genera *sunt*, quae non aliubi. 13, 129. 14, 14. 17, 15. 140. 155 CLEM. dig. 35, 1, 64 pr. (*opp.* Ariciae). *nota*: MARCIAN. dig. 48, 24, 2 *exulem* inde (*ab insula*) t r a n s f e r r e aliubi. *de aliis locis scriptorum*: PLIN. nat. 5, 144 non aliubi aptius de ea (*Phrygia*) dicatur. 37, 90 hoc (*sc. onyx*) aliubi lapidis, hic gemmae vocabulum est. CHAR. gramm. I 283, 5 polysyndeton est ... nexa oratio, ut 'Athamasque ... Epios' et aliubi '...'. *ibid.* 12. p. 184, 24 *v. p. 1619, 7.* SCHOL. Cic. Bob. p. 315, 28 cum aliubi (alii ubi *cod.*) dicat *eqs.* p. 317, 32 (*cod. ut s.*). VARRO rust. 1, 44, 1 *tantum* valet regio ac genus terrae, ut ex eodem semine a l i u b i cum decimo redeat, a l i u b i cum quinto decimo. SEN. contr. 2, 5, 8 aliubi offenditur inprovisa segetum maturitas, aliubi sera magno fenore moram redemit. SEN. dial. 5, 6, 4 aliubi labi necesse est, aliubi retineri, aliubi aspergi. benef. 1, 5, 5 ut aliubi sit species rei, aliubi ipsa res. *de locis dubiis, ut* nat. 5, 14, 2, *v. in capite.* epist. 89, 21 omnibus ... locis ..., aliubi ..., aliubi. PLIN. nat. 2, 207 spiritus letales aliubi ..., aliubi volucribus tantum ..., aliubi praeter hominem ceteris animantibus. 5, 99. 11, 33. 217. 12, 65. 22, 45 mutat ... cum terra colores, hic niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus. 33, 80. 34, 145. 35, 178. 36, 200 *sexies.* PLIN. nat. 2, 193 *v. sub* alibi *p. 1555, 24.* SEN. benef. 3, 6, 2 violatarum religionum a l i u b i atque a l i u b i diversa poena est, sed ubique aliqua. epist. 35, 4 mutatio voluntatis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

indicat animum natare, aliubi atque aliubi apparere, prout tulit ventus. *aliter* PLIN. nat. 9, 168 eadem aquatilium genera aliubi atque (*i. quam*) aliubi meliora. SEN. epist. 92, 31 scit ... aliubi positas esse divitias quam quo congeruntur. *cf.* benef. 6, 33, 3 res ..., quae non aliubi magis deest, quam ubi creditur abundare. PLIN. nat. 1, 11, 74 quibus animalium ... *fel* aliubi quam in iocinere. 8, 136 nec aliubi ... quam, ubi (37, 23). 11, 233. 37, 135. CHAR. gramm. I 184, 24 non aliubi inventuros nos adverbia ... quam in quibus comparatio potest inveniri. *Hey.*

Aliud *v.* Adalia.

? Aliviānus *cogn.* CORP. VIII 4542 (*in prov. Num.*) Flavia Donatula ... Caesius Alivianus (?) coniugi. *Otto.*

Aliulfus, -ī *nom. germ.* CASSIOD. var. 5, 20 (*a. 523/6, inscr.*) Aliulfo Saioni Theodericus rex. *cf. Schroeder in indice Mommseniano. Diehl.*

ālium, *vulgariter* allium *vel* aleum, -ī *n.* [*cf. c.* alum *et c.* ἄλλην· λάχανον Ἰταλοί *Hes., fortasse c. gr.* ἀλλᾶς '*botulus*'. *Th.*]. [*val.* aiu, *it.* aglio, *francog.* ail, *hisp.* ajo. *M.-L.*] *proba scriptura est* alium, *firmata titulo Pompeiano* CORP. IV 2070 (*p. 1620, 14, cf. etiam* aliarius), *et codicibus melioribus* (*ut Ambr. Plauti* Poen. 1314 ali[i], *nota gen.* ali *in sexto pede* PERS. *l. 83*)*; tamen iam primo post Chr. saeculo scribebant* allium (INSCR. Pompei. *p. 1620, 15*), *quae scriptio fere regnat apud librarios recentiores; scripturam* aleum (*cf. et* ISID. *l. 39*) *ut rusticam impugnant* GRAMM. *inde a* PORPH. Hor. epod. 3, 3 'alium' dicendum ut solium dolium, non ut vulgo 'aleum' (*similia* PROB. app. gramm. IV 198, 18 CHAR. gramm. I 70, 27 BEDA gramm. VII 263, 31 ALBIN. gramm. VII 295, 19). *legitur* alei EDICT. imp. Diocl. VI 23 *et passim in codd. imprimis* GARG. MART. (*hic semper in optimo*) PELAGON. MARCELL. med. DIOSC. APIC. GLOSS., *cf. etiam* aleato *in codd. Plauti* Most. 47. *in usu vulgari fuit etiam masc.* alius *vel* aleus (*cf.* CAPER gramm. VII 107, 11 'alium' *non* 'alius', quia 'alia'), *ut in palimpsesto saec. VI* DIDASC. apost. 76, 34 aleus, ORIBAS. (*v. p. 1620, 42*) alius, *item in* GLOSS. alius *et* alleus *et* allius *scriptum extat.* *de prosodia*: VLT. SYLL. gramm. IV 260, 10 'alia' cum intellexerimus nomen esse, primam syllabam longam esse existimamus ut (Verg. ecl. 2, 11) ..., cum vero pronomen est, brevis erit ut (Verg. ecl. 10, 23). *peccatum non inveni nisi a barbaro* CYPR. GALL. num. 359 nos ălia et caepe ... fovit. *originatio*: ISID. orig. 17, 10, 14 alium dictum quod oleat. *pluralis plerumque est poeticus qui dicitur, tamen etiam numerantur singuli frutices, cf. l. 59. p. 1620, 19. 20.*

GLOSS. σκόροδον, *anglos.* garlec, θαλασσοκράμβη (?), sparagus. alius agrestis ἑρμοδάκτυλος, calabricus. alius hortolanus σκόρδον. *obscura est* alia: tranata. *saepe tractatur a technicis horticulturae et medicinae; poetis est cibus pauperum, fastiditus locupletibus ob odorem acrem, nota praecipue proverbium apud* POMPON. *l. 53.*

PLAVT. Most. 39 obolusti alium. Poen. 1314 plenior ali[i] ulpicique quam Romani remiges. Pseud. 814 indunt coriandrum, feniculum, alium, atrum holus. TITIN. com. 188 (inc. frg. 22) alia (*ex* SER. SAMM.). AFRAN. com. 371 homo mulierosus confecit (confert *trad.*) me ilico alio. CATO agr. 48, 3 nuces pineas ad eundem modum *quo cupressos*, nisi tamquam alium serito. 70, 1 alii spicas III. 132, 2 dape facta serito milium, panicum, alium, lentim. LVCIL. 387 caseus alium olet. POMPON. Atell. 6 aleo ⟨si⟩ ludam, sane meae male olant manus. VARRO Men. 63 avi et atavi nostri, cum alium ac cepe eorum verba olerent, tamen optime animati erant. 244, 2 alia. 417 alium et sardae. frg. Cati Non. 201 vitet acria ut est sinapi cepa alium. VERG. ecl. 2, 11 Testylis ... messoribus ... alia serpullumque herbas contundit olentes. HOR. epod. 3, 3 edit cicutis alium nocentius. MORET. 87 quattuor educit cum spissis alia fibris. 100 pistillo ... fragrantia mollit alia. PRIAP. 51, 22 acresque cepas aliumque furatum. CELS. (*semper* allium *in cod. Vat.*) 2, 18 bulbi, in quibus cepam quoque et alium numero. 2, 21 sinapi alium cepa. 2, 22 alium cepa eruca ruta. 2, 26 *inflant* ex oleribus alium cepa brassica. 2, 27 calefaciunt ... alium, cepa, ficus arida. 2, 29 alvum movent ... alium cepa malva. 3, 12 alium edat. 3, 20 odore foedo movent ... acetum, alium, cepa. 3, 22 cibus ... acer ut alium porrum. 4, 4 manducare ... acerrima id est sinapi alium cepam. 4, 8 alium frictum. 4, 10 spica alii contriti. 4, 19 contritum alium. 4, 24 cum multum alium ederit. *ibid.* edisse ... lupinum et alium. 5, 6 alium. 5, 8 adurunt ... piper ... alium. 5, 21 alii semen. 5, 22, 2 amarae nuces cum alio. 5, 27, 6 ad scorpionis ictum ... alium cum ruta recte miscetur. COLVM. (*fere semper* alium *trad.*) 6, 4, 2 spicas ulpici vel alii. 6, 6, 5 *tres unciae* pinsiti alii. 6, 8, 1. 6, 8, 2 alium pinsitum. *ibid.* alio tunso. 6, 13, 1 scabies extenuatur trito alio defricta. 6, 34, 1 caput alii tritum. 8, 5, 12 alii capita. 8, 5, 21 spicas (mi- *trad.*) alii. 9, 14, 3 foetentibus acrimoniis alii vel ceparum. 10, 112 aliaque infractis spicis. 314 alia cum cepis. 11, 3, 15 alium, cepae capitula. 11, 3, 16 alii et ulpici ultima est ... positio. 11, 3, 20 ulpicum, quod quidam alium Punicum ... longe maioris est incrementi quam alium ... habet velut alium plures cohaerentes spicas. 11, 3, 21 spicae ulpici vel alii. 11, 3, 22 alium vel ulpicum ponendi. SCRIB. LARG. 140. 174. 231 alii candidi spicae capitis tritae. PERS. 5, 188 si non praedictum ter mane caput gustaveris ali. PLIN. nat. 1, 20, 23 *medicinae ex* alio. 2, 16 per fetidas cepas, alia et similia iurantes (19, 101 alium cepasque inter deos in iureiurando habet Aegyptus. PRVD. perist. 10, 260 venerare acerbum cepe, mordax alium). 10, 158 alium cum farre. 13, 133 alium cepas. 19, 99 bulbi et cepae et alium. 19, 106 seritur Amiternina *cepa* ... alii modo capite. 19, 111 —116 *fusius tractatur. nominantur genera*: alium Cyprium (*i. q.* ulpicum) alum (*v. s. v.*), silvestre quod ursinum vocant. 113 Menander e Graecis auctor est alium edentibus, si radicem betae in pruna tostam superederint, odorem extingui. 19, 121 cepa alium bulbi. 20, 50 alio ... magna vis (GARG. MART. med. 18) ... serpentes abigit et scorpiones odore ... ict⟨ib⟩us medetur potu vel cibo vel inlitu ... aconitum debellat, item hyoscyamum, canum morsus. [20, 52 aleum *corruptum.*] 20, 69 cum alio crudo. 22, 140. 25, 50. 28, 200 alii capita ... tusa. 28, 265 alium silvestre. 29, 50. 78. 133. 32, 128. 36, 79. CORP. IV 2070 aliu. manuplos CCL. INSCR. Notiz. degli scavi 1888 p. 514 (*Pompeis scarifatum*) allium e⟨s⟩carium. MART. 12, 32, 20 calvaeque restes alioque cepisque. PORPH. Hor. epod. 3, 1. 3, 3. 3, 4 qui ferum alium prandent. 3, 10 quasi Medea alio perunxerit Iasonem, ut eum muniret adversus vim taurorum. SER. SAMM. (*semper numero plurali*) 27. 124. 184 alia tu septem numero *dabis.* 293. 330 alia parva novem ... permole. 369. 570. 733. 762. 899. 1027. 1037 alia praecepit Titini sententia necti. EDICT. imp. Diocl. VI 23 alei Ital(ici) m(odium) unum (= σκόρδων). PALLAD. 1, 27, 2. 1, 35, 6 fusticulos alii sine capitibus. 3, 24, 9. 4, 9, 5. PLIN. med. 3, 22 alium viride *et passim.* PELAGON. 70. 92. 147 alei capitula duo purgata. 162 alei spicam. VVLG. num. 11, 5 *conqueritur vulgus*: recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis; in mentem nobis veniunt cucumeres et pepones porrique et cepe et alia (καὶ τὰ σκόρδα. *locum afferunt vel tractant* TERT. ieiun. 5 *qui addit* alium potius et cepe quam caelum fragrare malebant. HIL. in psalm. 51, 6. DIDASC. apost. 76, 34 non cepa, non aleus. HIER. epist. 121, 2 in Zach. 3, 14 p. 935. SALV. gub. 1, 46 foetidissimo ceparum atque aliorum amore aegrescentes. CYPR. GALL. num. 359 nos ălia et cepe ... fovit). PRVD. perist. 10, 260 *v. supra l. 2.* MARCELL. med. 4, 2. 11. 9, 22. 14, 29. 30. 15, 77. 87. 16, 48. 23, 39. 40. 27, 107. 28, 1. 29. 32. THEOD. PRISC. eup. faen. 20. 27. 37 *passim* (*vide ind. Rosii*). DIOSC. 2, 137 de iscordon idest aleum. 2, 138. DIOSC. Vind. C 116[v], 68 αλιουμ κερβινουμ (cervinum, *i.* ἐλαφόσκορδον). 249[v], 117 αλιουμ κολοβρινουμ (colubrinum) *et* αλιουμ βιπερινουμ (viperinum, *i.* ὀφιόσκορδον). APIC. 9, 443 spicam alei. GALEN. alfab. 4 similis alio (-um *cod. Pal.*). CAEL. AVR. chron. 1, 1, 25. 2, 14, 214. 216. 3, 8, 141. 142. 143. SIDON. carm. 12, 14 cui non alia sordidaeque cepae ructant mane novo decem apparatus. ORIBAS. syn. 1, 22. 4, 1. 4, 13 alius. 4, 15 alius et porrus (*bis; item* 31). eup. 2, 16. alium Gallicum *quae sit herba dubitatur a doctis; in codd. passim confunduntur* anagallis, anagallicum, argallicum, arum Gallicum; *legitur ex. gr.* alium Gallicum: VEG. mulom. 1, 18 alium maius quod quidam Gallicum vocant. MARCELL. med. 20, 91 alei Gallici. CHIRON 991 alium Gallicum. *ceterum vide quae composuerunt Rose, Theod. Prisc. p. 551; Ihm ad Pelagon. 71 p. 148; Stadler, Archiv 10, 1898, 90. nos s. v.* alum.

derivata: aliatum, alliator, aliarius. *V.*

aliunde [*cf. c.* alius *et c.* unde, inde. *Th.*]. *vocabulum* (*inde a* NAEV. *cf. p. 1622, 29*) *rarum est ap. poetas.* GLOSS. ἀλλαχόθεν. II 411, 1 ποθεν unde aliunde (?) alicunde.

I ***nude:*** *proprie de loco* (*ab alio loco, alia regione, alia parte orbis*): PLAVT. Pseud. 560 se ... peregrinum esse aliunde ex alio oppido. CIC. Tusc. 4, 2 studia doctrinae ... arcessita aliunde (*i. e Graecia, v. ibid.* 1). *sim.* rep. 2, 30. *nota* LVCR. 5, 522 sive ... inclusi ... sunt aetheris aestus ..., sive aliunde fluens alicunde extrinsecus aer versat agens ignis. 5, 547 tellus ... aliena repente allata atque auris aliunde obiecta alienis. PAVL. FEST. p. 167, 1 natio gens hominum, qui non aliunde venerunt, sed ibi nati sunt. MELA 2, 4 duo flumina ... diversis fontibus et aliunde delapsi. PLIN. nat. 5, 54 Nilus ... postremo inclusus montibus nec aliunde (*sc. quam de montibus*) torrentior. 15, 81 inlatae ... aliunde *caprifici.* 17, 120 tot modis insitam arborem ... omni genere pomorum onustam, alio ramo nucibus, alio bacis, aliunde vite, piris, ficis *eqs.* QVINT. inst. 10, 7, 6 nec circumspectabunt nec offerentibus se aliunde sensibus turbabuntur. NERAT. dig. 39, 2, 47 pars aedificii, quae ... aditum aliunde habeat. VLP. dig. 43, 20, 1, 7 quae *aqua* a capite ducitur, non aliunde. CALL. dig. 50, 1, 37, 1 *v. p. 1555, 83.* LACT. ira 18, 1 (*opp.* sub oculis). PALLAD. 1, 6, 4 vitem tegamus straminibus vel aliunde quaesitis. VVLG. Ioh. 10, 1 qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde (ἀλλαχόθεν). *in imagine*: AVG. in psalm. 31, 2, 18 via humilitatis huius aliunde manat: a Christo venit. civ. 18, 6 p. 263 delatis aliunde seminibus *in Graeciam.* *de persona* (*ab alio auctore*): PLAVT. Pseud. 734 ego dabo *argentum*, ne quaere aliunde. RHET. Her. 4, 5 (6), 8 (9) ab uno (*sc. auctore*) sumenda fuisse ... exempla, si semper aliunde sumerentur. nunc omnino aliunde sumenda non fuisse. *ibid.* ut si quis purpuram ... vendens dicat: sume a me, sed huius exemplum aliunde rogabo *eqs.* CIC. Lig. 1 cum tu id neque per te scires neque audire aliunde potuisses. Tusc. 4, 4 ne ea, quae repperisse ipsi putamur, aliunde (*i. a Pythagoreis*) didicisse videamur. off. 2, 47 *adulescens* non aliunde mutuatus est, sed sibi ipse peperit maxumam laudem. Tusc. 2, 45 aliunde (*non ab*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Epicuro) . . . est quaerenda medicina et maxime quidem . . . ab iis, quibus . . . videtur. nat. deor. 3, 64. Att. 11, 13, 4 *facultates* et a tuo vilico sumpsimus et aliunde mutuati sumus. 12, 25, 1. CATVLL. 61, 153 quae tuus vir petet, cave ne neges, ne petitum aliunde eat. SEN. frg. 15 nos aliunde pendemus . . . alius nos edidit, alius instruxit. IVV. 7, 22 si qua aliunde (*sc. quam ab imperatore*) putas rerum spectanda tuarum praesidia. TAC. ann. 13, 27 non aliunde (*sc. quam a libertinis*) originem trahi. MOD. dig. 38, 10, 4, 6 natos aliunde privignos . . . vocant. LACT. inst. 1, 11, 6 qui . . . accepit aliunde *animam.* 2, 8, 44 *al.* HIL. c. Const. 12 non aliunde cognovi: sed ipse audivi. HIER. epist. 121, 6 p. 865 ut non nobis intellegentiam aliunde (*i. ab aliis auctoribus*) quaeramus. AVG. civ. 7, 30 p. 313 Varro . . . quae aliunde accepit . . ., quae ipse coniecit. 11, 25 p. 497 doctrina, id est aliunde discendo. *de re (ex alia re, alia origine, de alia causa) vel generaliter*: VARRO ling. 9, 93 similitudines non sumimus tantum a figura, sed etiam aliu⟨n⟩de. RHET. Her. 4, 15 aut novis aut priscis verbis aut duriter aliunde translatis. CIC. de orat. 1, 252 *v. sub* alicunde. 2, 38 hic, nisi domesticis se instruxerit copiis, aliunde dicendi copiam petere non possit. 3, 39 adsumpto aliunde uti bono, non proprio. 3, 123 quae quoniam iam aliunde non possumus, sumenda sunt nobis ab iis ipsis, a quibus expilati sumus. 3, 156 tralationes quasi mutuationes sunt, cum, quod non habeas, aliunde sumas. 3, 159. orat. 80 *ornatus* in alienis *verbis* aut translatum et (aut *codd.*) factum aliunde ut mutuo aut factum ab ipso et (aut *codd.*) novum. Tusc. 1, 53 quod . . . ipsum agitatur aliunde . . . vivendi finem habeat necesse est (rep. 6, 27). 1, 54 (rep. 6, 27). 4, 47. 4, 74 ut . . ., quod cupiat, ostendatur . . ., quam facile vel aliunde vel alio modo perfici . . . possit. 3, 37 *prudentiae virtus* omnia sua complexa nihil quaerat aliunde. epist. 5, 13, 1 *sapientem* non aliunde pendere nec extrinsecus . . . vivendi suspensas habere rationes. LVCR. 3, 133 *nomen harmoniae* aliunde . . . traxere et in illam transtulerunt, proprio quae tum res nomine egebat. 6, 1020 *corpora* agitantur . . . plagis aliunde nec ipsa sponte sua sursum possunt consurgere in auras. HOR. carm. 2, 13, 16 navita Bosporum Poenus perhorrescit neque ultra caeca timet aliunde fata. SEN. nat. 2, 10, 1 lumen illi (*aëri*) calorque aliunde sunt. 2, 15. 2, 22, 3 quid . . . mirum, si tanta vis ⟨ignem⟩ excutit vel aliunde vel sibi? 3, 15, 7 modo per se viribus recollectis, modo aliunde translatis. 5, 5, 1 habere naturalem vim movendi se nec aliunde concipere, sed inesse illi . . . potentiam. 6, 16, 1. epist. 59, 18 sumptum . . . aliunde *gaudium.* PLIN. nat. 9, 104 luxuria non aliunde maior quam e concharum genere. 13, 102 radice *citri* nihil crispius nec aliunde pretiosiora opera. 13, 110. 18, 13 honos . . . non aliunde erat. 18, 72 antiquissimum in cibis hordeum *eqs.* polentam quoque Graeci non aliunde (*sc. quam ex hordeo*) praeferunt. 22, 5 auctores imperii R. . . . immensum quiddam . . . hi⟨n⟩c (*i. ab herbis*) sumpsere, quoniam non aliunde sagmina in remediis publicis fuere. 29, 27 lues morum nec aliunde maior quam e medicina. 30, 5 ut . . . totum opus (*Vlixis errores*) non aliunde constet (*sc. quam ex arte magica*). frg. gramm. suppl. p. 135, 3 finita pronomina non recipere quasi aliunde personas. QVINT. inst. 1, 6, 38 *derivata* aliunde originem ducunt. 1, 10, 26. 4, 1, 4 cui res iam aliunde nota sit. 4, 1, 71. 5, 11, 42 cum propria causae sunt . . ., cum aliunde accessuntur. *nota* 8, 5, 17 aliunde petita, id est in alium locum ex alio translata. 12, 10, 74 ducit animos naturali voluptate vox omnis neque aliunde illi per fora . . . circuli. 12, 11, 29 decl. 271 p. 113, 8. 352 p. 383, 4. IVLIAN. dig. 41, 1, 37, 2 aliunde adquiruntur (*i. ex alia re*). *similia saepius ap.* ICTOS, *ut* GAIVS dig. 41, 1, 45 si ex re alterius dominorum adquisierit . . .; si aliunde . . . adquisierit. PAVL. sent. 5, 7, 3. PAPIN. dig. 20, 4, 3, 2 si debitor aliunde pecuniam solvisset. PAVL. dig. 25, 1, 8. TRYPH. dig. 26, 7, 54 VLP. dig. 15, 1, 11, 6 *al.* 36, 4, 5, 24 vel ex fructibus vel aliunde satisfiat. *de alia causa*: TRYPH. dig. 28, 5, 91 (90) aliunde liber est, id est ex praemio, non ex testamento. PAVL. dig. 40, 7, 41 ut aliunde ea libertas optingere non possit. VLP. dig. 47, 2, 27, 1 debitum aliunde probare. TERT. nat. 2, 4 vocabulum istud (θεός) . . . aliunde (*non* ἀπὸ τοῦ θέειν) desumptum. anim. 2 *et* 3 *v. sub* aliorsum. 14 non magis instructilis aliunde quam divisibilis ex se *anima.* TREB. Gall. 20, 5 aliunde . . . huius rei ortum esse morem. LACT. inst. 1, 7, 2 *al.* MAR. VICTORIN. adv. Arrium 3, 3. PRISCILL. tract. 6, 94 Christus . . . origo omnium totus in sese nec quod est aliunde praesumens. HIER. epist. 15, 4. CHIRON 132 a labore febricitant aut frigore vel aliunde. HIER. epist. 148, 26. RVFIN. apol. 1, 6 suis propriis et non aliunde assumptis . . . membris. hist. 1, 1, 2 non aliunde (ἄλλοθεν) sumendum videtur exordium *historiae* quam ab ipsa domini et salvatoris . . . praesentia corporali. 4, 7, 11. AVG. in psalm. 134, 3 *deus* bono suo bonus est, non aliunde participato bono. epist. 130, 2, 3. civ. 3, 11 aliunde (*alia de causa?*) . . . flevisse. 18, 51 p. 336. 19, 4 p. 361 (*bis*). Ps. AVG. serm. 71, 3 aliunde manus . . . occupatas. *interdum i. q. de alia re* (*cf. sub* unde): AVG. in psalm. 118 serm. 29, 1 tunc . . . in toto corde clamatur, quando aliunde non cogitatur. epist. 118, 1, 4 non mihi videris aliunde dies noctesque cogitare nisi ut . . . lauderis. mus. 6, 8, 22 *numeri* etiam aliunde cogitantibus nobis iam quasi proprio nutu peragantur. BENED. reg. 38, 16 de lectione aut aliunde quidquam requirere.

I *absolute*: 1 *cum adfirmatione (alio modo, alia ratione)*: PLAVT. Amph. 209 si ... redderent ...; sin aliter sient animati neque dent, quae petat (Trin. 715). 1085 me uxor insanum facit suis foedis factis. :: at ego faciam, tu idem ut aliter praedices. Capt. 744 vale atque salve, etsi, aliter ut dicam, meres. Merc. 990. Stich. 129 mi auctores ita sunt amici, ut ... abducam .... :: at enim nos ... aliter auctores sumus. TER. Andr. 4 poeta ... id sibi negoti credidit solum dari, ... ut ...: verum aliter evenire multo intellegit (DON. *ad h. l.* 'contra' significat. aliter evenit: SALL. Iug. 10,7 LIV. 2,46,2 *al.* VAL. MAX. 1,7,5 SVET. Aug. 96 TERT. scorp. 11 p. 171,6 HIER. epist. 60,10 AVG. lib. arb. 3,2,4. accidit: CIC. Verr. 6,173 rep. 1,7 Att. 1,2,1 AMM. 17,9,3. IVST. 2,13,3 si aliter eventus ferat). TER. Andr. 310 tu si hic sis, aliter sentias (aliter sentire: CIC. Lig. 21 *al.* SEN. contr. 7,1,5 QVINT. inst. 12,1,21 TAC. dial. 15 LACT. inst. 2,9,1 ITALA Phil. 3,15 [Priscill. tract. 1,9] PRISCILL. tract. 1,34 FILASTR. 32,1 AVG. civ. 8,13 p. 341 SVLP. SEV. chron. 2,41,4 *al.*). TER. Hec. 765 aliter si facies (CIC. Verr. 3,139 *al. nota formulam* SALL. Catil. 51,43 qui aliter fecerit, *i. qui legem migraverit.* LEX Malac. Corp. II 1964,3,1 qui aliter adversus ea fecerit. *item* 3,50. *sim.* IVST. 6,6,1). TER. Ad. 603 si aliter putas. LEX agr. (Corp. I 200) 37. 86 aliubei aliterve dare. RHET. Her. 2,48 VARRO ling. 5,28. 74 *al. nota* 9,110 'amaturus' eiusdem modi habet declinationes, 'amans' paulo aliter. rust. 1,18,8 *al.* 2,3,3 de seminio dico eadem quae Atticus ...; hoc aliter, ovium semen tardius esse. 3,16,25 nec non aliter duplex *ministerium praeberi*, quod fit e malo *eqs.*; item aliter duplex, quod e papavere. CIC. inv. 1,83 S. Rosc. 50 Q. Rosc. 18 Verr. 2,118 *al.* 6,56 aliter decernere eadem in causa. Caecin. 17 *al.* Cluent. 133 *et saepe in oratt.* de orat. 1,186. 265. orat. 173 *al.* leg. 1,18. 46. ac. 1,41 ita ... aliter. 2,53 *al.* div. 2,15 cum sic aliquid cecidit ..., ut vel aliter cadere ... potuerit (*cf.* BELL. Afr. 52,3). off. 3,101 nec facere aliter ullo modo possumus. Att. 2,1,8 istos ... habebimus? quid faciemus, si aliter non possumus (10,15,4)? 10,1,2 nisi si tu aliter censes. 10,17,4 nemini aliter licere. CAES. Gall. 6,11,4 *al.* LEX Vrson. (Corp. II 5439) 82,36 *al.* SALL. Catil. 44,1 *al.* VERG. Aen. 9,495. HOR. epist. 2,2,168 emptum cenat holus, quamvis aliter putat. PRIAP. 30,4 (*cf. Hand, Tursell. I 272*). OV. ars 2,128 referre aliter saepe ... idem. met. 2,83 curvantem bracchia ... scorpion atque aliter curvantem bracchia cancrum (*cf.* MART. epigr. 3,10). LIV. 2,56,15 ut collegam vi, si aliter non possent, ... abducerent (28,17,11). 6,40,16 *al. nota iuncturam* VITR. 5,1,4 *basilicae* ne plus ⟨quam⟩ ex dimidia longitudinis constituantur, nisi si loci natura inpedierit et aliter coegerit symmetriam commutari. 9,1,1 longe aliter distant descriptiones horologiorum locorum mutationibus. SEN. contr. exc. 6,3 contr. 7,2,10 *al.* VELL. 1,8,5. 2,35,2 qui numquam recte fecit, ut facere videretur, sed quia aliter facere non potuerat. CELS. 3,20 p. 104 alter quoque morbus est, aliter phrenetico contrarius. 4,15 p. 141 venter solvendus est, si non potest aliter, per nigrum veratrum. 5,28,11 *al.* 7,21,1 p. 302 aliter tutius avelli. SEN. Phaedr. 311 *al.* dial. 3,3,7 *al.* 6,4,4 quod minus aliterve factum velis. epist. 121,7 partes ... apte movent, ... si aliter moverint *eqs.* CVRT. 6,9,31. 8,10,27 nec cavernas nisi aggere poterat implere nec tormenta aliter muris admovere. COLVM. 2,10,30 *al.* 6,37,2 *opp.* sic. MELA 1,25 *al.* LVCAN. 8,197 PLIN. nat. 7,26. *nota* 7,170 a meridianis partibus ad occasum solis pestilentiam semper ire nec umquam aliter fere. 9,9 (*ibid. supra:* alio modo). 26,51 Castor hanc *herbam* aliter noverat, tenui folio *eqs.* LEX Salpens. (Corp. II 1963) 2,6. TEST. Galli (Corp. XIII 5708) 1,24 ea omnia ita fieri neq(ue) aliter fieri. STAT. silv. 4,3,43 MART. 1,16,2 *al.* QVINT. inst. 1,4,22. 1,5,52 *al.* 6,4,2 neque alia dicuntur in altercatione, sed aliter. 7,2,43 an alio tempore et aliter facere ... potuerit. *nota* 8,6,37 ex his, quae aliter significant (*i. ex tropis*). *nota* decl. 309 p. 216,7 quis ... aliter vitiator est? 379 p. 424,8 an hoc genere vindicare se voluerit, qui aliter non poterat. FRONTIN. aq. 2 *al.* IVV. 3,281. 6,11 TAC. hist. 5,19 *al.* PLIN. epist. 5,8,9 *al.* 9,23,3 ex studiis notus, ... al⟨i⟩ter ignotus. SVET. Aug. 25 *al.* FLOR. epit. 2,17,17 FRONTO p. 26,12 N. *al.* ICTI *passim, ut* LABEO dig. 19,2,60,9. GAIVS inst. 1,80 sive ex lege Aelia Sentia sive aliter contractum ... matrimonium. *nota* TRYPH. dig. 41,1,63,3 nihil agens, sed aliter ambulans (*i.* ἄλλως). TERT. nat. 1,9 *al. nota* HERM. vulg. sim. 8,7 hi cum sint aliter (alioqui *vulg.*) boni (*gr.* ἀλλὰ καὶ οὗτοι ... ἀγαθοὶ ὄντες). SPART. Hel. 5,5 LAMPR. Alex. 22,5 *al.* AVSON. 360,4 (vers. 30 P.) *al.* VEG. mil. 3,5 HIER. epist. 22,11 *al. nota* 57,10 hic locus in Genesi multo aliter invenitur. VVLG. deut. 18,14 *al.* RVFIN. Adamant. 3,1 CLAVD. 8,232 AVG. civ. 1,21 p. 36 *al.* 2,21 p. 83 quod alibi aliterque vulgatum est. 4,27 p. 180 item aliquid aliter turpiter atque inepte dicere ac facere. 15,14 p. 86 quo pacto aliter ... diceretur ...? 18,43 p. 323 alia per alium aliumque prophetam vel aliter eadem per hunc atque illum dixit. 22,8 p. 568 aliter insanabilis putabatur. GLOSS. II 394,9 aliter video: παραβλέπω *quo spectet non video.* *iuncturae notabiliores*: PLAVT. Epid. 599 quid si servo aliter visumst? CIC. Brut. 76 leg. 135 fin. 2,55 *al.* VERG. Aen. 2,428 dis aliter visum (*cf.* SERV. *ad h. l. et* DON. Ter. Andr. 4). LIV. 25,7,4. 26,13,14 quoniam aliter dis immortalibus est visum. VVLG. num. 11,15 sin aliter tibi videtur. PLAVT. Bacch. 369 pandite ... ianuam hanc Orci .... nam equidem haud aliter esse duco. Poen. 866 male mihi est. :: memora, num esse aliter decet? Trin. 47 si ita es, ut ... te volo; sin aliter es. Truc. 172 *v. Thes. II 1032, 80.* TER. Phorm. 529 hic me huius modi scibat esse, ego hunc esse aliter credidi. 530. *cf.* Hec. 637. Ad. 492 sin aliter animus noster est (515 eius sententia). 597 *v. Thes. II 1080, 36.* CAECIL. com. 181 *ibid. 33.* VARRO rust. 1,20,1 nigri potius quam aliter ut sint. CIC. S. Rosc. 138 longe aliter est. dom. 31 de orat. 2,365. 3,52 *al. nota* Brut. 42 etsi aliter apud te (*i. in libro annali*) est, Attice, de Coriolano. orat. 198 part. 34 leg. 1,47 nat. deor. 2,76. Att. 6,3,8 nihil fore aliter ac deceat. 10,12a,3 minus ... auderent, si aliter esset, et scirent (*v. adn. Boot*). 11,12,3. 11,23,1 *v. p. 1656, 36.* PVBLIL. A 8 ames parentem, si aequus est, si aliter, feras. LIV. 28,18,1 magnificum ... id Syphaci — nec erat aliter — visum. 39,28,5 id ... longe aliter ... esse. CELS. 3,20 p. 105 SEN. epist. 92,2 APVL. apol. 21 HYG. astr. 2,40 p. 77,19 *al.* HIER. epist. 57,8. VVLG. gen. 42,12 aliter est (42,10 non est ita). AVG. civ. 4,1 p. 146 *al.* MACR. sat. 7,12,31 OROS. hist. 5,1,13. CIC. ac. 2,101 aliter se habere. nat. deor. 2,63 LIV. 9,7,2 CELS. 1 praef. p. 8,9. 2,2. 8,10,7 p. 349 QVINT. inst. 5,9,3 GAIVS inst. 2,50 ARNOB. nat. 5,36 VVLG. I Tim. 5,25 AVG. civ. 14,3 p. 8 *al.* SVLP. SEV. chron. 2,15,7. sin aliter *verbo supplendo (i. fere quod 'si minus')*: TER. Phorm. 116 si uxorem velit, lege id licere facere; sin aliter, negat. CIC. Caecin. 69 si recte *iudicatum est* ...; sin aliter. leg. agr. 3,2 Mur. 28. rep. 3,32 si ita sensit ...; sin aliter. epist. 6,18,6. 10,6,3. 11,14,3 si ista est ...; sin aliter. ad Brut. 1,10,5 velim ... meliora sint; sin aliter — quod di omen avertant! — ... dolebo. PVBLIL. A 8 *v. supra l. 22.* COLVM. 8,2,7. 8,8,8. 8,14,2. 9,1,2 propter quos convenit alvaria porticibus muniri. sin aliter, luto Punico frondibus inlimatis adumbrari. 10,364. PLIN. nat. 22,52 ex aqua mulsa, si febris sit; sin aliter, e vino bibitur. 27,129 QVINT. inst. 8,6,74 AVSON. 350,8 (lin. 63 P.) HIER. epist. 108,22 CONC. Cabilon. a. 639—654 p. 210,13. *item verbo varie supplendo*: CIC. fin. 5,91 an hoc usque quaque, aliter in vita (*sc. res sese habet*)? Att. 8,3,6 idem fecere, quod ... Q. Mucius ..., qui tamen ita dicere solebat *eqs.* aliter Thrasybulus et fortasse melius. *sim.* 12,30,1 LIV. 44,37,9 PLIN. nat. 6,179 QVINT. inst. 9,2,15 SVET. Aug. 87 FRONTO p. 211,17 N. *sic inducitur alia medicamenti (sim.) compositio*: COLVM. 12,44,2. 12,59,2 (*bis*). 3. 5 PALLAD. 1,40,2 *al. apud* PELAGON. (44 *al.*) item aliter. APIC. 24. 30 *al.* *in scholiis* aliter *saepe aliam interpretationem annuntiat, ut* DON. Ter. Andr. 234 quid: ob quid, propter quid *eqs.* aut aliter: quid sit, id est: quid sit negotii. Eun. prol. 24. SERV. georg. 1,292 inspicat: incidit ad spici ... imaginem. et aliter: inspicat: findit in modum spicae (*sic* 1,295 *et saepe, semper praefixum additamentis scholiorum Danielis quae dicuntur*). SCHOL. Hor. sat. 2,3,278 cerriti dicuntur quasi a Cerere icti *eqs.* aliter: cerritus insanus *eqs.* 2,3,280 ars 96 *al.* SCHOL. Stat. Theb. 2,737 HIER. epist. 55,2. 65,21. 120,12 p. 848 in psalm. 1 p. 3,9 *et saepius.* *indicat variam lectionem*: COMMENT. Lucan. 1,416 ducat; aliter: tollat. *vocabulum interdum non ad singulas notiones, sed ad plenum enuntiatum refertur, ut sit idem fere, quod 'si res aliter se habet', 'sub alia condicione'* (*cf.* alioqui). *talia sunt haec*: PLAVT. Asin. 700 ten ego veham? :: tun hoc feras argentum aliter a me? Men. 245 quaero ..., qui sese dicat scire eum esse emortuom: operam praeterea nunquam sumam quaerere: verum aliter vivos numquam desistam exsequi. Mil. 1422 des minam auri nobis ...; aliter hinc non ibis. TER. Ad. 936 fieri aliter non potest. RHET. Her. 4,6 oportet testimonium cum re convenire. aliter enim rem non potest confirmare. VARRO frg. Non. p. 163,18 heredi porca praecidanea suscipiendum Telluri et Cereri. aliter familia pura non est. CIC. Verr. 2,25 causam ... cognosci oportet. ea re quidem, quod aliter condemnari reus, quamvis sit nocens, non potest. Mil. 88 di ... mentem illi perdito ... dederunt, ut huic faceret insidias: aliter perire pestis illa non potuit. de orat. 2,252 *eo genere uti* tantum licet furtim et cursim; aliter enim minime est liberale. 3,106 *locis communibus* uti confirmatis criminibus oportet, aliter enim ieiuni sunt atque inanes. Lael. 74 (*v. Seyffert ad h. l.*). orat. 229. *nota* off. 1,139 ornanda ... est dignitas domo ... et hospites multi recipiendi *eqs.* aliter ampla domus dedecori saepe domino fit, si est in ea solitudo. 2,42 ius ... semper est quaesitum aequabile; neque enim aliter esset ius. *ibid. iustitia colenda* ipsa per sese — nam aliter iustitia non esset. 3,93. Att. 13,27,1 epistolam ... nobis ... placuit, ut isti ante legerent; aliter enim fuissemus ... in hos inofficiosi. epist. 6,19,2. CAES. Gall. 4,17,2 etsi summa difficultas faciendi pontis proponebatur ..., tamen id sibi contendendum aut aliter non traducendum exercitum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

existimabat. 5,29,2 Caesarem arbitrari profectum in Italiam; neque aliter Carnutes ... consilium fuisse capturos neque Eburones, s i ille adesset, ... venturos esse. SALL. Catil. 29, 3 ea potestas per senatum ... magistratui ... permittitur *eqs.* aliter sine populi iussu nullius earum rerum consuli ius est. NEP. Them. 7, 6 si suos legatos recipere vellent ..., se remitterent, ⟨cum⟩ aliter illos numquam ... essent recepturi. VERG. Aen. 6, 147 volens ... sequetur, s i te fata vocant; aliter non viribus ullis vincere ... poteris. HOR. carm. 1,18,4 nullam ... vite prius severis arborem ...: siccis omnia nam dura deus proposuit neque mordaces aliter diffugiunt sollicitudines. SVLPICIA Tib. 3, 17, 3 *v. p. 1657, 1.* LIV. 2, 4, 4 *legati* evincunt ... instando, ut litterae sibi ad Tarquinios darentur: nam aliter qui credituros eos non vana ab legatis ... adferri? 3, 51, 12 *v. p. 1657, 5.* 4, 10, 3 dedi imperatorem ... iubet ...; aliter ... se hostem ... victoriam potius ex Vulscis ... relaturum. 5, 36, 3. 27, 9, 6. 30, 37, 6. 34, 33, 6. SEN. suas. 3 *tit.* deliberat Agamemnon, an Iphigeniam immolet negante Calchante aliter navigari fas esse. 3, 3. SEN. benef. 6, 12, 2 nobis prodest, quia aliter prodesse sibi non potest. nat. 1, 2, 6. 5, 5, 2 COLVM. 2, 9, 9. 4, 22, 7 haec ... ita fieri debebunt. s i vineae ... erunt. namque aliter incassum dependitur opera. PLIN. nat. 8, 68 *cameli* inplentur ... obturbata proculcatione prius aqua: aliter potu non gaudent. 10, 117. 13, 56. 18, 330. 33, 20 *al.* VAL. FL. 7, 58. QVINT. inst. 2, 15, 29. 2, 17, 43. 11, 1, 27 se iudicasse de causa nec aliter adfuturos fuisse. 11, 3, 139 togam rotundam esse et apte caesam ..., aliter enim multis modis fiet enormis. TAC. hist. 4, 59 (*opp.* si ... sequerentur). IAVOL. dig. 45, 1, 107 IVL. dig. 5, 1, 25. 35, 2, 85 POMPON. dig. 8, 2, 25 pr. GAIVS inst. 3, 46 *et al.* ICTI. TERT. scorp. 4 SOL. 27, 38 PALLAD. 4, 9, 17 HYG. fab. 67 p. 73, 17 CLAVD. 19, 50 AVG. civ. 21, 27 p. 549. *nota* THEOD. MOPS. in Gal. 3, 8 non aliter participare ... benedictione possibile est eos ..., s e d s i credunt. *cf. sub II.*

2 *cum negatione*: non aliter *i. q. item, sic*: PLAVT. Poen. 1082 aequomst habere hunc bona, quae possedit pater. :: haud postulo aliter. 1358. TER. Hec. 529 ex quo censes *filiam peperisse* nisi ex illo cui datast nuptum ... ? :: credo, neque arbitrari patris est aliter. Ad. 928 ita quaeso, pater. :: haud aliter censeo. CAEL. hist. 3 LABER. mim. 21 CIC. inv. 1, 60 Scaur. 28 *al.* off. 1, 72 *et saepe.* VERG. georg. 2, 286 OV. fast. 5, 554. VAL. MAX. 6, 3, 11 nec aliter sensit Q. Antistius. 6, 5, 6 SEN. benef. 3, 15, 3 LVCAN. 2, 337 PLIN. nat. 21, 48 *al.* *cum comparativo*: PLIN. nat. 19, 56 non aliter quaestuosius censum haberi (22, 78. 24, 84. 148 *al. saepius sequente* quam. *cf. p. 1657, 16*). MART. 1, 88, 10. 3, 100, 4 PLIN. paneg. 5 APVL. mund. 30 TERT. nat. 1, 15 ANTH. 452, 7 TREB. trig. tyr. 15, 8 AVSON. 122, 6 CARM. epigr. 686, 16 *a. 427.* *sic apud poetas, maxime epicos, in c o m p a r a t i o n i b u s*: **a** u t (*sim.*) ..., n o n a l i t e r: PLAVT. Most. 98 hoc vosmet ipsi ... proinde uti nunc ego esse autumo ..., haud aliter id dicetis. VERG. georg. 1, 201 *v. p. 1656, 81.* 4, 170 veluti ... Cyclopes fulmina massis cum properant, alii ... auras accipiunt ..., alii ... tingunt aera ...; gemit ... Aetna; illi ... bracchia tollunt ... versantque ... ferrum: non aliter, si parva licet componere magnis, ... apes amor urguet habendi (*sic saepius enuntiatis primariis parenthetice interpositis, ut* Aen. 9, 64. 10, 409. 713, *ex usu Homerico, cf. Il. 11, 548—557*). Aen. 1, 399 ut ... illi ludunt ..., haud aliter ... pubes ... portum tenet. *cf.* 4, 252. 9, 551 *al.* 9, 794 ceu ..., haud aliter. 10, 356. AETNA 299. 523. OV. met. 8, 473 ut ... carina vim geminam sentit: ...: Thestias haud aliter ... errat. 9, 643. SEN. Med. 942 ut ... fervet pelagus, haut aliter meum cor fluctuatur. Phaedr. 1074 qualis ... rector ... ratem retentat ..., haut aliter citos currus gubernat (Thy. 737). VAL. FL. 2, 43. 4, 44. 7, 305. 5, 25 qualem ... parentem natorum flet ... manus trepidique precantur, duret ut ...: haut aliter socii ... Tiphyn ... superesse volunt (7, 114. 380 *cum parenthesi*). STAT. Theb. 7, 584 CLAVD. 28, 22. *in prosa* SEN. dial. 9, 2, 12. **b** non aliter *i n d u c i t c o m p a r a t i o n e m* (*post enuntiatum primarium*): HOR. epod. 14, 9 deus ... me vetat ... iambos ad umbilicum adducere. non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonta. *sim.* OV. 9, 46. LVCAN. 6, 220 ille ... oculo pendente sagittam ... calcat *eqs.* haud aliter ... ursa ... se rotat in vulnus. *sim.* 7, 145 *cf.* frg. schol. Stat. Theb. 6, 322. *nota* VAL. FL. 1, 489 ardenti Aesonides retinacula ferro abscidit, haut aliter (*sc. 'agitur'? cf. Langen ad h. l.*) saltus vastataque pernix venator cum lustra fugit. 3, 737. 4, 236 SIL. 1, 372. 3, 410 *al.* HOMER. 298 STAT. silv. 3, 3, 179. *nota* 4, 2, 46 mihi ... ipsum *Caesarem* ... spectare vacavit tranquillum *eqs.*; talem quoque barbarus hostis posset ... agnoscere ...; non aliter ... recumbit Gradivus ...; sic ... ponit membra Pollux; sic ...; sic ... (*sim.* sic *et* non aliter *variant* 5, 2, 121). Theb. 2, 595. 3, 45 *al.* MART. 6, 77, 8 CLAVD. 5, 120. 8, 206 *al.* SIDON. carm. 2, 227. *in prosa*: FLOR. Verg. p. 185, 10. **c** non aliter *i n d u c i t r e m c o m p a r a t a m* (*item post enuntiatum primarium*): AVSON. 108, 18 pererrat, donec marcentem ... solvat morbus. desectos s i c fama viros ... consumere gaudia *eqs.* torpida non aliter Polygiton membra resolvit. Mos. 73 viridem distinguit glarea muscum. tota Caledoniis t a l i s patet ora Britannis *eqs.* haud aliter detegit ... non concolor herba lapillos. CLAVD. rapt. Pros. 3, 269 Ceres ... ad caelicolas furiato pectore fertur. arduus Hyrcana quatitur s i c matre Niphates, cuius *eqs.*; fremit illa *eqs.* haud aliter toto genetrix bacchatur Olympo. *iuncturam* non aliter q u a m *sim. v. sub II.*

II *in iuncturis*: **1** aliter a t q u e: *v. sub* atque *Thes. II 1080, 32 sqq.* (GELL. 10, 29, 1 *v. ibid. 1047, 82,* PRISC. gramm. III 115, 15 *ibid. 1048, 19*). *adde haec*: *verbum verbo opponitur*: ACC. carm. 12 ut ... aliter ac sit relatum redhostiant responsum. RHET. Her. 1, 10 (*ibid.* non eodem modo, u t). VARRO ling. 9, 104 nam est ac putant aliter. 9, 112 rust. 2, 3, 5. CIC. inv. 1, 44. 2, 23. S. Rosc. 60 aliter causam agi atque ille existimaret. Sulla 40 dom. 31 *al.* Scaur. 28 Mil. 23 de orat. 2, 269 *al.* part. 38 (quam *A*). rep. 1, 59 *et saepius.* fat. 6 num aliter ac nunc eveniunt evenirent? Att. 6, 3, 8 nihil fore aliter ac deceat. 14, 9, 4 omnia plena pacis, aliter ac mihi Calvena dixerat. 16, 13ᵃ, 1 *al.* CAES. Gall. 2, 19, 1 SALL. Iug. 7, 3. *nota* 72, 3 rex, aliter atque animo gerebat, placide respondit. NEP. Alc. 2, 2 *al.* SEN. suas. 6, 19 aliter ac solitus erat, a civibus ... conspectus est. VAL. MAX. 3, 8 ext. 2 cum ... rem aliter, atque ... suaserat, prospere administrassent. CELS. 2, 2 SEN. dial. 9, 17, 1 PETRON. 140 PLIN. epist. 9, 19, 5 *al.* POMPON. dig. 47, 2, 77 (76) pr. re ... usus est aliter atque accepit. *nota* 50, 17, 18 quae legata ... transeunt, eorum commodum ... adquirimus: aliter atque quod stipulati sumus. *sim.* VLP. dig. 28, 5, 2 pr. 40, 16, 2, 3 PAVL. dig. 10, 4, 6 MAR. VICTORIN. defin. p. 48, 5 HYG. fab. 36 p. 67, 16 *al.* SVLP. SEV. chron. 1, 34, 7. *aliae partes orationis sibi opponuntur*: [*dub. interpret.* COM. pall. inc. 74ᶜ]. VARRO ling. 6, 94 nunc aliter fit atque olim. *cf.* 9, 6. 25. 56. 85 rust. 2, 3, 6. 3, 15, 2 CIC. inv. 1, 55. 2, 47 Caecin. 69 fin. 4, 57 *al.* CAES. Gall. 5, 24, 1 LIV. 2, 24, 1. VAL. MAX. 1, 1 ext. 4 consilio sibi aliter (pariter *recc.*) atque universae patriae utili. CELS. 1 praef. p. 11, 34 *al.* ASCON. Pis. p. 16 PLIN. nat. 6, 23 QVINT. inst. 4, 2, 81. CIC. Verr. 2, 119 quod iste aliter a t q u e u t edixerat decrevisset. Tusc. 3, 73. Att. 2, 18, 2 quo aliter ager possideatur atque ut ex legibus Iuliis. EDICT. Vlp. dig. 43, 13, 1, 12 aliter aqua fluit atque uti ... fluxit. PAVL. dig. 4, 5, 3, 1 aliter a t q u e c u m manumitteretur. CELS. dig. 33, 8, 13 aliter a t q u e s i ... foret. POMPON. dig. 8, 1, 15 pr. *et al.* ICTI. *loco corrupto* RVT. LVP. 1, 21. **2** aliter e t: CIC. fin. 5, 89 quid ergo? aliter homines, aliter philosophos loqui putas oportere? quanti quidque sit, aliter docti e t indocti. Att. 10, 11, 1 quod de puero aliter ad te scripsit et ad matrem de filio, non reprehendo. 11, 23, 1 illud (*testamentum*) ... mutari, si aliter est et oportet, non video posse (*v. adnot. Boot*). *cf.* SEN. contr. 7, 2, 14. QVINT. inst. 11, 3, 176 aliter ... dicitur: 'tu ... regni' et: 'cantando tu illum?' et: 'tune ille Aeneas?' et: 'me ... argue tu'. *cf.* SEN. nat. 4 praef. 22 *Sicilia* uno ... tempore vidit Pompeium Lepidumque ex maximo fastigio aliter ad extrema deiectos, cum Pompeius alienum exercitum fugeret, Lepidus suum. **3** aliter q u a m (*iisdem structuris quibus* aliter atque). PLAVT. Cas. 345 quid si sors aliter quam voles evenerit? Stich. 43 etsi ... improbi sint atque aliter nobis faciant quam aequomst. VARRO ling. 9, 28 an aliter hoc fit quam in aëre? CIC. inv. 2, 66 ne quid aliter, quam confirmaverimus, fiat. Quinct. 84 Verr. 2, 24 SALL. or. Macri 8 OV. epist. 17, 134. met. 3, 483 pectora traxerunt ... ruborem non aliter quam poma solent ... aut u t ... solet uva ... ducere ... colorem. 8, 762 haud aliter fluxit ... sanguis quam solet, ... ubi ... taurus concidit. 11, 330 quae pater haud aliter quam cautes murmura ponti accipit. LIV. 5, 30, 1 ne aliter descenderent ... quam ut qui meminissent ... fore. 6, 41, 6. 8, 7, 20 exanimati ... nec aliter quam in se quisque destrictam cernentes securem. 44, 22, 9. 45, 38, 1. EDICT. imp. Aug. de aq. Venafr. (Corp. X 4842) 19 ne ea maceria ... aliter diratu⟨r⟩ ... quam specus reficiundi ... causa. 44. VITR. 6, 2, 4 cum ... nonnulla aliter quam sunt oculis probentur. SEN. contr. 1 praef. 11 ne aut ignoti sint aut aliter quam debent noti. 7, 1, 2 ut aliter quam in culleo moreretur. *cf.* 7, 1, 4 suas. 1, 5 SEN. dial. 1, 3, 12 *al.* epist. 58, 24 quae habuit, aliter habet quam habuit. 87, 39. 94, 63. 98, 4 *al.* COLVM. 4, 29, 12 *al.* MELA 1, 94 orientem solem aliter quam in aliis terris ... aspici (3, 61). LVCAN. 9, 1040. *nota* 9, 284 *Cato* haud aliter ... revocavit ab aequore puppes quam simul effetas linquunt examina ceras. CALP. ecl. 7, 20 non aliter certe mihi dulce loquere quam cantare soles. PLIN. nat. 2, 62. 2, 214 *al.* 16, 179 sunt inter aquaticas et rubi atque sabuci, fungosi generis, aliter tamen quam ferulae. *sim.* 17, 139. 21, 9 *al.* STAT. silv. 4 praef. l. 6. MART. 1, 29, 2 nostros te ... libellos non aliter ... quam recitare tuos. 2, 41, 9. 9, 37, 3 QVINT. inst. 1, 7, 28 *al.* 8, 3, 58 aliter quam ... et quam ... et quam. FRONTIN. aq. 112 IVV. 7, 220 TAC. ann. 6, 30 PLIN. epist. 5, 1, 12 SVET. Iul. 45. Aug. 95 nemine ... aliter coniectante quam laeta ... portendi. EPIST. Hadr. ad Quiet. (Corp. III 355ᴮ) 3 FLOR. epit. 2, 3, 3 *al.* FRONTO p. 32, 8 N. GELL. 1, 13, 8 TERT. nat. 1, 2 *al.* scorp. 9 p. 165, 13. *nota* anim. 17 p. 325, 10 non aliter renuntiant quam quod illa ratio mandavit. TER. MAVR. 719. 1233 SPART. Hadr. 22, 1 *al.* CAPITOL. Pius 11, 1 *al.* VOPISC. quatt. tyr. 13, 3 LACT. inst. 2, 9, 1 *al.* IVST. 24, 2, 2 OPTAT. 2, 21 p. 57, 20 *al.* AMM. 31, 3, 6 HIER. epist. 45, 2 *al.* AVG. civ. 1, 15 p. 26 *al.* MACR. sat. 7, 12, 31 OROS. hist. 5, 1, 13 ALC. AVIT. carm. 4, 318 LEX Burg. lib. const. 2, 1 *al.* HIST. Apoll. 1. quam s i (cum, ut *al.*): SALL. or. Lep. 1 neque se aliter tutum putet, quam si. *nota* VERG. georg. 1, 201 s i c omnia fatis in peius ruere ... non aliter quam, qui ... subigit, si bracchia ... remisit, atque illum ... rapit alveus amni. Aen. 4, 669 resonat ... plangoribus aether, non aliter quam si ... ruat. AETNA 362 quam cum (473. 608). HOR. carm. 3, 5, 50. SVLPICIA

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Tib. 3, 17, 3 ego non aliter tristes evincere morbos optarim quam te si quoque velle putem. Ov. met. 2, 623 *al.* (*saepe* quam cum). trist. 1, 3, 73 *al.* Epist. Sapph. 115. Liv. 1, 31, 2 haud aliter quam cum grandinem venti ... in terras agunt ... cecidere ... lapides. 3, 51, 12 negabant se aliter ituros quam si ... deponerent. 21, 63, 9 *al.* 37, 55, 10 id aliter fieri non posse quam ut ... cedat. Sen. contr. 7, 2, 13 aliter non potuisse pacari rem p. quam si ... sublatus esset. 9, 3. 9. suas. 3, 6 ipse Messala numquam aliter illum ... interrogavit quam ut diceret. Val. Max. 1, 8, 2 non aliter ... quam si. 7, 2, 2 negabat aliter cum hoste confligere debere, quam aut si (si aut *Par.*) ... obvenisset aut ... incidisset. Cels. 6, 18, 6 p. 257 Sen. dial. 4, 11, 3. 4, 33, 4 *al.* epist. 34, 1 alumnum suum nemo aliter intuetur quam ut ... iudicet (55, 4). Cvrt. 8, 8, 13 9, 5, 23. 10, 8, 15 Colvm. 4, 2, 2 *al.* 6, 37, 6. 7 arb. 7, 5. *nota* 1, 3, 6 nisi aliter existimamus ... orbem gentes ... petiisse ... quam quia ... non potuerant. Lvcan. 6, 501. Plin. nat. 6, 88 non aliter odio iustiore ... quam si. Val. Fl. 4, 368. *nota* 5, 408 non aliter quam si radiantis adirent ora dei ..., tale iubar per tecta micat. Sil. 7, 500. Stat. Theb. 1, 421 non aliter quam Pisaeo sua lustra Tonanti cum redeunt *eqs.*, sic alacres ... incurrunt. 10, 246. 12, 66 Qvint. inst. 1 praef. 5 *al.* 3, 6, 34 decl. 255 p. 44, 8 *al.* Ivv. 6, 619 Tac. ann. 1, 6. 49 Svet. Aug. 40 *al.* Tib. 15 neque ... legata percepit ulla aliter quam ut ... referret (24). Ivst. 12, 7, 7. *nota* 25, 2, 3 neque aliter servata castra quam quod deserta sunt. Lact. inst. 3, 11, 13 nec aliter summum bonum videri ..., quam si ... sit (opif. 4, 14 *al.*). Mart. Cap. 3, 269 praecedit ... nec aliter quam ut ... sit. *notandus est multiplex usus ap.* Ictos: Ivlian. dig. 35, 2, 87, 8 nec aliter augebuntur legata ... quam augentur, cum. Gaivs inst. 2, 287. *de condicione* Labeo dig. 16, 3, 34 qui tibi non aliter quam nummis a te acceptis depositum reddere voluerit. Ivlian. dig. 14, 4, 8 *al.* Cels. dig. 17, 2, 75 nec aliter societas sit, quam ut Titius arbitratus sit. Pavl. sent. 4, 6, 2ᵃ qui aliter aut alibi quam uti lege praecipitur testamentum aperuerit. Vlp. dig. 43, 21, 1 pr. Ivlian. dig. 8, 3, 31 quemadmodum ... imponi aliter non potuisset quam ut ... duceretur. 36 1, 28, 15 *al.* Pompon. dig. 8, 3, 20 pr. *al. de condicione*: Marcell. dig. 32, 69 pr. non aliter a significatione verborum recedi oportet quam cum manifestum est aliud sensisse testatorem. Proc. dig. 2, 14, 36 non aliter me ... excludi debere, quam si ... tradidisses (Plavtivs dig. 35, 1, 44, 10 *al. passim ap.* Ictos). *cf. etiam l. 42.*

nota coniunctionem (cum, si) *omissam* (*similia sub* alias *p. 1551, 46*): Frontin. strat. 1, 1, 10 neque aliter (ante *Scriv.*) principes eorum redire posse quam ipse remissus foret (*cf.* Nep. Them. 7, 6). Ivlian. dig. 17, 1, 32 si hereditatem aliter aditurus non esse⟨m⟩ quam cautum mihi fuisset. 38, 1, 25, 1 *al.* Afric. dig. 44, 1, 16 quod non aliter viam mihi deberi probaturus sim quam prius probaverim ... esse. Gaivs dig. 30, 67 pr. *al.* Vlp. coll. Mos. 14, 3, 2 nec aliter ... cognitio iniungitur quam (quam si *Huschke ex Cuiac.*) praesidis partibus in provincia fungatur. Ivst. 15, 3, 13 ut sanguis aliter cludi non posset quam ... imponeret. 4 non aliter nisi: Varro ling. 8, 6 nisi discendo ... aliter id non pervenit ad nos. Cic. fat. 27 an aliter haec enuntiatio vera esse non potest ... nisi ... causa ... erit effectura? 48 *Epicurus* aliter obsistere fato fatetur se non potuisse nisi ad has commenticias declinationes confugisset. epist. 1, 9, 21 nec ... aliter potuisse, nisi ... coniunxissem. Lent. Cic. epist. 12, 14, 5 quod aliter non potest fieri, nisi (si *add. Ernesti*) spatium habuero. Cael. Cic. epist. 8, 14, 2. [Caes. Gall. 6, 16, 3 *sec. β*]. Sall. or. Lep. 17. 24. Liv. 32, 38, 4 negare aliter urbem ... se accepturum, nisi ... decreto accersitus ... esset. 35, 39, 4 non aliter, nisi pars ... inclinaret ..., rem adgressurus. 37, 54, 8. 45, 11, 11. 45, 31, 8. Manil. 3, 247 nec tibi constabunt aliter vestigia veri, ni ... noris. Vitr. 2, 1, 9. 8, 3, 12 *al.* Sen. contr. 10, 5, 17 Sen. dial. 2, 9, 3. Colvm. 6, 14, 7 non aliter glabra fiunt, nisi cum ... est. Petron. 3 Qvint. inst. 2, 16, 9. 7, 1, 60 decl. 245 p. 5, 5 *al. nota* Tac. dial. 32 quem non posse aliter (alium *Andresen*) existere nec extitisse umquam confirmo, nisi eum, qui. Svet. Nero 36 Flor. epit. 4, 3, 4 Iavol. dig. 23, 1, 50, 1 Ivlian. dig. 4, 8, 47 *et al.* Icti. *nota* Gaivs inst. 2, 270ᵃ ⟨legatum⟩. ... non aliter valet quam si a testatore confirmati fuerint, id est, nisi in testamento caverit testator, ut. Apvl. Plat. 2, 13 Tert. spect. 21 *al.* bapt. 10 ipse dominus, nisi ... prius ascenderet ad patrem, aliter negavit spiritum descensurum. Ivst. 12, 14, 7 *al.* Lact. inst. 2, 1, 4 *al.* Firm. err. 4, 2 Itin. Silv. 15, 3 Amm. 31, 12, 9 Veg. mil. 1, 9 *al.* Hyg. fab. 98 p. 92, 18 Hier. epist. 78, 29 *al.* Vvlg. num. 35, 33 *al.* Rvfin. Adamant. 1, 1 Avg. civ. 5, 21 p. 233 *al.* 7, 4 p. 279 aliter non putatum est ... consulendum, nisi ut ... discerent (12, 14 p. 531 *al.*). Cassiod. var. 1, 40 *al.* Lex Burg. Rom. 21, 2 (*cf.* 21, 3 quam si). 5 non aliter quin (*cf. p. 1636, 31*): Ter. Hec. 398 dicam abortum esse: scio nemini aliter suspectum fore, quin ... ex te recte eum natum putent. Caes. Gall. 7, 44, 4 vehementer huic illos loco timere nec iam aliter sentire (*i. dubitare*), uno colle ab Romanis occupato si alterum amisissent, quin ... interclusi viderentur. 6 aliter ab: Mela 1, 57 cultores regionum multo aliter a ceteris agunt. Itala psalm. 44, 8 (Optat. 4, 7 p. 113, 3) unget te dominus ... aliter a consortibus tuis (παρὰ τοὺς μετόχους. Vvlg. prae consortibus). 7 aliter ... aliter *et sim.*: Plavt. Epid. 579 ⟨*gen.*⟩ aliter catuli longe olent, aliter suis. Col. frg. 2, 3 qui aliter regi dictis dicunt, aliter in animo habent. Varro ling. 8, 19 aliquot modis declinata ea, quae foris; nam aliter, qui ..., aliter, quae. Cic. inv. 2, 171 aliter dicere solemus: 'necesse est Casilinenses se dedere Hannibali'; aliter autem: 'necesse est Casilinum venire in Hannibalis potestatem'. de orat. 3, 86 Brut. 208 off. 1, 38 *al.* ac. 2, 143 aliter Diodoro, aliter Philoni, Chrysippo aliter placet. epist. 15, 21, 4 Hirt. Gall. 8 pr. 8. Liv. 28, 42, 11 aliter eidem illi Carthaginienses Hispaniam defenderunt, aliter moenia patriae ... defendent. Vitr. 1, 2, 9 aliter urbanas domos oportere constitui videtur, aliter, quibus ex possessionibus rusticis influunt fluctus; non item (idem *codd.*) feneratoribus, aliter beatis et delicatis. 6, 1, 1 aliter ..., aliter ..., non eodem modo ..., dissimiliter. Sen. contr. 1, 2, 3. 7, 2, 13. Cels. 1 praef. p. 10, 3 *quinquies.* Sen. dial. 1, 2, 5. 4, 18, 1 *al.* Colvm. 1 praef. 26. 12, 18, 5 Plin. nat. 8, 191 Qvint. inst. 1, 4, 28 *al.* 3, 8, 49 idem illud aliter Caesar, aliter Cicero, aliter Cato suadere debebit. 5, 11, 31 *quater* (11, 1, 39). 12, 10, 70 Tac. dial. 32. Avr. Fronto p. 17, 3 N. *ter.* Vlp. dig. 2, 9, 5 *al.* Gell. 11, 3, 2 *sexies.* Ps. Apvl. herm. p. 272 Ivst. 22, 5, 4 Hier. epist. 48, 12 *al.* Avg. civ. 11, 16 p. 483 *al.* Avg. civ. 11, 21 p. 489 nec aliter nunc et aliter antea et aliter postea. conf. 3, 9, 17 cum saepe se aliter habet species facti et aliter facientis animus. gen. ad litt. 12, 6 in psalm. 126, 11. *in anaphora* Qvint. decl. 313 p. 231, 15 neque aliter stare leges possunt neque aliter civitas. alius ... aliter: Varro rust. 2, 7, 15 *v. p. 1639, 16.* Vitr. 1, 4, 7 *v. p. 1647, 4.* 10, 16, 1 alia ratione ad audaces ..., alia ad diligentes, aliter ad timidos machinationes debent comparari. Gell. 16, 13, 1 aliud est atque aliter dicitur. *in anaphora*: Cic. div. 2, 83 *v. p. 1639, 58.* Sen. dial. 6, 18, 4 alia forma aliterque mirabilis. 8 aliter atque aliter *et sim.*: Not. Tir. 6, 9. 10. Vitr. 1, 1, 7 in cursibus et circumitionibus et librata planitie expressionibus spiritus naturales aliter atque aliter fiunt. Sen. dial. 2, 18, 3 huic Gaius signum petenti modo Veneris modo Priapi dabat aliter atque aliter exprobrans armato mollitiam. nat. 6, 16, 1. epist. 27, 9 hoc saepe dicit ... aliter atque aliter. 89, 5. Plin. nat. 2, 208 subinde aliter atque aliter. 9, 2 aliter atque aliter nunc flatu nunc fluctu convolutis seminibus. Qvint. inst. 9, 1, 16 Svet. gramm. 25. Gell. 14, 2, 19 aliter atque aliter eadem in causa eodemque in tempore sentire. Cens. 4, 5. Hier. epist. 29, 4 quae alibi aliter atque aliter expresserant. in Mich. 2, 6 p. 510 in eadem causa divites ac pauperes ... iuxta facultatum diversitatem aliter atque aliter iudicant. Avg. civ. 20, 17 p. 446 *al.* in psalm. 121, 5 quod semper aliter atquo aliter est, non est. Vincent. Ler. 2, 2. *sim.* Ivl. Val. 1, 9 p. 20, 6 morigerum *equum* ... aurigabundus hac atque aliter Alexander circumducit. Cels. 3, 3 p. 78 aliter aliterque in eodem morbo febres accedunt. 3, 21 p. 106 *al. nota* 5, 28, 12 p. 214 cum quis aliter decubuit aliterque membrum conlocavit. Sen. nat. 2, 32, 7 Not. Tir. 6, 8. Avg. in psalm. 146, 11 quae sunt creata, aliter et aliter possunt esse. *sim. saepius. substantive pro obiecto*: Avg. in euang. Ioh. 23, 9 ubi invenis aliter et aliter. Not. Tir. 6, 7. *nota* Sen. benef. 4, 7, 1 quotiens voles, tibi licet aliter (*i. aliter atque aliter*) hunc auctorem ... conpellare. 9 alius aliter *et sim.*: Cic. de orat. 2, 79 haec ... aliter ab aliis digeruntur. part. 51. div. 2, 146 cum eadem *somnia* et aliis aliter evadant et idem non semper eodem modo. Att. 7, 8, 1 aliter cum aliis locutum. ad Brut. 1, 13, 1. Liv. 2, 21, 4 aliter apud alios. 39, 53, 1 aliter aliorum adfecerat animos. Sen. contr. 7, 1, 23 Cels. 7, 17, 1 Sen. dial. 6, 2, 1. 6, 7, 4. 6, 20, 3 epist. 12, 7. 118, 8. 121, 2 Colvm. 11, 2, 67 Plin. nat. 2, 19. 121. 188. 15, 53 Qvint. inst. 2, 4, 14. 11, 1, 42. *12, 10, 44 Spart. Geta 3, 1 Lampr. Alex. 42, 3? Prosp. resp. ad Gall. 1, 5 aliis atque aliis aliter atque aliter praedicetur. Vincent. Ler. 2, 2 *cf.* Avg. civ. 6, 4 p. 252. c. Faust. 3, 5 alius aliter et alius aliter. *cf.* Vvlg. III reg. 22, 20 dixit unus verba huiuscemodi et alius aliter. *nota* quisque *pro* alius *positum*: Sen. contr. 10, 4, 2 aliter in quemque (-quem *codd.*) saeviens.

alias aliter *v. sub* alias; alibi aliter *v. sub* alibi.

iuncturae: *cum adverbiis* (*cf. Wölfflin, Komparation p. 39*): longe aliter: Plavt. Epid. 579 Truc. 172 Cic. Quinct. 84 S. Rosc. 50. 138 Scaur. 28 de orat. 2, 280 orat. 198 nat. deor. 3, 63 *al.* Sall. Iug. 7, 3 *al.* Liv. 2, 24, 1. 2, 46, 2 aliter longe. 9, 7, 2 *al.* Vitr. 1, 4, 7 *al.* Rvt. Lvp. 1, 21 Fest. p. 145, 21 Lact. inst. 6, 3, 14 Amm. 31, 3, 6 *al.* Avg. civ. 4, 1 p. 146 *al.* Svlp. Sev. chron. 1, 34, 7 *al.* multo: Ter. Andr. 4 Varro rust. 2, 3, 6 *al.* Nep. praef. 7 *al.* Hier. epist. 57, 7 *al.* nihilo: Ter. Phorm. 530. paulo: Varro ling. 5, 74. 9, 110. quanto: Sen. contr. 7, 2, 14 Sen. dial. 1, 2, 5 epist. 94, 69 Oros. hist. 5, 1, 13. qui (*adv.*): Sen. contr. 7, 6, 1. quomodo: Sen. contr. 9, 4, 7. *similia v. supra.* et (*i. etiam*) aliter: Plin. nat. 11, 112. 19, 131. 20, 174 Qvint. inst. 6, 3, 87. 8, 4, 6 *al.* Hier. epist. 69, 5 Avg. civ. 16, 15 p. 151 *al.* (quoque: Qvint. inst. 9, 3, 69).

synonyma: alias (*v.* Char. gramm. I 194, 22 Beda gramm. VII 262, 21 *et sub* alias), aliuta, dissimiliter, secus (Fest. p. 297, 2. 334, 19). *nota iuncturas*: aliter aliove modo: Lex Vrson. (Corp. II 5439) 126, 37. 41. alia ratione: *v. supra l. 23.* *opposita*: ita (*adde*: Cic. fin. 3, 54 off. 3, 107 Vopisc. Car. 4, 7), item, sic (*adde*: Sen. benef. 3, 23, 3 Colvm. 8, 8, 8 Arnob. nat. 5, 36 Avson. 108, 18 Avg. civ. 21, 26 p. 542), similiter (Avg. in euang. Ioh. 110, 3). huiusmodi, eodem modo.

adv.: **aliuta** antiqui dicebant pro aliter, ex Graeco id ἀλλοίως transferentes. hinc est illud in legibus Numae Pompili: si quisquam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aliuta faxit, ipsos Iovi sacer esto: PAVL. FEST. p. 6, 1. [*cf. c.* alius *et c.* ita. *Th.*] *cf.* aliutea.

[**aliutea** aliud, amplius *cod. Ambros. B 36 inf. ap. Loewe, Prodr. p. 432.* aliuta *Loewe*]. *Hey.*

Alius, -a *v.* Allius. **Alizonī, Alizonia** *cf.* Halizones.

1. Alla, -ae *nom. mul. barb.* CORP. II 5779 (*Segoviae*) Allae Couneidoq(uu) Cipolius uxori s. t. t. l.

2. Alla, -ae *nom. vir. barb.* (*germ.?*). CHRON. Gall. chron. I p. 665, 653 ab Alla et Sindila comitibus. *Diehl.*

allābo *f. v.* allavo.

allābor, -psus sum, -ī *ab* ad *et* labi. *ponitur absolute, vel cum dativo* (*inde a* VERG.), *rarius acc.* (VERG. Aen. 9, 472 CIRIS 476 AVIEN. Arat. 320 PAVL. NOL. carm. 24, 363. 25, 203 CYPR. GALL. gen. 61). *seq.* ad LIV. 25, 16, 2 ENNOD. epist. 1, 21, in *c. abl.* OBSEQ. 28. GLOSS. adlapsus: sensim veniens. adlapsa: caute veniens.

de fluidis: CIC. div. 2, 58 umor adlapsus extrinsecus, ut in tectoriis videmus, austro sudorem videtur imitari. VERG. Aen. 10, 269 totumque adlabi classibus aequor (AVSON. 298, 19). 10, 291 qua ... mare inoffensum crescenti adlabitur aestu (GLOSS. leniter decurrit vel infertur; infertur vel abluetur *i.* adluitur). CYPR. GALL. gen. 61 Aethiopas Geon (*fluv.*) adlapsus opimat. *de nantibus, navigantibus* (GLOSS. allabi: navigio duci): VERG. Aen. 3, 131 Curetum adlabimur oris (GLOSS. deferimur. navigando decurrimus). 3, 569 Cyclopum adlabimur oris. 6, 2 Cumarum adlabitur oris. 8, 108 rates ... inter opacum adlabi nemus. CIRIS 476 *Ciris* Paron viridemque adlapsa Donysam. OV. met. 14, 243 terris adlabimur illis. VAL. FL. 3, 43 puppis ... notis adlapsa vadis. SIL. 6, 383 tandem patriae Tiberino adlabimur amni. STAT. silv. 3, 2, 37 Glaucus ... patriis quotiens adlabitur oris. PAVL. NOL. carm. 24, 267 ut adlabentem portui sensit ratem. 24, 363 portum ... adlabitur. ALC. AVIT. carm. 1, 207 quidquid odoratum pulchrumque adlabitur (*cf.* v. 205 perfertur), inde (*ex India*) est. *de reptantibus*: LIV. 25, 16, 2 ad exta ... angues duo ex occulto adlapsi adedere iecur. 16, 3 ⟨adlapsos⟩. OBSEQ. 28 angues duo nigri in cella Minervae allapsi civilem caedem portenderunt. *nota de supplicum gestu*: SEN. Phaedr. 667 supplex iacet adlapsa genibus. SIL. 8, 74 adlapsam genibus. *de volantibus*: VERG. Aen. 9, 472 Fama ruit matrisque adlabitur auris. 9, 575 alis adlapsa sagitta et laevo infixa est lateri. [9, 629 adlapsa sagitta *P, cett.* adducta.] 12, 319 ecce viro stridens alis adlapsa sagitta est. SEN. Ag. 432 aura ... adlapsa velis. PLIN. nat. 24, 116 baculum ex ea (*aquifolia*) in quodvis animal emissum ... ipsum per sese [re]cubito propius adlabi. SIL. 9, 473 i, dea (*Iris*), et Oenotris velox adlabere terris. 10, 353 per tacitum adlapsus *Somnus.* 15, 21 per auras adlapsae ... hinc Virtus, illinc ... Voluptas. STAT. Theb. 2, 90 *Hermes* stratis adlapsus. IVL. VAL. 1, 27 aves undique versus adlapsae. ITIN. Alex. 20 rege in cetera distento adlapsas alites. AVIEN. Arat. 320 *Iustitia* vix summos adlabens denique montes. VERS. inc. gramm. VII 333, 14 mors ecce non tardat et omni adlabitur hora. HIER. epist. 31, 2 in columbae specie spiritus sanctus adlabitur. MART. CAP. 1, 39 de ... loco adlapsa sensim Pallas ... descendit.

liberius cogitata vel translata: CVLEX 25 Octavi venerande, meis adlabere coeptis. VAL. MAX. 2, 10 praef. grato ... et iucundo introitu animis hominum adlabitur admirationis praetexto velata *maiestas.* 5, 2 ext. 1 cuius muneris quam grata aestimatio animo eius esset adlapsa, ... ostendit. TAC. ann. 1, 70 modice adlabente aestu. AMM. 14, 10, 15 adlapsa felicitate. 15, 5, 24 ante adlapsum ullum rumorem (16, 7, 1). 18, 5, 2 adlapsuro iam praestituto die. 22, 7, 1 adlapso Kal. Ian. die. 28, 6, 7 adlapso legitimo die concilii. HIER. epist. 117, 10 dies enim adlabitur dum ignoras. AVG. mus. 6, 4, 7 in sonis qui allabuntur auribus. PAVL. NOL. carm. 25, 203 quis odor nares adlabitur? ENNOD. epist. 1, 21 p. 33, 16 in eo loci constitutus, ad quem difficile nuntius expectatus adlabitur.

deriv.: adlapsus.

adlabōro, -āre *ab* ad *et* laborare. *laborare in re*: HOR. epod. 8, 20 quod (*fascinum*) ut superbo provoces ab inguine, ore adlaborandum est tibi. TERT. patient. 13 cum eandem *patientia* etiam in corpore demerendo domino multipliciter allaboret (-em *trad.*). *cum labore addere*: HOR. carm. 1, 38, 5 simplici myrto nihil adlabores sedulus curo (PORPH. nihil adlabores myrto adplicare).

adlacesso, -ere *ab* ad *et* lacessere. EPIST. Alex. p. 207, 10 nos adlacessere temptabant.

adlacrimo, -āre *ab* ad *et* lacrimare. VERG. Aen. 10, 627 et Iuno adlacrimans (*sc. verbis auditis*): 'quid *eqs.*'. APVL. met. 10, 3 ubertim adlacrimans ... sic eum ... adfatur. *forma deponentis* (*cf.* lacrimari): CHIRON 269 si caput doluerit, sic intellegas ex gravedine et ex eo quod assidue praesepio caput deponat et ex eo quod adlacrimatur *equus.*

allacto, -āre *ab* ad *et* lactare. [*francog.* allaiter, *ital.* allattare. *M.-L.*] MARCELL. med. 8, 136 ex lacte mulieris, quae puerum allactat.

adlaedo, -ere *ab* ad *et* laedere. TERT. spect. 30 ne lactucae suae frequentia commeantium adlaederentur (laed- *edit. Gangnei*). *V.*

Allagē, -ēs, Ἀλλαγή, *nom. serv. et cogn. lib.* CORP. XIV 3435 (*prope Praeneste*) Fabia Etei (mulieris) l. Euche et Allage l. V 2554 (*Ateste*) Acutiae Allages. *Diehl.*

Allaiedius *v.* Allius.

adlambo, -ere *ab* ad *et* lambere. PRVD. ham. 135 virides adlambunt ora cerastae. SVLP. SEV. dial. 2, 8, 8 virgines adlambunt singula loca, ubi aut sederat vir beatus aut steterat (GREG. TVR. Mart. 1, 2 singula loca adlambens osculis). MART. CAP. 4, 331 cum Cyllenus ... anguis assurgens adlambere feminam crebris linguarum micatibus attemptaret. *translate*: PS. QVINT. decl. 10, 4 quamdiu filium *mortuum mater* tenuerit a⟨l⟩lambentibus flammis. CASSIAN. conl. 15, 10, 3 huius ... flammae ... innoxius ... te adlambet (abl- *Sessor.*, allamberit *Sang.*) attactus. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 346 *incendium* vicina adlambens funestis culmina flammis. AVSON. Mos. 360 te (*o Mosella*) ... Celbis, te ... Erubris festinant famulis quam primum adlambere lymphis. PAVL. PETRIC. Mart. 6, 73 fluvius ... contiguis adlambit saxa fluentis.

adlampado, -āre *ab* ad *et* lampas *ibrida formatio.* PS. EVG. TOL. carm. app. 20, 25 cuius (*dei*) ad imperium rutilans adlampadat ignis. *V.*

Allantēnsēs, -ium *incolae opp. cuiusdam Macedoniae.* PLIN. nat. 4, 35. *cf.* STEPH. BYZ. Ἀλλάντη, πόλις Μακεδονίας καὶ Ἀρκαδίας. Θεόπομπος δ' ἐν πρώτῳ τῶν Φιλιππικῶν Ἀλλάντιον αὐτὴν εἶπε. τὸ ἐθνικὸν Ἀλλάντιος. *Diehl.*

allāpsus, -ūs *m. ab* allabi. HOR. epod. 1, 20 avis serpentium adlapsus timet. VAL. MAX. 1, 6, 8 neque adlapsus serpentium arceri neque fuga inpediri potuit. APVL. met. 5, 1 prope fontis adlapsum domus regia est. AVIEN. ora 285 insulam Tartessus amnis ... undique adlapsu (ab lapsu *codd.*) ligat. AMBR. hex. 5, 10, 30 sinus ... torrentum frigescat adlapsu. PS. AMBR. serm. 46, 11 scopulos ... quos superiacens aquae tenuis occultat adlapsus. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 103 fluminis adlapsus tangit confinia montis. CYPR. GALL. gen. 276 cunctosque evolvere fontes adlapsu maiore paro *diluvii tempore.* PAVL. NOL. carm. 25, 157 deus ... in virgine templum ipse sibi arcano condidit impluvio, descendens tacito adlapsu, velut imber ab alta nube ... cadit (epist. 19, 3 med. tacito ... in virginem fusus adlapsu). 27, 95 deus ... conspicuo ... adlapsu ruit igneus illic *in apostolos die Pentecostes.* AVG. conf. 10, 34, 51 lux ... multimodo adlapsu blanditur mihi. *V.*

Allās *nom. serv., cf.* ἀλλᾶς. CORP. VI 27082. *Diehl.*

adlasso, -āvī, -āre *ab* ad *et* lassus. LEX Sal. 33 add. 1 si quis alium cervum, quem canes moverint aut adlassaverint, ⟨occiderit vel celaverit⟩, solidos XV culpabilis iudicetur. *ibid.* add. 2 alassaverunt.

allassōn, -ontis, ἀλλάσσων. EPIST. imp. Hadr. Vopisc. quatt. tyr. 8, 10 calices tibi allassontes [versicolores] transmisi.

allaterātī (-atim p. 44, 23) palmulis: qui circa latera palmas gerunt GLOSS. Plac. V 6, 4 = 44, 23. *non contemnenda est correctio cod. Bamb.* adlateratis.

adlātio, -ōnis *f. ab* adferre. ITALA exod. 35, 21 (Wirc.) attulerunt adlationem (ἀφαίρεμα, VVLG. primitias) domino. PS. MATTH. euang. 8 (Migne 30, 303A) post allationem *virgae ad altare* (*plane alia in Tischendorfii codd. leguntur, v. p. 65*).

allātor, -ōris *m. ab* adferre. PETR. CHRYS. serm. 121 p. 531C Abraham ... ipse allator prandii. *V.*

Allātor *cogn. vir.* CORP. VIII 1917 (*cf.* p. 1576, *in prov. procos.*) Cassius Allator pater, Rutilia H⟨on⟩orata mater. *Otto.*

adlātro, -āvī, -āre *ab* ad *et* latrare. *habet accusativum; dat. apud* CLAVD. *non legitur nisi positum translate*: LIV. 38, 54, 2 M. Porcius Cato ... adlatrare (ac lacerare *codd., at cf.* QVINT.) magnitudinem eius (*Scipionis Africani*) solitus erat. *cf.* QVINT. inst. 8, 6, 9 Livius Scipionem a Catone adlatrari solitum refert. COLVM. 1 praef. 9 caninum ..., sicut dixere veteres, studium ... locupletissimum quemque adlatrandi. MART. 2, 61 nimiaque aerugine captus allatras nomen quod tibi cunque datur. 5, 60, 1 allatres licet usque nos. SIL. 8, 290 nigro adlatraverat ore victorem Invidia. 11, 426 ingenium vitia adlatrantia quassant. CLAVD. 22, 466 lenior et gravidis adlatret Sirius uvis. PLIN. nat. 2, 173 oceanus ... vicino accessu interna maria adlatrat. 4, 19 tot sinus Peloponnesi oram lancinant, tot maria adlatrant. *V.*

Allātus *nom. serv., ab adferendo impositum.* CORP. VI 5689 Allatus Vrbani. XII 720 (*Arelate, litt. saec. I*) Avilliae Grátae Allatus Aug. lib. uxóri. *Otto.*

Allava *statio Siciliae.* ITIN. Anton. Aug. p. 88 (alleua *unus liber*). *cf. Hülsen, PW. I 1584 et* 1. Alabon. *Diehl.*

Allaucus *cf.* Alaucus.

adlaudābilis, -e *ab* adlaudare. PLAVT. Persa 673 dedisti, virgo, operam adlaudabilem. LVCR. 5, 158 adlaudabile opus divom laudare decere.

adlaudo, -āre *ab* ad *et* laudare. PLAVT. Merc. 85 ingenium adlaudat meum. LVCIL. 875 quod tu allaudes (tua lades *trad.*) culpes, non proficis hilum.

allāvo, -inis *f. si probum est, ab* adlavere *formatum ut* compago *sim.* GROM. p. 306, 15 ideoque scringis (strigis *opinor*) et allavinibus (allab- *cod.*) et centuriis signa proponebantur.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adlavo, -āre *ab* ad *et* lavare. FRONTIN. grom. p. 52, 12 nam et in Italia Pisauro flumini latitudo est adsignata eatenus qua usque adlavabat (adlababat *cod.*). *V*

? **Alldistus** *nom. vir.* CORP. II 1755 (*in Hispan. Baet., periit*) Alldistus Maurus puer. *nomen sine dubio corruptum.*

Alle *v.* Hala. **allēc, allēcula, allēcātus** *v. sub* hall-.

Allecinius *et* **Allecinus,** -a *nom. gent., cf.* Allecnus. CORP. VI 9740 M. Allecinius Philocalus M. libertus, Allecinia Clara Allecini Philocali liberta. 11459 Alleciniae M. l. Severae. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 12 n. 59 (*Tarenti*) M. Allecinius 〈. . .〉. *sed eadem* Notiz. degli scavi 1894 p. 70 A l l e g i n i u s. CORP. VIII 9323 (*in Mauret. Caesar.*) M. Allecinus Athictus.

Allēcnus *nom. barb., cf.* Allecinius. CORP. V 5171 (*Bergomi*) Samico Duntri f. et Noredi Allécni f. *Otto.*

adlectātio, -ōnis *f. ab* allicere, allectare. QVINT. inst. 1, 10, 32 Chrysippus etiam nutricum illi quae adhibetur infantibus adlectationi suum quoddam carmen adsignat. PASS. Tarach. 7 loquor tibi in adlectatione (ἐν ἀπονοίᾳ σε κατέστησα). *ibid.* adlectatio tua tecum sit (ἑαυτῷ καταγίνωσκε).

adlectātor, -ōris *m. ab* allicere, allectare. COLVM. 8, 10, 1 *turdis* veterani debent intermisceri, qui ab aucupibus in hunc usum nutriti quasi adlectatores (*sic codd.*, allectores *vulgo*) sint captivorum maestitiamque eorum mitigent intervolando.

allēctīcius, -a, -um *ab* allegere, allectus. EXC. ex libello Cassiod. Senat. (Cassiod. var. praef. p. VI 8) dixit sententiam pro al〈l〉ecticiis in senatu. *cf. Vsener ad anecd. Holderi p. 25.*

1. allectio, -ōnis *f. ab* allicere. PS. AMBR. serm. 44 tit. post increpationem allectio (*sic codd.*, consolatio *edd.*) ad populum.

2. allēctio (adl-), -ōnis *f. ab* adlegere. *de variis rei publicae corporibus*: CAPITOL. Aur. 11, 7 Hispanis exhaustis Italica allectione . . . consuluit. Pert. 6, 10 cum Commodus adlectionibus innumeris praetorias miscuisset, senatusconsultum Pertinax fecit iussitque eos qui praeturas non gessissent sed adlectione accepissent, post eos esse, qui vere praetores fuissent. COD. Iust. 10, 40, 7 praef. (*imp. Diocl.*) cives . . . origo manumissio adlectio adoptio . . . facit. CORP. III 7546 〈Cla〉udianus ex speculatoribus . . . qui sem〈per in mu〉neribus et atlectionibus (*sic*) . . . versatus 〈est〉. *immunitas ordinis senatorii* (*Joh. Schmidt, PW. I 368*): COD. Theod. 6, 4, 10, 1 (*a. 356*) allectionis quaerendus est honor. 6, 35, 7 (*a. 367*) comitibus . . . et tribunis . . . prosit allectio . . .; hi ad impetratam allectionem pertineant. 6, 24, 7 (*a. 414*) senatoriam vindicent dignitatem seque cum allectione clarissimos . . . gratulentur. SYMM. epist. 7, 96, 1 adicienda est ei praerogativa militiae, ut beneficio allectionis utatur. *apud christianos*: TERT. bapt. 12 primae adlectionis *apostolorum* . . . praerogativa. praescr. haeret. 43 adlectio (adi- *codd.*) explorata *in ordinem ecclesiasticum.* adv. Marc. 2, 24 circa Saulis adlectionem (*praecedit* Saulem assumit in regnum *deus*). monog. 12 ordo . . . monogamorum, de quo allectio fiat in clerum. HIL. in Matth. 3, 6 in piscatorum (*i. apostolorum*) allectione (*sic aliquot codd.*, electione *editur*). PS. CYPR. Iud. incred. 10 adlectionis domini (*praecedit* deus, qui episcopum plebi suae . . . constituit).

3. adlēctio, -ōnis *f. ab* adlegere, *actio legendi cum altero.* GLOSS. II 395, 43 παρανάγνωσις adlectio. 564, 32 adlect[at]io lectio cum magistro.

1. allecto (adl-), -āre [*cf. c.* allicere, allectus. *Th.*]. [*ital.* allettare. *M.-L.*] *nota formam deformatam* adlactat GLOSS. *l. 67.* CIC. Cato 57 ad quem (*agrum*) fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat atque adlectat senectus (NON. p. 76 adlectat: inlicit, delectat; *cf.* GLOSS. V 490, 49. 638, 34; *etiam* 165, 18 allecit: adlactat delactat *eodem redire videtur*). Lael. 99 blanda ista vanitas apud eos valet qui ipsi illam adlectant et invitant. VITR. 2, 8, 12 tabernam omnibus copiis instruxit eamque exercendo eos barbaros allectabat. COLVM. 2, 3, 2 sibilo . . . allectari, quo libentius bibant, *boves.* [APVL. met. 1, 2 adlectat *trad. pro* affectat.] IREN. 1, 13, 5 amatoria et adlectantia *sc. pocula* (*v. s. v.* agogima). NOT. Tir. 77, 89 allectat. CARM. epigr. 1581, 5 aviumque suum adlectabat voce pusilla. GLOSSA de canonibus V 410, 9 allectat expectat (*sic ter*, spectat *quater traditum*) *fortasse de deo peccatorem alliciente intellegenda.*

2. allēctat (-it *cod.*) electat (-it *cod.*) GLOSS. V 490, 53. *V.*

Allēctō *una ex furiis. cf.* APOLLOD. 1, 1, 4 ἐριννύες . . . Ἀληκτὼ Τισιφόνη Μέγαιρα. *in recentioribus codicibus* Alecto. *accus.* Allecto: VERG. Aen. 7, 324 CORIPP. Ioh. 4, 327 SCHOL. Stat. Theb. 7, 477. *genetivum* Allectus *grammatici soli adservarunt.* GLOSS. Allecto Ἀληκτώ. nomen furiae. CHAR. gramm. I p. 118, 1 Fl(avius) tamen Caper Allecto monoptoton esse Valerium Probum putare ait. 127, 19 ut refert Plinius, consuetudinem dicens facere hanc Callisto . . . 〈hanc〉 Allecto. PROB. app. gramm. IV p. 195, 10 aptota esse reperiuntur: . . . Allecto. SERV. Aen. 7, 324 tres casus usurpamus, genetivum ut Allectus, nominativum et accusativum ut Allecto. VERG. Aen. 7, 324 luctificam Allecto dirarum ab sede dearum *ciet Iuno.* 7, 331 virgo sata Nocte. 7, 341 Gorgoneis Allecto infecta venenis (Alecto SERV. auct. Aen. 1, 689). 7, 405 reginam Allecto stimulis agit undique Bacchi. 7, 415 Allecto torvam faciem et furialia membra exuit. 7, 445. 7, 476 Allecto in Teucros Stygiis se concitat alis. 7, 479 Cocytia virgo. 10, 41 Allecto medias Italum bacchata per urbes. OV. epist. 2, 119 pronuba Tisiphone thalamis ululavit in illis . . . adfuit Allecto brevibus torquata colubris (CLAVD. 3, 41 CORIPP. Ioh. 4, 327). SIL. 2, 673 Alecto solium ante dei . . . Tartareo est operata Iovi poenasque ministrat. 10, 432. 592. HYG. fab. p. 10, 5 furiae tres, id est Alecto Megaera Tisiphone. CLAVD. 3, 26 invidiae quondam stimulis incanduit atrox Allecto. 33, 280 torvos invisa iugales *Plutonis* Allecto temone ligat. AVG. civ. 3, 13 Allecto illa inferna furia. SERV. Aen. 1, 82 *add. in Parisino* cum tres sint filiae Plutonis et Noctis, Alecto . . ., quae Parcae et Eumenides dicuntur. DRAC. Romul. 10, 482 Allecto (Allectos *N*). FVLG. myth. 1, 7 *Plutoni* tres furias deservire dicunt, quarum prima Allecto . . . . Allecto . . . grece inpausabilis dicitur. *cf.* MYTHOGR. 1, 109 SCHOL. Stat. Theb. 1, 477. 7, 477 Allecto antiquissimam *Eumenidum* quasi natu maiorem dixit. ENNOD. dict. 26, 4 p. 503, 14 (*de excisa Troia*) his te (*adulter*) Allecto pronubum sectatur signis. *sic adversarium quendam appellavit* HIER. in Agg. 2, 21 *sq.* p. 774 quamque me Alecto semper infantem ac mutum fuisse autumet. *Otto.*

allēctor, -ōris *ab* allegere. *in variis collegiis quod munus habuerit nescimus*: CORP. VI 355 (*ex schedis*) adlector collegi ipsiu〈s〉 *i. Isidis.* 950 (*a. 97*) allectores cultores Silvani. 31817 (= 3756) Divae Faustinae Aug. Felix Aug. lib. a veste gladiat(oria), allector collegi, imaginem ex arg. p. I d. d. *nec magis constat de munere provinciali, quod intellegendum videtur* CORP. XIII 5072 cur(ator) colon(iae *Helveticae*) idemque all(ector), *nam in titulis Lugdunensibus* XIII 1688 *et* 1709 *probabile est nominari non* adlectorem, *sed* adlectum arkae Galliarum. CORP. III 7728 adventor, *non* adlector *videtur esse in lapide. cf. etiam* COD. Theod. 12, 6, 12 *sub* allego *p. 1665, 72.*

allectōrius *v.* alectorius.

allēctūra, -ae *munus allecti.* CORP. XIII 1688 allect(o) ar〈k(ae)〉 Galliar(um) ob allectur(am) fideliter 〈a〉dm〈inistrata〉m tres provinc(iae) Galliae.

στρατολογία hic **allēctus,** delectus (dil- *cod.*) GLOSS. II 438, 50. 487, 18 allectus στρατολογία. *V.*

Adlēctus *nom. servorum humillimorumque hominum.* CORP. VI 464 Libero patri . . . Mercurialis, Saturninus, Adlectus (*Donius, qui vidit, habet* Adiectus, *cf.* CORP. VI p. 3005). 1056, 1, 30 (*a. 205*) Caecili Adlecte *vigil.* 11015 D. Aemili D. (et trium mulierum) lib. Adlecti. 13641 Iulio Adlecto (*Seguier, qui vidit, habet* Adiecto, *cf.* p. 3513). XIV 2408, 3, 4 (*Bovillis, a. 169, periit*) Acilius Adle〈c〉tus *adlectus scaenicorum.* INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 104 n. 394 (*Puteolis*) M. Cattio Puteólano filio . . . Cattia Adlecta. III 4414 (*in Pannon. sup.*) Adlec(tus) ser(vus) T. C(. . .) V(. . .). Allectus *Carausi socius, occisus a. 296, cf. Seeck, PW. I 1584.* EVTR. 9, 22 *Carausium* Allectus (Adlectus *codd. Pauli*) socius eius occidit. AVR. VICT. Caes. 39, 40 (OROS. hist. 7, 25, 6 *ubi* Adl- *codd. Vat. et Rehd.*). POL. SILV. chron. I p. 522, 59 Carausius et Allectus in Britannia tyranni fuerunt. *Otto.*

allēcula *v.* hall-. **Allēdius** *v.* Allius.

allēgātio (adl-), -ōnis *f. ab* allegare. *vox de hominibus a* CIC. *usurpata, de rebus t. t.* ICTorum, *quorum ex usu etiam ad res privatas transfertur.*

I *hominum*: CIC. Verr. 2, 44 quanta iste cupiditate, quibus adlegationibus illam sibi legationem expugnavit. 136 cum sibi omnes ad istum adlegationes difficiles, omnes aditus arduos ac potius interclusos viderent. Att. 1, 11, 1 quod neque epistolae tuae neque nostra 〈ad〉legatio . . . potest . . . delere. **II** *rerum (apud iudices plerumque) prolatarum*: GELL. 13, 21, 19 *v. sub* allegatu. GLOSS. διδασκαλία. διδασκαλία ἐπὶ τοῦ διδάσκοντος πρᾶγμα. δικαιολογία. παρεγγύη. TRYPH. dig. 28, 2, 28, 3 anni et rationum allegatione. VLP. dig. 48, 5, 2, 5 an lenocinii allegatio repellat maritum ab accusatione. 48, 18, 1, 26 transmittenda allegatio dicentium . . . se oneratos. PAVL. dig. 4, 4, 36 omissam allegationem . . . repetere potest. 23, 2, 60 si pupilla . . . falsis allegationibus a tutela se excusaverit. sent. 1, 12, 6 qui rescriptum a principe falsa allegatione elicuerint. HERMOG. dig. 4, 4, 17 adversarii circumventionis allegationem. APVL. met. 10, 6 ut rite . . . iudicio reddito et utrimquesecus allegationibus examinatis civiliter sententia promereretur. TERT. nat. 2, 7 quotiens misera vel turpia . . . deorum exprobramus, allegatione[m] poeti〈cae licent〉iae ut fabulosa defenditis. EDICT. imp. Const. frg. Vat. 273 (*a. 315*) 〈par〉tium allegationibus exa〈minatis〉. FIRM. math. 1, 3, 7 examinatis partium allegationibus. 1, 7, 14 ut allegationes nostras recentium exemplorum patrociniis muniamus. IVL. VICT. rhet. 14 p. 418, 34 dum sperat probationem pudoris, asperioribus illis iuris adlegationibus minus repugnabit. LVCIF. reg. apost. 11 qui eius iustitiam falsis allegationibus lacessebant. Athan. 1, 4 tuae erunt iustae . . . allegationes apud deum contra nos. 2, 6 causas praestare allegationum. 2, 9 illi presbyteri in praesentem dixerunt allegationes criminosas. moriend. esse 3 has nostras iustas invictasque . . . allegationes. EPIST. pontif. 212 Lucif. epist. 7 p. 331, 16 ut benivolo animo allegationes nostras audire digneris. SEV. MINOR. p. 743[B] iustis . . . allegationibus. SYMM. epist. 1, 20, 3 has adlegationes boni consulas. 3, 69, 2 auditis eorum adlegationibus. 8, 60 fortasse allegatione moris uteris. 9, 55 allegationes suas properavit adstruere lectione publici scripti, non adsertione verborum. *ibid.* cum allegationes praesentis audieris. 9, 69

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nullas morae allegationes desiderantibus iustas videri. 9, 139 Suessanorum allegationes commendat tibi publicus magistratus. 9, 140 auditis allegationibus procuratoris mei. rel. 19, 10 coniunctae paginae allegationes partium et supplementa sumpserunt. 27, 4 subditis allegationibus partium. 32, 2 post multas allegationes, quas iudicia ut invalida respuerunt. 48, 5 cum . . . senatorum allegatio rescriptis ac legibus niteretur. AMM. 30, 4, 16 cum *advocati* ad inopiam muniendarum venerint allegationum. SCHOL. Cic. Bob. p. 256, 31 praemisit adlegationem verecundae timiditatis. p. 357, 6 absentiae adleg⟨a⟩tione. *cf.* p. 259, 16. AMBR. apol. Dav. I 4, 15 distinximus allegationes validas. HEGES. 1, 15, 1 allegationibus . . ., non muneribus ut ante niti coepere (*seq.* his eum adorsi querelis). 1, 28, 7 cognitis . . . allegationibus partium. 1, 44, 7 iustas adversus hunc allegationes eorum respui. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 4 cum habeamus imperatorem . . ., ad quem cum iustis magis allegationibus quam cum armis egredi debeamus. AVG. epist. 238, 3 non post multam allegationem addidisti ʽpatremʼ. c. Pelag. 3, 3, 5 in allegatione precum. MAR. MERC. Nest. adv. Pelag. 2, 12 (*v. sub* allego *p. 1668, 51*). MART. CAP. 5, 457 inmanitatem obiectionis excludit allegatio promerendi. AVELL. p. 65, 11 presbyterorum allegatio. 376, 4 suas partes iustis allegationibus defensare. 535, 12 inter allegationes angustiarum. 584, 18. 589, 12 allegationis maturitate. 599, 26. 600, 23. 647, 2 *et* 9. 669, 14. LEO M. epist. 66, 2. 167 totius sermonis tui allegatione concepta. FAVST. REI. spir. 2, 2 p. 135, 10 magnis . . . allegationibus et copiosis . . . documentis. ENNOD. epist. 1, 3, 3 delenificam allegationem amplexus (*syn.* epistularis alloquii). 1, 16, 2 pro allegationis responso. 1, 18, 1 allegationem formidinis. 1, 22, 3. 1, 26, 3 hanc . . . allegationis suscepi provinciam. opusc. 2, 94 non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium. epist. 4, 24, 2 *deo* ad plenam ⟨ad⟩legationem sufficit . . . imber oculorum. 6, 33, 1 quamvis . . . utilitatis allegatio sit subicienda diligentiae. 7, 30, 1 quantum patris ipsius reseravit allegatio. dict. 13, 6 taciti . . . allegatione conloquii. 13, 9 genitalis soli allegationibus. CASSIOD. rhet. 9 epilogorum allegatio flebilis. var. 3, 7, 1 Iohannes . . . flebili nos allegatione pulsavit. 3, 37, 1 a Germano nos aditos flebili allegatione (*ibid.* 2 petitio). 12, 26, 1 Augustinus . . . Venetum . . . necessitates flebili allegatione declaravit. 1, 4, 12 calumniosas eius allegationes . . . veritate destruxit. 1, 8, 3 ut allegationibus cognitis . . . iudicemus. 2, 30, 2 motos rationabili allegatione (7, 47, 3). 3, 46, 3 privatam allegationem (*syn.* supplicatio). 5, 31, 2 utrarumque partium allegatione recognita. 5, 36, 1 allegationibus tuis diutius perquisitis et ad rerum fidem deductis. 5, 40, 2 tuis commendati allegationibus. 5, 40, 3 a principe puris allegationibus (*opp.* artificiosis schematibus) impetrare *aliquid.* 5, 41, 6 eos . . . multiplici allegatione praedicamus. 9, 18, 8 de legibus in allegationem iustissimae largitatis. CONC. Rom. a. 501 p. 428, 4 ut allegatio mereretur effectum. INST. Iust. 4, 14 praef. alia allegatione (adiectione GAIVS inst. 4, 126) opus est. 4, 16, 1 allegationibus (δικαιολογίαις) utitur. 3, 19, 12 post tempus tales allegationes opponentibus. GREG. M. epist. 9, 76 crebra nobis allegatione . . . insistere. 9, 90 inauditae allegationis (allig- *pars codd.*). 9, 197 p. 186, 25 qui eorum valeant allegationes (allig- *pars codd.*) distinguere. 14, 13 contra allegationem (allig- *unus cod.*) eorundem responsalium. EVGIPP. Sever. 31, 6 rex modestis allegationibus mitigatus. *ipsum scriptum, quod allegatur vel allegari potest*: AVG. c. litt. Petil. 2, 97, 224 quibus precibus et rescripto, sicut ibi scriptum est, sicut allegationis gesta testantur, pars Donati universaliter usa est. PS. RVFIN. Ioseph. antiq. 12, 2 (12, 35 Iosephi) allegationes alius allegationis (τὸ τῆς ἐκδόσεως ἀντίγραφον) vel exemplorum exemplum designavimus. . . . allegationis autem exemplum huiusmodi probatur ʽ. . .ʼ. igitur tali suggestione (ἐκδόσεως) facta praecepit rex *eqs.* COD. Theod. 16, 5, 37 (*a. 400*) gesta, quibus est huiuscemodi allegatio inserta. ENNOD. opusc. 2, 49 in hac allegationis ipsius fronte. 2, 57 hoc a rege nostra poposcit allegatio. 2, 90. epist. 4, 23, 1 fratris Agnelli . . . allegatio. 5, 3, 3 allegationis meae inspectione. 5, 8, 3. 5, 13, 2. 6, 16, 4 ut cum allegatione manifesta fidum mihi dirigerem perlatorem. COD. Iust. 2, 7, 23, 4 quotiens . . . quis . . . legitimis allegationibus uti maluerit, eas apud eosdem pro tempore fisci patronos . . . eorum gestis intervenientibus commendari, ita . . . ut iuri cognitae adlegationes absentibus personis . . . serventur intactae. LEX Burg. Rom. 22, 3 donationes . . . gestorum sollemni allegatione firmandas. *i. q.* legatio: COD. Iust. 10, 65, 2 collegam . . . desertae adlegationis (leg- *codd. recc.*) arguere. *abusive*: *munus allecti ad accipienda vectigalia*: COD. Theod. 12, 6, 11 (*a. 366*) neminem biennio iugi allegationis (allectionis *Gothofr.*) inservire permittat.

syn. ad II: alloquium. petitio. supplicatio. suggestio.

adlēgātū *abl. ab* adlegare. PLAVT. Trin. 1142 meo adlegatu venit, quasi qui aurum mihi ferret aps te. *cf.* GELL. 13, 21, 19 ʽhic . . . adlegatusʼ et ʽhic arbitratusʼ pro adlegatione proque arbitratione dicuntur, qua ratione servata ʽarbitratuʼ et ʽadlegatu meoʼ dicimus. *Bögel, de nom. verb. lat. p. 123.*

Alleginius *v.* Allecinius.

1. allego (adl-), -lēgī, -lēctum, -ere *ab* ad *et* legere. VARRO ling. 6, 66 *ab legendo* collegae qui una lecti, et qui in eorum locum suppositi: sublecti, additi: allecti. *suo more* ISID. orig. 10, 20 allectus quod sit palam electus. GLOSS. II 565, 54 allectus: consuetus (*? consultus Löwe*, conscriptus *van der Vliet*). *obscura etiam* II 63, 65 ex allectis ἐκ τῶν λογογράφων. TER. SCAVR. gramm. VII 26, 8 *de assimilatione praepositionis*: lego (ligo *codd.*) alligo colligo pelligo, ut omnes antiqui dixerunt (*cf.* VEL. gramm. VII 62, 17 alligere. CASSIOD. gramm. VII 151, 14 *et* 162, 13 alligo duo l. *cf.* ALBIN. gramm. VII 297, 21. *prisce* alec⟨. . . INSCR. Dessau 6132^{b}. atlectus CORP. II 4514. *insculptum cum apice*: CORP. XII 3166 adlécto (XIV 376. 409, 7). X 1273 adléctus; *falso* X 3704, 2 ádlectó. *notatum passim* adl. *vel* adlect. *persaepe* adlectus *part. quasi subst. ut indicetur ordo munus dignitas, cum gen.* CYPR. GALL. *p. 1666, 54.* *interpolatum*: CAES. Gall. 6, 13, 9 adlegitur *add. codd. β.*

in usu est de variis corporibus, quibus nova adduntur membra (Ruggiero, diz. epigr. I p. 410 sqq.): *de senatu Romano*: PAVL. FEST. p. 7 adlecti dicebantur apud Romanos qui propter inopiam ex equestri ordine in senatorum sunt numero adsumpti. FEST. p. 254 P. Valerius cos. propter inopiam patriciorum ex plebe adlegit in numerum senatorum C et LX et IIII, ut expleret numerum senatorum trecentorum. *cf.* MON. Ancyr. 1, 6 ⟨sen⟩atus decretis honorificis in ordinem suum me ⟨adlegit⟩. VAL. MAX. 2, 2, 1 nondum a censoribus in ordinem senatorium adlectum. SVET. Iul. 41 senatum supplevit, patricios adlegit. 80 peregrinis in senatum allectis. Aug. 2 ea gens a Tarquinio . . . inter mino⟨re⟩s gentes adlecta in senatum. 35 *senatores* per gratiam et praemium (pretium *Madvig*) adlecti. Claud. 24 libertinorum filios in senatum adlegisse. Nero 1 inter patricios adlecti (Otho 1). Vitell. 1 stirpem . . . inter patricios adlectam. Vesp. 9 recenso senatu et equite . . . honestissimo quoque Italicorum ac provincialium adlecto. CAPITOL. Opil. 7, 1 Opilium . . . in patricios allegit. Aur. 10, 3 multos ex amicis in senatum adlegit cum aediliciis aut praetoriis dignitatibus. *nota structuram*: MACR. sat. 2, 3, 11 facilitatem Caesaris in adlegendo senatu. *in imagine*: SEDVL. epist. ad Maced. 1 p. 9, 8 ut in caelestis patriae senatu fieri mereatur adlecta *femina.* *saepe in lapidibus*: adlectus inter patricios: CORP. III 6074 adlecto inter patricios a dívo Claudio. X 211. XI 5210. 5211. V 874. IX 1123. 1592 adlecto inter quaestorios a divo Commodo et inter patricios. 2456. VI 1383. 1562. 1577. 3827 (*cf.* XIV 3607 *a. 31* ab eo censore inter patricios lectus; *periit*). INSCR. Ephem. epigr. VII 49 allecto in patricias familias (*cf.* CORP. XIV 3902 electus. XIII 1673 lecto). CORP. V 3117, 4 a Ti. Claudio Caesare . . . censore ⟨a⟩dlecto in senatum et inter tribuni⟨cio⟩s relato. 7153 adlect(o) ⟨in amplissim⟩um senatus ordinem ab ⟨imp. Caes. Nerv⟩a Traiano. VI 1564 ⟨adlecto in amplissimum⟩ ordinem inter praetorios iudici⟨o . . .⟩. VIII 7057 in senatu in⟨ter⟩ praetorio⟨s⟩ allecto ⟨ab⟩ imp. Vespa⟨siano⟩. X 6520 adlecti in ordine senatorio a Ti. Claudio Caes. Aug. Germanico cens(ore) inter tribunicios. XII 2452 allect. in amplissim. ordin. senat. 2453 ⟨a⟩dlecto in amplissimum ordinem inter quaestorios. 4354 (*cf.* III 7395 in amplissimum ordinem adsumptus). XIII 1808 adlecto annorum quattuor in amplissimum ordinem ab imp. T. Aelio Hadriano. V 5265. *accuratius indicata dignitate*: CORP. V 1812 allect(o) inter quaest(orios). X 3723. XII 2453 (*v. l. 47*). IX 1592 (*v. l. 36*). INSCR. Ephem. epigr. VII 395 adlecto inter qq. CORP. VI 1442. 1488. 1530. 1575. 1576. 3845. CORP. XI 3337 adlecto a divo Hadriano inter aedilicios. INSCR. Ephem. epigr. V 563 inter aedilicios adlectus esset. CORP. II 4126 inter tribunicios adlecto. 4130. III 4567 adlecto inter tribunicios. 1458. V 2822 allecto inter tribunicios ab imp. Nerva. 3117 (*v. l. 40*). 4338 allect. inter tribun. ab imperatore Hadriano. IX 5833. X 7237. 6520 (*v. l. 45*). VIII 2582. 2745. 7044. 7062. XII 3163. *cf.* CORP. inscr. Graec. 4034 καταγεὶς εἰς τοὺς δημαρχικοὺς ὑπὸ θεοῦ Ἁδριανοῦ. VELL. 2, 89, 3 octo praetoribus adlecti duo. PLIN. epist. 1, 14, 5 adlectus . . . a divo Vespasiano inter praetorios. CORP. II 2666 ⟨a⟩dlectus ⟨in pra⟩étorios. 3533. 4114 allecto inter praetorios. III 335 adlecto inter praetor. ⟨a⟩b imp. Vespasiano Aug. 552. VI 1359. 1412. 1450. 1547. 1564 (*v. l. 43*). VIII 7057 (*v. l. 44*). IX 1573. X 1249. XII 1857. 3166. XIV 2925. 3619^{a}. CORP. VI 1704 allecto petitu senatus inter consulares. IX 1571 allecto inter consulares (1572). X 1125 adlecto inter consulares iudicio divi Constantini. *bis vel ter allecti*: CORP. XIV 3611 allecto inter quaestorios ab actis sen(atus), aedili curuli, allecto inter praetorios, proconsuli Lyciae. II 4114 allecto inter praetorios item tribunicios. IX 5533 allecto ab dívo Vespasiano ⟨et divo Ti⟩to inter tribunicios, ab isdem ⟨allecto⟩ inter praetorios. XIII 1673 allect. inter praetorios tribúnicios quáestorios. COD. Theod. 6, 23, 1 (*a. 415*) in amplissimo . . . ordine inter allectos et inmunes . . . habeantur. 6, 24, 8 (*a. 416*) inter allectos velut exconsulares habiti. 6, 27, 5 (*a. 386*) inter allectos consulares habeantur. *de senatu municipali*: CALL. dig. 50, 2, 11 neque enim minores viginti quinque annis decuriones allegi . . . possunt. *ibid.* de allegendis in ordine Nicomedensium. 50, 6, 6, 12 nec ab omni aetate allegi possunt, ut divo Pio placuit. 50, 7, 6, 13 qui in corporibus allecti sunt. VLP. dig. 50, 2, 3, 2 spurios posse in ordinem allegi. 50, 4, 6 (*rescr. Marci et Veri*) de tempore quo quisque in curiam allectus sit. PAPIN. dig. 50, 2, 13, 1 relegatos non posse . . . in ordinem decurionum allegi (*cf. praecedentia*). APVL. met. 11, 30 inter ipsos decurionum quinquen-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nales adlegit. Corp. V 2860 allectus decur(io). 2395. 2501 ab ordine decurio allec⟨tus⟩. 2524. III 1914 decuri⟨o⟩ allectus Salona⟨e⟩. 3497 ad[i]l. dec. col. Aq(uincensis). 7334 adlectus decurio in colonis. II 4263 decuri⟨o ad⟩le⟨ct⟩. in col. Ta⟨rrac.⟩. VIII 8840 *cf.* 8494. 1224. 8995. 20651. X 1273 decurio adléctus ex veterib(us) Nola. XIV 321 dec. decreto dec. allectus. 375 d. d. allecto ⟨g⟩ratís decurioni (363). 378. 390. 391. 349. 353. 303 decurioni adlecto Africae Hippone regio. 398. 409, 3. 409, 5 quo anno dec. adl(ectus est). 411. 415, 4. 10. 376 dec. adléctó d. d. infanti. 2987 decurio adlectus curia Praeneste. 4142. VI 9288 in aed(ilitate) decurio adlectus ex consensu decurionum et familiae voluntate (*cf.* 9289). Corp. II 4227 decuriali allecto. Corp. II 4244 adlectus in ordine Caesaraug. 4262. 4463 adlecto in numerum decurion. ab ordine Barcinonensium. VI 1944. IX 1640. 1641. VIII 5278. X 1132 hunc decuriones gratis in ordinem su⟨um⟩ adlegerunt (*cf.* 846). 8215. 8216. 1449 (?). 1576 adlecto in ordinem decurion. Puteolanor. 1804. 1827. 3679 adlec. in ordin. decur. Miseni. 3704 ádlectó ín órdin. decuríón. IX 3573 adlecto in ordine dec. cum esset annorum IV. XIII 6769 7250. XIV 5. 2992 allecto inter decuriones. Inscr. Notiz. degli scavi 1888 p. 236 adlecto ín ordin. decret. d. remissís omnibus muneribus. Corp. XII 1585 adlecto in curiam Lugudunensium nomine incolatus a splendidissimo ordine eorum. Corp. XI 3801 (*Veiis, a. 256*) Cn. Caesius Athictus . . . adlect. inter c vir(os) (*de eodem* 3807—3809). Inscr. Notiz. degli scavi 1889 p. 9 hic primus omniu⟨m⟩ adlectus in ordine ⟨quin⟩quennalium. Corp. IX 4976 qq. decur. ⟨decreto⟩ allecto in perpet(uum). VIII 262 inter quin⟨quennali⟩cios adlecto. X 5853 IIIIvir(o) quinq. adlecto ex s. c. (5852). IX 338 (*album Canusinum*) allecti ínter quinq. (*secuntur 4 nomina*). Corp. XIV 415, 7 d. decreto aedili allecto. 412 aedíli adlecto. 409, 3 dec. decr. aedilicio adl. Inscr. Ephem. epigr. V 563 ⟨cum . . .⟩ . . . in numero dec⟨urionum⟩ et inter aedilicios adlectus esset. 4386 adlecto inter IIviral. X 8215 adlec. in ord. decur. et inter II virale⟨s⟩. Corp. XIV 2113 (*Lanuvii*) allecto inter iuvenes. Corp. XIV 4178[c] (*Lanuvii an Ariciae?*) allecti in⟨t⟩er dictatorios. allectos *pro decurionibus dictum esse non credo nec recte expletum* Inscr. Dessau 6132[b] de alec⟨torum sententia . . .⟩. *de dignitate equestri*: Corp. II 4251 adlecto in equite a T(ito) imp. VIII 627 inter equestres turmas adlecto a divo Alexandro. 1147 ⟨adlect⟩o a divo Pio in turmas ⟨equestres⟩ et in decuriam iudicum. 10501 allecto in turm⟨as⟩ equit. Romanor. (Inscr. Ephem. epigr. VII 6). VIII 937 equo publico adlecti (7074). Inscr. Ephem. epipr. VII 694 equo publico adlecto ab impp. Antonino et Vero (266). *de tribu, municipio, colonia*: Corp. X 3676 adlect. trib(ui) Palat(inae). XI 1617 colón. adlect. d. d. Florent. II 3423 (*Carthagine nova*) civis adlectus (3424). 4263 ⟨ad⟩le⟨ct.⟩ in col. Ta⟨rrac.⟩. 4249 adlecto in coloniam Caesaraugustanam ex benefíc. dívi Hadriani. II 4514 atlectus a Barc(inonensibus) inter immunes. X 1403[e], 1 (*album tribulium*) adlegerunt (*secuntur nomina*). *de iudicum decuriis*: Svet. Aug. 32 iudices a vicesimo (tric- *codd.*) aetatis anno adlegit. Tib. 51 ut civitate donatum in decurias adlegeret, negavit . . . se . . . adlecturum. Corp. II 4223 adlecto in quinque decuri⟨as le⟩gitume Romae iudicantium. 1180 adlecto in decurias ab . . . imp. Antonino et Vero. 3584 adlecto in V decurias (4213. VIII 2578. X 7518 Inscr. Ephem. epigr. V 625. Corp. X 53 allecto in d⟨ecu⟩ris. VIII 9374 adlecto in quinq. decuriís. 1147 in decuriam *v. l. 39*). VIII 1576 in quinque dec. adlectus (1494. 1827. 6711). II 6096 inter decurias iudicum Romae adlecto. 6094 adlecto in dec. V iud. Rom. *similia passim. cf.* V 5050, 33 non nullí collectí (allecti *coni. Mommsen*) in decurias Romae res iudicare. Corp. III 14359[3] a⟨dl.⟩ in V dec. inter select(os). 726 adlect. in decur. iudic. selector. a divo Tito. X 1685 adlectus inter selectos ab imp. Caes. Aug. 7507 ⟨ex⟩ quinq. decur. iudic. ⟨select. inter⟩ quadringenarios adlecto a divo Anto⟨nino Au⟩g. Pio. *minus accurate dictum est* Inscr. Ephem. epigr. VIII ad Corp. II 199 ⟨ad⟩lecto in qui⟨n⟩que decuri(as) eq⟨uitum⟩ Romanor(um) ⟨a divo⟩ Commodo *cum tres priores tantum decuriae equestris ordinis essent.* *de variis officiis aulicis*: Corp. XII 1856 adlecto inter comit⟨es A⟩úggg. nnn. XIV 4062 adlecto a memoria. Inscr. Ephem. epigr. V 562 adl⟨ecto ab imp⟩ . . . ⟨ad c⟩uram civi⟨tatis⟩. VII 262 adlecto ⟨magis⟩tro epistular⟨um⟩. Corp. XI 5697 curatori viarum et pontium Vmbriae adlecto (dato *in eadem formula* 5696) ab optimo imp. T. Aelio Antonino Aug. Pio. Cod. Theod. 12, 6, 12 (*a. 366*) largitionum et prosecutorum allectorumque (*nisi referendum est ad* allector) fraudibus. 11, 16, 15 (*a. 395*) legatis atque allectis.
de officiis militaribus: Svet. Aug. 49 *milites* in sui custodiam adlegit. Corp. XI 5215 adlecto ad munera praeff. legg. VII Clau(diae) et primae adiutricis. Inscr. Ephem. epigr. V 506 (centurioni) adlecto ex eq. R. a divo Pio in leg. II Aug. *saepius de equitibus singularibus*: Corp. VI 3234 eq. sing. . . . allect. ex ala I Illyricor. (3191. 9239[a]. 3249. 3308; *cf.* 3255 eq. sing. Aug. lectus ex exercitu Raetico ex ala Flavia). 3261 ⟨adl⟩ect. eq. sing. 30937 allec. ex provinci⟨a⟩. 31162 (*a. 219*) equites singulares . . . cives Batavi sive Thraces adlecti ex provincia Germania inferiori. *nota*: Corp. V 5036, 7 (*Tridenti*) adlecto annon(ae) leg. III Italic(ae) (*cf. Mommsen ad l. p. 531*). *de variis honoribus provincialibus*: Corp. V 3354 allecto IIIIIIvir. Aug. 4896 adlecto supra numer(um) sevirum Augustalium. *cf.* 4891. VIII 10501 ⟨alle⟩cto in numer. ⟨Lauren⟩tium ⟨L⟩avinatium. XII 370 ⟨adlecto in⟩ter sac⟨erdotales⟩. X 7518 adlecto in quinque decurias et inter sa⟨c⟩erdotales prov. Sard. *cf.* 7917. 7940. III 4814 adlect. sacerd⟨os⟩ et flamen ⟨. . .⟩. V 1978 allecto aer(ario). 2069 adl. aera. *cf.* 2070 *et Kubitschek, PW. I 371.* XIII 1688 allect(o) ar⟨kae⟩ Galliar(um). 1709 L. Tauricio . . . Veneto allecto ark(ae *sic Iucund.*, allectori *schedae interpol.*) Gall(iarum). Sidon. epist. 5, 7, 3 qui invident . . . mensuras allectis. *de collegiis privatis*: Corp. VI 10290 (*fasti coll. funeraticii*) M. Herennius Atimetus adl. 10234, 5 (*lex coll. Aesculapii*) ut ne plures adlegantur quam numerus s. s. et ut . . . liberi adlegantur (*et passim*). XIV 409, 7 grátis adléct(o) inter navicular(ios) maris Hadriatici. X 6638[c], 1, 9 (*album coll. Antiatis*) ⟨pro mag.⟩ ex d. d. allec. VI 33885 (*coll. eborariorum*), 5 si alius in hoc collegium adlectus esset. 7 adlecturi fuerint. 24. V 5738 allect. eidem coll(egio). XIV 2408, 2 commun(i) mimor(um) adlecto. 6 quem primum omnium adlect(i) patrem appellarunt. 8 adlecti scaenicorum. 11 sportulas dedit adlectis. VI 10118 (= Carm. epigr. 411) ⟨adl⟩ectus scaénáe, parasitus Apollinis idem. XIV 3683 mi⟨mo parasit⟩o Apollinis, adlecto *sc. scaenae.* VI 10126 Aelio Bulimioni diurno adlecto. *item de collegiis sacerdotum*: Liv. 10, 6, 6 placeretque augeri sacerdotum numerum, quattuor pontifices, quinque augures, de plebe omnes adlegerentur. 10, 6, 9 quia de plebe adlegebantur. Acta fratr. Arv. Corp. VI 2065 II l. 13 isdem cos. k. Febr. allectus Narcissus . . . loco Nymphi . . . ad fratres Arvales (*cf.* 2074 II l. 5. 32374 II l. 62). Corp. VI 1984 (*fasti sodal. Augustal. Claud.*), 2, 2 adlectus ad numerum ex s. c. (1, 2).

similis est usus apud christianos et historicos; hic illic neglecta praepositione valet i. q. eligere (Gloss. allectum: electum. allecti: electi). Tert. idol. 7 adleguntur in ordinem ecclesiasticum artifices idolorum. 12 eorum, quos deus adlegit (Lvcif. Athan. 1, 9 p. 80, 11; *cf.* de reg. apost. 2 *infra l. 43*). nat. 2, 13 aliquem summum dominatorem habentem allegendi potestatem et quasi Caesarem. scorp. 3 a se . . . absistere quos sibi adlegit. pudic. 12 qui iam ex nationibus allegi (a lege *cod.*) coeperunt. ieiun. 5 populus allegi deo coepit. adv. Marc. 1, 24 hominem . . . damnatum a creatore, . . . a deo optimo allectum. 2, 23 pro praesentibus meritis et reicere et adlegere. adlegitur Saul . . . reicitur Salomon. uxor. 1, 6 viduas Africanae Cereri adsistere . . . durissima . . . oblivione a matrimonio allectas. castit. 7 qui alleguntur in ordinem sacerdotalem. *ibid.* per quae presbyteri alleguntur (*ibid.* de laicis). monog. 4 septena ex binis allegi. *cf. etiam sub* allēgo *p. 1667, 18 sqq.* Iren. 3, 12, 1 allegere pro Iuda alterum. Lvcif. reg. apost. 2 p. 41, 12 quem sibi deus in prophetam atque regem allegerat (eleg- *corr. man. 1*). Novatian. trin. 8 (55) *deus* in amicitiae societatem Abraham adlegit (*cf.* gen. 12, 12). Hier. adv. Iov. 1, 34 p. 258[A] argutiores in clerum allegunt (elig- *varia lectio*). epist. 69, 2 in clerum adlegit . . . fideles. c. Lucif. 11 de Platonis sinu in episcopatum adleguntur (elig- *varia lectio*). Oros. hist. 3, 16, 11 ex multis . . . regibus . . . alios allegit, alios mutavit, alios perdidit. 6, 18, 20 cum contra pactum Pompeius fugitivos allegeret. 7, 42, 11 domesticum suum . . . generum allegit. Cypr. Gall. num. 20 adlecta deo Getsonum milia. 522 placitis ministrum adlegerat aris. 743 generata novo de germine pubes adlegitur. iud. 165 adlegitur qui sceptrum sumat Aotus. 498 adlectus (*subst.*) domini *iudex*. Hydat. chron. II praef. 7 inmerito adlectus ad episcopatus officium.

notabilia singula: *translate*: Sen. Ag. 813 bis seno meruit labore adlegi caelo . . . Alcides. *technice*: Char. gramm. I 190, 26 (*ex Romano*) cum πανδέκτης iure dicatur *adverbium*, cur non alligit (*sic*) consortium sui (*i. aliud adverbium*)? Corp. VI 10627 (= Carm. epigr. 109), 4 ⟨t⟩utela adlectus Ae⟨lium colui patrem⟩. *obiectum non est homo*: Hil. myst. p. 25, 1 illud duci futuro nomen adlegit (-cit *cod.*), quod erat aeterno duci . . . praeparatum.

2. παραναγιγνώσκω **adlego** Gloss. II 395, 42 *v.* adlectio *3.*

allēgo (adl-), -āvī, -ātum, -āre *ab* ad *et* legare. *verbum plerumque technice usurpatum non adest apud dactylicos cultiores nisi* Stati *uno loco. in codd. passim confunditur cum* alligare allegere allicere; *cf.* Diff. ed. Beck p. 34, 60 alligare est rem rei coniungere, allegare causam iudicibus innotescere vel gestum monimentis publicis inserere.

I ***homines*** (*absolute* Cic. *p. 1667, 6,* Q. Cic. Liv. *p. 1667, 9 sq.*); *varie indicatur finis*: Gloss. allegans: deputans, eligens vel delegans. allegat: mittit. Plavt. Amph. 183 ne . . . aliquem hominum allegent, qui mihi advenienti os occillet probe. 674 alium ego isti rei allegabo (allig- *codd.*). Cas. 52 pater adlegavit vilicum, qui posceret . . . uxorem. 55 filius . . . armigerum adlegavit (-gat *A*) suom, qui sibi eam uxorem poscat (*cf.* arg. 2). 604 me adlegavit, qui istam arcesserem. Epid. 427 si allegavissem (allig- *codd.*) aliquem ad hoc negotium minus hominem [quam] doctum. Pers. 135 alium adlegavero, qui vendat. Poen. 773 eum adlegarunt (-averunt *P*), suom qui servom diceret. 1100 ut te allegemus, filias dicas tuas. 1162 Pseudolus tuos allegavit hunc, quasi a Macedonio milite esset. 1223 qui illum ad me hodie adlegavit, mulierem qui abduceret. Stich. 681 Stichus obsonatust, ceterum ego curam do: is adlegavit *sc. me* (cu-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rando id adlegavi *codd.*). Ter. Andr. 899 ut ne credas a me adlegatum (Gloss. subornatum, submissum; *non bene* Schol. in legationem introductum) hunc senem. Cic. Verr. 2, 139 necessarios istius ad eum adlegatos. 2, 149 petit a me Habonius et amicos adlegat. S. Rosc. 25 et ipse ad eos accedit et homines nobiles adlegat. Phil. 5, 14 quemadmodum ad hunc (*nequissimum iudicem*) reus adleget (*sc. quemquam*)? quo modo accedat? epist. 15, 10, 2 adlegarem ad te illos. ad Q. fr. 2, 3, 5 ad allegatos Cn. Lentulum Vatiam et C. Cornelium. Q. Cic. pet. 5 ad eos allegandum est persuadendumque iis. 29 ut cupidi tui sint elaborato adpetito adlegato. Liv. 36, 11, 1 cum patrem primo allegando, deinde coram ipse rogando fatigasset. Stat. Ach. 1, 899 Peleus te nato socerum et Thetis ... iungunt adlegantque suos utroque a sanguine divos. Qvint. decl. 377 p. 419, 23 rogare non possum ...? iterum adlegare amicos non possum? Ps. Qvint. decl. 11, 1 parvulos suos ostendit allegat. Tert. nat. 2, 13 causas allegandae (-endae *Goth.*) mortalitatis (*i. mortalium*) in caelum. apol. 11 causa allegandae (allig- A^2) humanitatis in divinitatem. adv. Valent. 29 *animas* in reges et in sacerdotes allegare (-gere *edd.*). resurr. 8 de qua (*i. carne*) cum anima deo allegatur (allig- *pars codd.*), ipsa (*caro*) est quae efficit ut anima allegari (allig- *codd.*, allegi *edd.*) possit. 22 nationum allegandarum (-end- *plurimi codd.*) ... a deo et congregandarum cum reliquiis Israelis. Arnob. nat. 5, 21 adlegatur deorum universus ordo: nullius auctoritas tanta est ut audiatur. 5, 35 allegati caelites nec auditi. Avson. 407 *fin.* Iulianum ... si quid de nobis percontandum arbitraris, allego. 435 Apollinem recreando adlegat Hectori. Symm. orat. 5, 2 adlegantur ad eum cum primis nobiles viri. Chiron 735 *equum* calidum ab itinere non adaquare nec cibaria (*i. ad c.*) adlegare (adlig- *cod.*). Oros. hist. 4, 5, 3 cum ... servos suos passim liberos facerent, conviviis allegarent (*i. admitterent*; allegerent *pars codd.*), coniugiis honestarent. Corp. V 2845, 2 (*5 nomina*) adlegatei | ⟨p⟩ontem faciendum d(e) d(ecurionum) s(ententia) locarunt eidemque probarunt. *c. obiecto eius ad quem mittitur* (*adfine exemplum iam* Livi *supra l. 11*): Plin. nat. 8, 3 *elephanti aegri* herbas supini in caelum iacientes, veluti tellure precibus (*abl. instr.*) allegata. *cf. etiam* Chiron *l. 27.*

II *res (plerumque dicendo) quasi homines qui supplicent vel probent aliquid; postea t. t. de profitendo aliquid apud iudices vel magistratus.* Dosith. gramm. VII 434, 13 allego *δικαιολογοῦμαι.* Gloss. II 15, 6 allegendum (*sic*) *δικαιολογητόν, ἀναδιδακτέον.* Diff. ed. Beck *v. p. 1666, 68.* Gloss. *ἐμφανίζω, ἱκεσίαν προσφέρω.* allegat: *παρατίθεται μάρτυρας, δεήσεις, προσκρίνει, προσαγγέλλει. διαβεβαιοῦται, διισχυρίζεται.* dicit. adstruit. insinuat. asserit. allegaverunt: retexerunt. allegare: verba imperatoris ad iudicem civitatis mittere. scriptis (scristi *cod.*) insinuare id est publice ante iudices insinuare et confirmare. *cf.* Isid. orig. 5, 23 testes quos sibi quisque ante iudicium placitis alligat, ne cui sit postea liberum aut dissimulare aut se subtrahere, unde et alligati appellantur. *adici potest* ad *aliquem, dat.*, apud, in senatu, sub principe (*p. 1668, 62*). Cic. epist. 15, 4, 16 philosophiam ad te allegem ..., haec ... tecum agit. Cluent. 39 indicio Avillii ..., in quo allegatum (alligatum *altera*, inter allegatos *altera codd. classis*) Oppianici nomen primum esse constabat. Qvint. inst. 3, 8, 46 cum Ciceroni dabimus consilium, ut Antonium roget ..., non cupiditatem lucis adlegabimus ..., sed ut se rei publicae servet hortabimur. 4, 1, 13 litigatoris persona tractanda varie est: nam tum dignitas eius adlegatur, tum commendatur infirmitas. 4, 1, 16 ut adlegemus pro honestis dignitatem illi (*iudici*) suam, pro humilibus iustitiam, pro infelicibus misericordiam, pro laesis severitatem. 7, 4, 21 intuebimur non rem tantum, sive adleganda sive comparanda erit, sed personam quoque. decl. 340 p. 345, 11 ego vobis allego etiam ipsum sacrum praetextarium. Ps. Qvint. decl. 1, 1 *caecus* si ... uti vellet ambitu ... calamitatis, poterat allegare vobis amissam cum oculis ... temeritatem. 2, 1 hoc primum ... publicis allegamus affectibus quod. 8, 1 affectibus vestris ... calamitatis allegare mensuram. 14, 9 paupertatem ... allega. Tac. hist. 4, 84 munera preces mandata regis sui Scydrothemidi adlegant. Plin. epist. 3, 4, 4 implorantes fidem meam, ... adlegantes patrocini foedus. 3, 15, 1 petis ..., adhibes preces, adlegas exemplum. 10, 58, 3 adlegabat ... pro restitutione et libellum a se Domitiano datum et epistulas eius ... et decretum Prusensium. paneg. 69 hoc senatui adlegandum putasti. 70 qui provinciam rexerit ..., decreta coloniarum, decreta civium adleget. Svet. Aug. 47 *urbes* merita erga p. R. adlegantes Latinitate vel civitate donavit. Vlp. dig. 3, 1, 1, 6 his ... personis ... pro se praetor permittit allegare, pro aliis prohibet. Marcell. dig. 5, 1, 75 si per dolum sciens falso aliquid allegavit. Vlp. dig. 4, 4, 18, 1 (*locus corruptus*). 48, 19, 6 quicquam tale allegantes. *ibid.* quid sit quod allegare (*syn.* referat et dicere) principi veli⟨n⟩t. *ibid.* non debuisse audiri ... quidquid allegent. Pavl. frg. Vatic. 245 qui conplura allegant, quae singula non sint firma. Marcian. dig. 48, 16, 1, 15 allegando accusationes. Vlp. dig. 27, 9, 5, 13 aere alieno allegato (14). Papin. dig. 3, 5, 30, 2 causas absentiae eius allegans iudici (*sic passim* causam *apud* Ictos *et alibi*). Vlp. dig. 22, 1, 21 vel exceptio aliqua allegetur? Imp. Avr. Vlp. dig. 2, 12, 2 excusationes allegentur (*hoc saepius apud* Ictos; *cum dat.* iudicibus Papin. dig. 48, 1, 13, 1). Pavl. sent. 1, 12, 3 qui falsum nesciens allegavit, falsi poena non tenetur. Vlp. dig. 19, 2, 15, 3 incendium fundi. Scaev. dig. 27, 1, 37, 1 quod se pro iure trium liberorum, quod allegabat, excusatum crederet. 4, 4, 25, 1 generale mandatum. Gaivs dig. 3, 3, 9 valetudinem aut ... necessariam peregrinationem. Vlp. dig. 5, 1, 5 ut in ius vocati veniant privilegia sua allegaturi. Papin. dig. 48, 5, 39, 7 si error allegetur. Gaivs dig. 50, 17, 42 iustam ignorantiam. Vlp. dig. 40, 5, 24, 17 meritis ... allegatis. frg. Vatic. 128 tria onera. Apvl. apol. 7 sive in auditorio dissertet, sive in templo preces allegat. *cf.* 54 preces ... deis. Socr. 5, 130 cui ... preces. Paneg. 11, 18 Ivl. Vict. rhet. 3, 8 p. 381, 36. Optat. 3, 3 p. 78, 21 preces ... apud ... iudices. Zeno 1, 4, 7 per te allegatae ... acceptantur preces. 1, 15, 2 allegare preces surdis. Vvlg. sap. 18, 21 *v. l.* Avg. civ. 8, 19 preces hominum diis bonis per daemones allegari. in Iob 1, 9 p. 530, 24 ut per eum alleget preces suas. civ. 8, 18 petita. Apvl. apol. 70 causas consilii sui plene allegavit. flor. 16 p. 61 causam ... cur. Tert. nat. 2, 12 nihil allego de statu antiquitatis. castit. 4 cum veniam facit, hominis prudentis consilium allegat *quasi causam.* monog. 17 habebunt plane Christo quod allegent speciosum privilegium. adv. Marc. 3, 24 allegas regnum nec regiam monstras. anim. 5. Lampr. Alex. 49, 2 pontificatus ... codicillares fecit, ita ut in senatu allegarentur. Ivl. Vict. rhet. 3, 8 p. 381, 8 *Orestes αἴτιον* id est causam propter quam fecit allegat. Aqvila rhet. 9 p. 25 plerumque convertimus orationem in reum ..., cum illa tamen quibus adversarium alloquimur iudici allegentur (allig- *codd.*). Don. Ter. Ad. 4, 5, 32 affectu maiore non amorem allegavit ..., sed consuetudinem. Optat 7, 1 p. 162, 23 haec. Symm. epist. 3, 69, 1 pro honoribus eius quae causa poscit allego. 4, 33, 1 allegata ... stili admonitione. 4, 34, 3 allegasti sacramento enorme iudicium. 4, 34, 4 quod tu iuratus allegas. 4, 61, 2 allegatas ... senatoris angustias. rel. 33, 2 allegata ... praeceptione divina (44, 1). 19, 3 procuratio legebatur praetoris iudicio allegata (*et saepius apud* Symm.). Amm. 18, 2, 16 scriptis Constanti ... allegatis. Ps. Ascon. Verr. 2, 1 p. 165 ubi allegatis omnibus argumentis orator dixerit 'dixi'. Ambr. hex. 4, 7, 29 de arborum ... internis idem allegant. epist. 37, 13. Noe 5, 11 fatale decretum. Heges. 3, 18, 1 haec (4, 4, 3). Vvlg. sap. 18, 21 per incensum deprecationem allegans (*θυμιάματος ἐξιλασμὸν κομίσας*). Rvfin. Adamant. 2, 13 vera sunt quae allegat Adamantius. hist. 2, 5, 4. Avg. in hept. 1, 72 p. 38, 19 cum orando allegassent desideria sua (epist. 88, 10 desiderium nostrum per has litteras et per fratres quos misimus allegamus). in Iob 1, 27 p. 564, 27 allegavit merita operum suorum. de op. mon. 19, 22 corporis infirmitatem vel veram allegare vel falsam praetendere. epist. 96, 3 id quod primo impetratum est noluit allegare. 133, 3 *epistulas* illi tradere et allegare, si opus est. 243, 7 quid dicit aut quid allegat? 251 ea quae apud competentes iudices egisti fidenter allegare. serm. 164, 12 allegata sunt ista (*cf. infra l. 78 sqq.*), gestis inserta, probata sunt. Possid. vita Aug. 8 allegans imbecillitatem corporis sui aetatisque gravitatem. Mar. Merc. Nest. adv. Pel. 2, 8 solvit omnia quaecumque adversum nos diabolus allegabat (2, 12 diaboli ... allegationes). Mart. Cap. 6, 576 cum ... Iuppiter ... procum adfatu⟨m⟩ conubialiter allegaret. Cod. Theod. 6, 2, 21 ut ... omnis ... annotatio specialis super immunitate ... allegata quoque et ab amplissimo ... suscepta ordine denuo ... retractetur. Leo M. epist. 88, 3 quae *scripta* nostri quoque apud Constantinopolim cum mea epistola allegarunt. Canon. Migne 56, 797^A^ oportet ... allegare apud plurimos episcopos. Conc. Sard. Migne 56, 842^C^ pro quibus occurrentes et allegantes. Mar. Victor aleth. 3, 145 spargat ⟨ut⟩ invidiam stellis et crimina sacro adleget caelo. Sidon. epist. 3, 7, 3 cum credita diffidenter allegant. 4, 24, 5 necessitates. 9, 3, 7 ista. Pavl. Petr. Mart. 4, 46 egestas adlegans querulam ... causam. 4, 299 difficilem allegans duro sub principe causam. 4, 273 mater ... allegans tremulas ... voces. 5, 825 adlegans ... Martino interprete cladem. 6, 10 clamantia corda allegant proprias sine voce et murmure causas. Alc. Avit. epist. 36 p. 66, 8 gratiarum ... actionem verbo potius referendam portitoris auribus allegavi (allig- *Sirmondi ed.*). 44 p. 73, 20 hom. 18 p. 126, 16. Ennod. epist. 1, 26, 4 quae susceperam alleganda testatus sum. 2, 11, 2 alleganda ... praedixisse. 2, 13, 4 per allegantis peritiam mutatur natura causarum. opusc. 2, 12 p. 291, 10. 2, 13 queri decuit quos aetas iussit allegare. 2, 19 p. 293, 17 praeceptionibus regiis allegatis. 3, 55 si illi allegandi copia concedatur. epist. 3, 33, 1 apud magnitudinem vestram ... alleganda (*et saepius apud* Ennod.). Cassiod. var. 5, 4, 4 sapienter alleganda tractavit. 6, 8, 2 iudicium, ubi non allegabantur a partibus dicta prudentium. 8, 12, 3 utilitates publicas. 9, 25, 2. 10, 20, 2. 10, 23, 4. Acta synh. Rom. 6 p. 427, 1 allegandi (allig- *A*) ... occasio. p. 431, 9 Vita Fulgent. 11. 41 eloquenter allegandum sensibus. *de referendo in acta*: Avg. epist. 51, 2 p. 146, 1 proconsularia gesta ..., quibus id non semel allegastis. 139, 2 etiam gestis iubete allegari (allig- *sex codd.*) epistolas meas. c. Parm. 1, 12, 19 sicut iudicum gesta testantur, quibus hi quod impetraverunt allegaverunt. de gest. Pelag. 25, 50 tantae eius laudes in epistolis episcoporum, quas pro se commemorandas vel etiam legendas atque allegandas putavit. Cod. Theod. 8, 12, 3 donationum instrumenta apud acta allegare. 8, 12, 8 iam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

allegatas apud curatores donationes et gesta confecta valere necesse est. COD. Iust. 8, 53, 31, 1 donationes, quas gestis non est necessarium adlegari (-lig- *pars codd.*). LEX Burg. Rom. 1, 1 donationem … gestis *allegatam.* *accusativi vices gerit praep.* **de**: LEO M. epist. 83, 2 de qua re plenius … apud pietatem vestram poterunt allegare quos misi. COD. Iust. 8, 2, 1 hereditatem … petiturus iudicibus … de fide intentionis adlega. *seq. etiam enuntiatum*: (*acc. c.*) *inf.*: SVET. Aug. 5 cum C. Laetorius … in deprecanda graviore adulterii poena praeter aetatem atque natales hoc quoque patribus conscriptis allegaret, esse ⟨se⟩ possessorem. AFRIC. dig. 47, 2, 62, 5 iustissime … procuratorem allegare non fuisse se id damnum passurum, si …. PAPIN. dig. 22, 1, 6, 1 quod ea patrem praestitisse dotis usuras allegasset. 22, 3, 26. VLP. dig. 4, 4, 7, 2 allegans minorem esse *sc.* se. 27, 9, 5, 14. 40, 2, 16, 1 hoc ipsum allegans legem datam. frg. Vat. 239 cum allegasset se unum oculum amisisse. IMP. ANTON. Paul. dig. 27, 9, 13 PAVL. dig. 46, 1, 71. IMP. PIVS et VER. Scaev. dig. 22, 3, 29 epistula⟨e⟩, quae uxoribus missae allegarentur. TERT. nat. 2, 3 ut deos *esse* elementa contendat, cum ex his etiam alios deos natos alleget. uxor. 2, 2 allegans, dominum minus gratum habere. 2, 3 matrimonium rite contractum allegabimus. resurr. 40 exteriorem … hominem corrumpi. FORTVN. rhet. 1, 16 p. 94 memoria[m] sibi adlegaverit excidisse. IVST. 16, 1, 10 SYMM. epist. 2, 20. HEGES. 1, 29, 8 addidisse allegatur. MART. CAP. 5, 454 SIDON. epist. 4, 17, 1 ENNOD. epist. 2, 1, 7. 2, 12, 1 CASSIOD. var. 2, 24, 2. 3, 46, 2. 4, 12, 2 allegans ditatam *esse.* 4, 35, 2 supplicatione porrecta suggeritis et … agere … allegantes. 4, 40, 2 CONC. Rom. a. 501 p. 429, 12 EVGIPP. Sever. 12, 6. CYPR. GALL. gen. 1320 adlegant nescire dolos. VITA Fulgent. 31. *interrogatio*: IMP. PIVS et VER. Papin. dig. 50, 8, 13 usuras … praestare debere, nisi si quid adlegare possit, qua ex causa tardius intulisset. MARCELL. dig. 5, 2, 3 in officiosum testamentum dicere hoc est allegare, quare exheredari vel praeteriri non debuerit. TERT. nat. 2, 3 allegans quid non appareat, ostendit quid quaesisse debuerat. ALC. AVIT. epist. 94 p. 101, 34 ipsum … allegare, quid cuperem. *cum* quod: TERT. idol. 9 non allego quod idola honoret. SYMM. rel. 16, 2 cum allegaverint petitores, quod se … impulerit. HEGES. 1, 45, 1 allegando quod misereri deceret. *cf.* PS. QVINT. decl. 2, 1 *p. 1667, 63.* PACIAN. epist. 3, 3 ne haec quidem allego (collego *codd.*), quod libellum scripsit. AMBR. Tob. 56 allegatis quia pauper est factus. *seq. oratio directa*: SCHOL. Cic. Bob. Mil. p. 289, 21 ⟨ne⟩ posset adversariis esse alia responsio ut allegarent: 'etsi … cavisset'. ENNOD. opusc. 2, 12 allegando 'testis … convenerunt'. *nota*: VLP. dig. 40, 12, 27, 1 si ex servitute in ingenuitatem se allegat *i. se ingenuum profitetur.*

i. q. tribuere, destinare: SEN. benef. 5, 25, 4 dis quoque … Homericus ille sacerdos adlegat officia et aras religiose cultas. CYPR. GALL. Ios. 439 sedemque adlega petenti. *de testamento vel donatione*: CONC. Paris. a. 614, 8 p. 187, 19 quaecumque pro sarcetecta ecclesiis fuerint adlegata *i. legata donata.*

syn.: *ad II*: adhibere. referre. dicere. commemorare. contendere. ostendere. *et cf.* GLOSS. *p. 1666, 72.* V.

allēgoria, -ae *f.*, ἀλληγορία. GLOSS. figurata dictio, figuralis dictio, similitudo vel alien⟨il⟩oquium *cf. p. 1670, 7*; aliud pro alio significans, id est similitudo; aliud ex alio significantia; investigandae cogitationis (-es *cod.*) vis (vix *codd.*) gemina [a]ut aliud sit in scientia; in allegoria, in spiritalia. *forma graeca acc.* allegorian *legitur* QVINT. inst. *infra l. 70 et* TERT. anim. 35 p. 360. GRAMM. suppl. p. 173, 30 illa nomina graeca, quae sunt fortia vel principalia, corripiuntur in paenultima ut allegoria, ironia, historia. *graeca scriptura apud* CIC. orat. 94 iam cum fluxerunt continuae plures tralationes, alia plane fit oratio; itaque genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν: nomine recte, genere melius ille, qui ista omnia tralationes vocat. Att. 2, 20, 3 si erunt mihi plura ad te scribenda, ἀλληγορίαις obscurabo. QVINT. inst. 8, 6, 44 ἀλληγορία, quam inversionem interpretantur, ⟨a⟩ut aliud verbis, aliud sensu ostendit, aut etiam interim contrarium. prius fit genus plerumque continuatis translationibus (*sequuntur exempla*). 9, 1, 5. 9, 2, 46 ἀλληγορίαν facit continua μεταφορά. DON. Ter. Hec. 66 Phorm. 330. Eun. 426 est τρόπος ἀλληγορία. Ad. 958.

apud grammaticos et rhetores: QVINT. inst. 5, 11, 21 παροιμίας genus … quod est velut fabella brevior et per allegorian accipitur. 6, 3, 69. 8, 6, 14 *translationis* usus … continuus in allegorias (-am *codd. dett.*) et aenigmata exit. 8, 6, 47 habet usum talis allegoriae frequenter oratio, sed raro totius, plerumque apertis permixta est. 48. 8, 6, 49 trium permixta est gratia, similitudinis, allegoriae, translationis. 8, 6, 51 allegoria parvis quoque ingeniis et cotidiano sermoni frequentissime servit. 8, 6, 52 allegoria, quae est obscurior, aenigma dicitur. 8, 6, 57 usus est allegoriae, ut tristia dicamus mitioribus (melioribus *codd.*) verbis. 8, 6, 58 σαρκασμόν, ἀστεϊσμόν, ἀντίφρασιν, παροιμίαν … non species allegoriae sed ipsa tropos dicunt. 9, 2, 92 totum allegoriae simile est, aliud dicere, aliud intellegi velle. TERT. scorp. 11 p. 170, 25 aliud in vocibus erit, aliud in sensibus, ut allegoriae, ut parabolae. SACERD. gramm. VI 461, 7. CHAR. gramm. I 276, 4 allegoria est oratio aliud dicens, aliud significans per obscuram similitudinem aut contrario (DIOM. gramm. I 461, 31 DON. gramm. IV 401, 26 POMP. gramm. V 310, 23 MAR. VICTORIN. in Gal. 4, 24). DIOM. gramm. I 457, 2 tropi sunt metaphora … hyperbole, allegoria (DON. gramm. IV 399, 16 PORPH. Hor. epist. 1, 18, 85). SERV. gramm. IV 448, 8. SACERD. gramm. VI 462, 20 aenigma vel griphus … est allegoria difficilis. DIOM. gramm. I 463, 2 astismos … species allegoriae cum urbanitate multiplex. AVG. *cf. infra l. 27.* ISID. orig. 1, 37, 22 allegoria est alieniloquium; aliud enim sonat, aliud intellegitur … huius tropi plures sunt species, ex quibus eminent septem: ironia, antiphrasis, aenigma, charientismos, paroemia, sarcasmos, astysmos. 1, 36, 26 inter allegoriam … et aenigma hoc interest, quod allegoriae est vis gemina et sub res alias aliud figuraliter indicat, aenigma vero sensus tantum obscurus est et per quasdam imagines adumbratus.

apud christianos de interpretatione scripturarum: TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 225 rerum … argumenta per allegorias et figuras vel aenigmatum nebulas obumbrata. resurr. 20 voces … nudae et simplices et ab omni allegoriae nubilo purae. 28 quaedam ita pronuntiata, ut allegoriae quidem nubilo careant. 30. ITALA Gal. 4, 24 (cod. r[3]) quae sunt in allegoria (ἀλληγορούμενα. AVG. civ. 15, 2. ITALA [cod. d] quae sunt significantia. [Hil. in psalm. 118 aleph 5] quae sunt allegorumena. [cod. g] VVLG. quae sunt per allegoriam dicta. *cf.* TERT. adv. Marc. 5, 4 p. 284 quae sunt allegorica, id est aliud portendentia …. manifestavit … in filio Abrahae … allegoriae … sacramentum. AMBR. Abr. 1, 4, 28. AMBROSIAST. in Gal. 4, 24 in typum Christi natus est Isaac; ideo haec per allegoriam asserit dicta, ut aliud ex alio significent personae Ismael et Isaac. HIER. in Gal. 4, 24 p. 471 AVG. trin. 15, 9, 15 THEOD. MOPS. in Gal. 4, 24). PORPH. Hor. carm. 1, 5, 5 per allegoriam haec dicuntur (1, 14; 1. 20. 1, 18, 12. 1, 25, 17 *passim.* SCHOL. Iuv. 13, 124 FILASTR. 29, 8 SERV. ecl. praef. 1, 28 PS. ORIGEN. tract. 17 p. 180, 11; *passim apud scholiastas et scriptores christianos*). carm. 1, 14, 3 manifesta allegoria (sat. 1, 3, 36 HIER. in psalm. 106). 2, 5, 7 iucunde perseverat in allegoria (epist. 2, 2, 202). 3, 15, 6 decens allegoria. sat. 1, 1, 56 per allegoriam ⟨e⟩l⟨e⟩g⟨a⟩ntissime hoc dictum est. epist. 1, 15, 13 suavis allegoria. ARNOB. nat. 4, 33 allegorias res illas et naturalis scientiae mentimini esse doctrinas. 5, 34. 36 nisi forte dicetis non toto in historiae corpore allegorias has esse, ceterum partes alias esse communiter scriptas, alias vero dupliciter et ambifaria obtentione velatas. 5, 38 esse quod concretum quasi parte ex historia sit parte ex allegoria non videtur. 42. 44. GAVDENT. serm. 8 p. 891[A] sed his … moraliter expositis, iam venio ad promissas allegorias ipsius euangelicae lectionis … ut intellectum spiritualem … requiramus in verbis. FAVSTIN. trin. 1, 12 habeant locum suum parabolae et allegoriae et aenigmata; hoc tamen loco apertissime et plene dictum est. TYCON. 6 p. 67, 30 spiritus sine mysteriis vel allegoria (allig- *cod. Rem. s. IX*) aliud sonare, aliud intellegi voluit. SERV. ecl. 1, 1 allegoria est honestissima. 1, 5 melius est, ut simpliciter intellegamus, male … quidam allegoriam volunt (2, 73). 3, 20 refutandae … sunt allegoriae in bucolico carmine. 3, 71. 93. georg. 3, 291 per periphrasin et allegoriam poeticam. AMBR. Noe 15, 52 simplex intellectus … allegoria. 15, 53 hoc secundum scriptum seriemque verborum. ceterum si allegoriam quaeras …. 15, 54 scripti evidens explanatio; allegoria autem expositam … declarat superbiam. Abr. 1, 4, 28 allegoria est, cum aliud geritur et aliud figuratur. epist. 33, 2. HIER. in Is. 8 praef. sextus et septimus superiores libri allegoriam quinti voluminis continent, quod olim historica explanatione dictavi. in Is. 18, 2 p. 199 ubicumque *Eusebium* historia defecerit, transit ad allegoriam. in Ezech. 29, 8 p. 349 allegoriae nubilum (in Am. 6, 2 p. 312 tract. p. 408, 1 epist. 74, 6. 84, 2). hom. Orig. in Ezech. 7 p. 946 secundum communem sensum … secundum allegoriam. in Dan. 9, 24 p. 691 quia non habebat locum allegoria, in qua est libera disputatio, historiae veritate conclusus … annotavit. 10, 4 p. 697 allegoriae legibus (in Ion. 1, 3 p. 396 in Nah. 3, 8 p. 573). in Am. 4, 4 p. 270 debemus … scripturam sanctam primum secundum litteram intellegere … secundo iuxta allegoriam, id est intellegentiam spiritualem, tertio secundum futurorum beatitudinem. 6, 7 p. 317 tenues historiae lineas duximus, nunc allegoriae imprimamus manum. in Nah. 1, 15 p. 549 inter historiam et allegoriam orationis … cursum flectere (EVCHER. instr. 1 p. 119, 14). in Hab. 3, 14 p. 658 quod si quis dixerit: ecce in historiae expositione dum nescis, allegoriae clausus es retibus et tropologiam historiae miscuisti. audiat non semper metaphoram historiae allegoriam consonare, quia frequenter historia ipsa metaphorice texitur. in Mal. praef. p. 942. 1, 10 p. 952 regula scripturarum est: ubi manifestissima prophetia de futuris texitur, per incerta allegoriae non extenuare, quae scripta sunt. hom. Orig. in Luc. 16 p. 295 ad allegorias et novas intellegentias confugere. adv. Rufin. 1, 28 non verum, sed allegoriae nubilo figuratum. 1, 29 allegoriae umbris (epist. 98, 10). tract. in Marc. p. 344, 14 iste semper allegorias sequitur, vim scripturae sanctae facit. epist. 54, 4 veritatem historiae allegoriae depravans mendacio. 54, 5 loquentem non secundum allegoriam, sed vere. tract. in Is. p. 106, 2 iuxta Origenis allegoriam. AVG. civ. 15, 7 in allegoria prophetica res est (gen. ad litt. p. 25, 5). 20, 26 per allegorias et aenigmata. gen. ad litt. p. 235, 14 illud … diligentius considerandum est, ne cogat in allegoriam. gen. ad litt. imperf. p. 461, 11 quattuor modi

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... traduntur legis exponendae, quorum vocabula enuntiari graece possunt, latine autem definiri et explicari. secundum historiam ... allegoriam ... analogiam ... aetiologiam .... allegoria, cum figurate dicta intelleguntur (util. cred. 3, 5). in psalm. 34. serm. 2, 5 in allegoria et similitudine dicta. 103, 13 ergo venti animae in allegoria non absurde accipiuntur. videte autem ne putetis, nominata allegoria, pantomimi aliquid me dixisse.... locum suum habent verba ... in ecclesia et locum suum in scaena .... allegoria dicitur, cum aliquid aliud videtur sonare in verbis et aliud in intellectu significare .... videtis quid faciat civitas, ubi abundant spectacula; in agro securius loquerer; quid sit enim allegoria, non ibi forte didicissent homines, nisi in scripturis dei. ergo quod dicimus allegoriam figuram esse, sacramentum figuratum allegoria est. c. epist. fund. 23 p. 220, 1 catech. rud. 9, 13 de serm. dom. 2, 15, 52 PS. ORIGEN. tract. 10 p. 105, 14 allegoriae integumentis obvoluta ... aenigmatum nubilo obscurata (16 p. 169, 6). MART. CAP. 5, 512. PS. RVFIN. in psalm. 8, 4. praef. in proph. p. 962^A Origenes ... allegoriarum magis lepida, quam historicarum explanationum solida et tenenda componit. in Os. 1, 10 p. 971^B. IVNIL. 1, 5 quae est proverbialis species? quaedam figurata locutio aliud sonans, aliud sentiens.... quare in hac tantum licitum nobis est non textum scripturae ipsius considerare, sed sensum, cum in ceteris tribus *modis interpretationis* ita allegoriam mystice admittamus, ut narrationis fidem praesentare necesse sit? quia si voluerimus praeter proverbialem speciem ubique allegoriam sic recipere, ut narrationis veritas infirmetur, locum damus inimicis prout voluerint divinos libros interpretari; *sequitur longior expositio de allegoria.* CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 255 frigidae allegoriae. GREG. M. epist. 5, 53^a p. 355, 2 ut non solum verba historiae per allegoriarum sensus excuterem, sed allegoriarum sensus protinus in exercitium moralitatis inclinarem. p. 356, 5 quaedam historica expositione transcurrimus et per allegoriam quaedam typica investigatione perscrutamur, quaedam per sola allegoricae moralitatis instrumenta discutimus. p. 357, 6 ISID. orig. 6, 1, 11. alleg. praef. 1 nomina ... quae sub allegoria imaginarie obteguntur. nat. 7, 5 secundum naturalem differentiam ... iuxta allegoriam.

allēgoricus, -a, -um, ἀλληγορικός. GLOSS. allegoricum altum verbum legis inquisitum. TERT. nat. 2, 12 p. 118 eleganter quidam sibi videntur physiologice per allegoricam ⟨argu⟩mentationem de Saturno interpretari tempus esse. adv. Iud. 9 p. 724 agnosce et spolia figurata, cuius et arma allegorica didicisti. resurr. 19 nacti ... quidam ... eloquii prophetici formam, allegorici et figurati plerumque non tamen semper, resurrectionem quoque mortuorum manifeste annuntiatam in imaginariam significationem distorquent, asseverantes ipsam etiam mortem spiritaliter intellegendam. 20. 27 defensio. 29 scripturae. adv. Val. 1 p. 382 allegorica dispositio ... patrocinio coactae figurae sacrilegium obscurat. adv. Marc. 3, 14 p. 141 si bellator non est machaeram intentans allegoricam, licuit et Christo ... ense sermonis praecingi figurato. 3, 24 p. 156 quomodo allegorica interpretatio in Christum ... spiritaliter competat. pudic. 8 p. 235 meminimus ... histriones, cum allegoricos gestus adcommodant canticis, alia longe a praesenti et fabula et scaena et persona et tamen congruentissime exprimentes. ARNOB. nat. 5, 32 allegoricis sensibus et subditivis intelleguntur omnia illa secretis. 5, 33 genere (5, 38). 5, 35 fabulas ... multifidas atque allegorici tegminis superiectione velatas. ... obtentionibus allegoricis .... quid allegoricis obscuritatibus oneratis id quod simpliciter scriptum est et communem ad intellegentiam publicatum? 5, 37 legem allegoricam video tenebrosis ambiguitatibus explicatam. 5, 41 allegoricae caecitatis obumbratio. 5, 42 historias ambagibus esse allegoricis scriptas. 5, 44. HIL. psalm. instr. 5 sunt ... universa allegoricis et typicis contexta virtutibus. in psalm. 51, 13 secundum propheticam et allegoricam intellegentiam. 67, 1 dictorum. HIER. in Is. 22, 12 p. 223 allegorici interpretes (in Ier. 25, 26 p. 1020). in Ier. 27, 3 p. 1031 allegoricus semper interpres et historiae fugiens veritatem (28, 12 p. 1039 *i. Origenes*). hom. Orig. in Ezech. 6 p. 941 expositio. in Zach. lib. 1 praef. tota *librorum* ἐξήγησις allegorica fuit et historiae vix pauca tetigerunt. RVFIN. hist. 2, 17, 10. 11 allegoricae ac figuralis intellegentiae normam. 2, 17, 20 opinionibus. AVG. civ. 15, 27 nec illis esse consentiendum, qui solam historiam recipiunt sine allegorica significatione, nec illis, qui solas figuras defendunt repudiata historica veritate. 17, 3 allegorica praefiguratione ... omnia significationibus allegoricis involuta. 17, 20 haec voluptas allegoricis tegminibus involuta est. gen. ad litt. 1, 1 p. 4, 4 significationem (quaest. hept. 1, 76 epist. 55, 21). 9, 14 p. 284, 25 rerum gestarum non allegoricam, sed propriam significationem. in psalm. 134, 34 nihil allegoricum, nihil figuratum commemoro: propriam, expressam, simplicem, manifestam audite prophetiam. c. Faust. 15, 6 p. 427, 12 ambagibus. 22, 95 rerum gestarum allegoricas narrationes si nolunt ... quod proprie sonant, significare contendunt. retract. 2, 24, 1 de genesi ad litteram, id est non secundum allegoricas significationes, sed secundum rerum gestarum proprietatem. serm. 4, 22, 23 figurata et allegorica lectio vel locutio. serm. ed. Mai 136, 3 secundum ... mysticam allegoricam rationem in se typum domini praefigurat Ioseph. CASSIAN. conl. 8, 3, 4. 5 ad utramque perceptionem, id est tam historicam quam allegoricam. 17, 16, 3 veritatem ... extenuare allegoricis interpretationibus. VINCENT. LER. 10, 15 sermone. EVCHER. form. praef. p. 3, 10. PS. RVFIN. in Am. 6, 13 allegoricis ... verbis. PS. ORIGEN. tract. 7 p. 80, 22 allegorici (-ae *codd.*) aenigmatis typica mysteria inter ipsas figurarum umbras latitabant. SIDON. epist. 7, 6, 4 dum in hac allegorica versamur Aegypto. 9, 2, 2 Hieronymus interpres, dialecticus Augustinus, allegoricus Origenes. PS. BOETH. fid. cath. 86 aut historialis modus ... aut allegoricus. ISID. praef. test. 34 est ... *psalterium* allegoricis ac typicis sacramentis signatus. in gen. praef. 3 in exod. praef. 1.

adv. **allēgoricē.** *passim legitur apud scholiastas, ex. gr.* PORPH. Hor. sat. 2, 3, 284. 2, 5, 56 epist. 10, 10 SERV. ecl. 2, 6 georg. 2, 541. *saepius legitur forma graeca* ἀλληγορικῶς *vel* allegoricos, *quae praevalet ap.* PORPH. Hor. *cf.* carm. 1, 13, 18. 1, 14, 14. 2, 1, 6. 2, 5, 1 epist. 1, 7, 73 SERV. ecl. praef. p. 3, 7 ecl. 1, 29. 3, 74. 111. 8, 12. 9, 23 georg. 1, 36 COMMENT. Lucan. 8, 332 SCHOL. Pers. 1, 24. TERT. adv. Marc. 3, 5 p. 127 duo argumenta filiorum Abrahae allegorice cucurrisse. resurr. 31 si populus allegorice mussitaret. ARNOB. nat. 5, 36 pars ... allegorice scripta, indubitabili altera sermone rectoque. HIL. in psalm. 146, 13. PS. SEN. epist. Paul. 13 allegorice et aenigmatice multa a te ... opera concluduntur. HIER. tract. in psalm. 148 p. 311, 14 secundum historiam loqueris, non dicis allegorice. in Abd. praef. p. 359 in Hab. 3, 14 p. 663 epist. 51, 5. 140, 13 AVG. civ. 17, 3. gen. ad litt. 4, 28 non iam proprie, sed quasi figurate atque allegorice (conf. 13, 24, 37). serm. 32, 6 quaest. hept. 3, 24 PS. RVFIN. in psalm. 10 *tit.* PS. ORIGEN. tract. 16 p. 171, 22. SALV. gub. 4, 20 quid ego tam minute et quasi allegorice de hoc loquor, cum facinoribus apertissimis ... furta ... comprobentur? MAX. TAVR. serm. app. 31 p. 915^A GREG. M. epist. 9, 13.

allēgorista, -ae *m.*, ἀλληγοριστής. THEOD. MOPS. in Gal. 4, 29 optimos allegoristas volebam interrogare.

allēgorizo, -āvi, -ātum, -āre *cf.* ἀλληγορέω, ἀλληγοριστής. *v. Funck, Archiv 3 (1886) p. 404. 435.* TERT. resurr. 27 habemus vestimentorum mentionem ad spem carnis allegorizare (-isare *cod. A*). 30 imaginem resurrectionis in *statum Iudaeorum* allegorizari (-isari *cod. A*). adv. Marc. 4, 17 p. 201 quae Christus in homines allegorizavit. IREN. 3, 12, 11 si quis ... ea quae ab apostolis de deo dicta sunt allegorizanda existimat. 5, 35, 1. 2 nihil allegorizari potest, sed omnia firma et vera et substantiam habentia. HIER. hom. Orig. in Ier. 1 p. 748 allegorizet regna et gentes per varia delicta. 2 p. 760 non solum maiores regiones allegorizabit (*syn. ibid.* figurabit). 3 p. 779 frequenter allegorizantes Babylonem diximus negotia esse terrena. hom. Orig. in Ezech. 6 p. 941 noli allegorizare, noli per figuram exponere. c. Ioh. 7 quod sic paradisum allegorizet, ut historiae auferat veritatem. AVG. divers. quaest. 65 neque cum res factae allegorizantur, gestae res fidem amittunt.

? **allegorumentum** *cf. infra l. 53.*

allēgorūmenus, -a, um, ἀλληγορούμενος. HIL. in psalm. 62, 8 quia litterae ac legis allegorumena (alligorumena *codd. VR*, allegoricorum *quidam codd.*) praescriptione cessante deus vivae intellegentisque hostiae sit laudibus honorandus. 118 phe 3 sub velamine opinionis alterius praedicata sunt secundum apostolum allegorumena (alligorumina *cod. V*, allygorumina *cod. R*). 134, 1 quae in *lege* gesta fuerunt, allegorumena (allegorum̃ta *cod. P*, allgorim̃ta *cod. T*) sunt. 134, 18 cum lex spiritalis est, cum gesta eius allegorumena sunt. *Plenkers.*

Alleicea *nom. mul. barb., cf.* Alicia. CORP. II 5241 (*in Lusitan.*) Cadio Cariano ... Alleicea Avita mater. *Otto.*

Allēius *v.* Allius *p. 1689, 46.* **Allel** *v.* Illel.

Allelius, -a *nom. gent., cf. c.* Allius? CORP. XI 1147, 5, 1 (*Veleiae, imp. Traiano*) in Veleiate pag(o) Dianio adf(inibus) ... Allelis fratrib(us). *adi.* **Alleliānus.** CORP. XIV 1147, 1, 23 fundum Messianum Allelianum ... qui est in Veleiate pago Domitio. *Otto.*

allelūia, הַלְלוּיָה, ἀλληλούια, *n. indecl., sed* CASSIAN. inst. 2, 5, 5. 2, 11, 3 *meliores codd. gen. fem.* alleluiae *tradunt. cf.* CONC. Turon. a. 567 p. 127, 12. 13 cum allelugis. -e- *longam facit* PAVL. NOL. epist. 32, 5 p. 280, 19, *brevem exhibent* PRVD. cath. 4, 72 SIDON. epist. 2, 10, 4 v. 26. GLOSS. laudate dominum sive pater, filius, spiritus sanctus. TERT. orat. 27 diligentiores in orando subiungere in orationibus 'alleluia' solent. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 2, 9 'alleluia' et 'amen' ... in omni lingua incommutabiliter dicuntur (HIER. epist. 20, 4. 26, 1 AVG. doctr. christ. 2, 11, 16 ISID. orig. 6, 19, 20. 21). AMBR. in psalm. 118 praef. 3 titulus autem psalmi 'alleluia' est, hoc est laus dei. VVLG. Tob. 13, 22 psalm. 104, 1. 105, 1 *sqq. passim.* apoc. 19, 1. 3. 4. 6. HIER. nom. hebr. p. 80, 13 alleluia: laudate dominum (epist. 26, 3 in psalm. 110. 146 p. 293, 15 AVG. serm. 255, 1. 256, 1. 257, 1). in psalm. 104 *de positione in initio vel fine psalmi tractat* (AVG. in psalm. 105, 1). HIER. epist. 38, 4. 46, 11 arator ... alleluia decantat. 77, 11 templorum tecta reboans in sublime quatiebat alleluia. 107, 1. 4. 108, 19 post alleluia cantatum ... nulli residere licitum erat. 108, 26. in psalm. 7 p. 17, 15 *psalmus* sub alleluia cantatus est. PRVD. cath. 4, 72 amen reddidit, alleluia dixit. PAVL. NOL. epist. 32, 5 p. 280, 19 allēluia novis balat ovile choris. AVG. in psalm. 106, 1 alleluia certis quidem diebus cantamus, sed omni die cogitamus. serm. 210, 8 per dies quinquaginta *post pascha*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in dominicis laudibus personante alleluia (in psalm. 21, 24. 148, 1 epist. 36, 18. 55, 32 serm. 228, 1. 252, 9. 254, 5). serm. 243, 8. 37, 27 haereses habent amen et alleluia nostrum. ipsae laudes alleluia sunt. quid est enim alleluia? verbum est hebraeum ... allelu, laudate; ia, deum; alleluia ergo laudate deum (EVCHER. instr. 2 p. 145, 12 ISID. orig. 6, 19, 19. 7, 1, 15). serm. 255, 1. 5. 256, 1 o felix alleluia in caelo, ubi templum dei angeli sunt (PS. FVLG. RVSP. serm. 52 p. 920ᴮ angelicum alleluia decantantes). 362, 26 tota actio nostra amen et alleluia erit. in epist. Ioh. 8, 1. serm. ed. Mai 92, 1 alleluia ... canticum est novum. 110, 2. PS. AVG. cant. nov. 2, 2 celeuma nostrum dulce cantemus alleluia. CASSIAN. inst. 2, 5, 5 duodecimum *psalmum* sub alleluiae (-a *codd. dett.*) responsione consummans (2, 11, 3). PROSP. in psalm. 104 praef. SIDON. epist. 2, 10, 4 v. 26 responsantibus alleluia ripis. BENED. reg. 15. CASSIOD. in psalm. 118 praef. festivo psalmo ... desiderabile alleluia praemittitur. GREG. M. epist. 9, 26. moral. 27, 21 ecce lingua Brittanniae, quae nil aliud noverat quam barbarum frendere, iam dudum in divinis laudibus hebraeum coepit alleluia resonare. ISID. eccl. off. 1, 13.

allelūiaticus, -a, -um *ab* alleluia. AVG. in psalm. 105, 1 et hoc asserunt, quod omnes alleluiatici psalmi habeant in fine alleluia. VICT. VIT. 1, 41 lector ... alleluiaticum melos canebat. CASSIOD. in psalm. 115 praef. alleluiatica ... gaudia. **allelūiaticum**, -ī *n.* GREG. TVR. vit. patr. 6, 7 alleluiatico cum capitello expleto consummavit matutinos. *Plenkers.*

? **allene** corrigia frenorum GLOSS. Salom. *vix probabile* adlena *vocabulum esse formatum ad analogiam* antilenae *vel* postilenae (*sic Löwe, Gloss. nom. 163*); auene *i.* habenae *substitui vult Schlutter, Archiv 10, 191; fortasse ipsum erat* antilenae.

adlēnīmentum, -ī *n.* [*cf. c.* ad *et* lenire, lenis. *Th.*]. *fere i. q. sedatio.* AMM. 27, 3, 9 vi territus ... crebrescentis seditionis in maius secessit ad Mulvium pontem, ... adlenimenta ibidem tumultus operiens, quem causa concitaverat gravis.

Allenius *et* **Alēnus** *v.* Allius *p. 1689, 6. 32.*

deiecit: **allentāvit** proicit GLOSS. V 496, 13. 449, 32 deiecit adlectavit (allent- *codd. Vat.*). 451, 28 (497, 9) distruit deiecit allentavit (allet- *duo codd. loco priore*). *verbum sine dubio recentissimum opinor redire ad* lentus, *ut cum* deicere *et* destruere *fere conveniat de obiectis dictum qualia sunt* cursum spem pugnam *sim.* *V.*

Alleteī campi. ORAT. Hadr. ad exerc. (Corp. VIII 18042) frg. A 1, 3 in Commagenorum campos Allete(os?). *Otto.*

Alletius *v.* Aletius.

allevāmentum (adl-), -ī *n. ab* allevare. CIC. Sull. 66 sine ullo remedio atque adlevamento. HEGES. 2, 1, 2 opem fessis rebus et tributorum allevamentum poposcerant. AMBR. virg. 1, 9, 55 non sunt allevamenta poenarum discrimina metallorum. Iob 4, 5, 19 viator ... itinere fatigatus ducem arcessit et adlevamentum obsecrat. bon. mort. 2, 5 finis *vitae* adlevamento est. adlevamentum autem bonum.

allevātīcius, -a, -um *ab* allevare, allevatus. IREN. 1, 30, 2 Christum quasi dextrum et in superiora allevaticium, arreptum statim cum matre in incorruptibilem aeonem.

allevātio (adl-), -ōnis *f. ab* allevare. *proprie*: QVINT. inst. 11, 3, 83 umerorum ... adlevatio atque contractio (FORTVN. rhet. 3, 22). ITALA psalm. 140, 3 (Hil. in loc.) allevatio (ἔπαρσις, ITALA codd. Veron. Sangerm. *et* VVLG. elevatio) manuum mearum. HIL. in psalm. 140, 3 in allevatione et demissione manuum suarum. PS. AVG. serm. 180, 1 in allevatione portarum. *translate*: GLOSS. κούφισμα. CIC. epist. 9, 1, 1 tot tantisque rebus urgemur, ut nullam adlevationem quisquam ... sperare debeat. fin. 1, 40 diuturnitatem *doloris* allevatio consoletur.

allevātor, -ōris *m. ab* allevare. TERT. adv. Marc. 4, 36 *deum Christus* iubet adorare ... allevatorem humilium, non ... destructorem superborum.

allevio, -āvi, -ātum, -āre [*ab* ad *et* levis *vel* levius. *Th.*]. GLOSS. II 8, 4 alleviant[a] κουφίζουσιν [V 436, 52 *v. sub* allevo *p. 1675, 47. 48*]. V 438, 43 allevitans ... alleviens. *verbum admodum suspectum, cum medio aevo verbi* allevare *provinciam occupaverit* (*cf. Ducange et Körting sub* alleviare *et* allevare) *atque propterea in codicibus cum* allevare *et* elevare *confundatur* (*cf.* CIC. inv. 1, 78 IVL. VICT. rhet. 12 p. 413, 34). *editum est tantummodo in* ITALA Hier. *et* VVLG. ITALA Ion. 1, 5 (Hier. in loc. p. 397) iactum fecerunt vasorum navis in mare, ut alleviaretur navis (all- ab eis VVLG.). VVLG. act. 27, 38 alleviabant (ITALA cod. g relevabant) navem iactantes triticum in mare. *translate*: VVLG. Iac. 5, 15 alleviabit (ἐγερεῖ, ITALA cod. ff suscitabit) eum dominum. VVLG. Is. 9, 1 alleviata (*i. e. dedecorata*) est terra Zabulon (*eadem apud Hebraeos, plane alia apud Graecos et in* ITALA apud Tert. adv. Marc. 4, 7 *inveniuntur; cf.* HIER. *in loc.* p. 128). [*francog. vet.* alegier. *M.-L.*]

allevitāns, allevans, allevians GLOSS. V 438, 43.

allevo (adl-), -āvī, -ātum, -āre [*ab* ad *et* levare *vel* levis. *Th.*]. *v.* NOT. Tir. 27, 89. *formae non assimilatae semper leguntur in codd.* TAC. *et* FRONTON. *verbum legitur inde a* CIC. *raro apud scriptores aetatis aureae, saepius postea apud ecclesiasticos et apud profanos. posterioribus temporibus* elevare *et* levare *potius usurpata esse videntur.* *in membranis confunduntur* allevare *et* elevare; *cf. sub* allevio *supra l. 66.* [*ital.* allevare, *francog.* alever. *M.-L.*]

1 ***proprie***: *i. q. levare, tollere.* **a** *aliquid*: BELL. Alex. 20, 6 pauci adlevatis scutis ... adnatarunt. CVRT. 7, 8, 2 pellibus tabernaculi adlevatis. 8, 9, 22 *aestus*, quo navigia adlevarentur. SEN. dial. 4, 25, 2 fodientem et altius rastrum adlevantem. epist. 80, 1 non adlevabitur velum. PLIN. nat. 36, 68 egestis laterculis adlevatas naves. HYG. fab. 37 p. 68, 7 cum posset eum lapidem allevare. 274 p. 150, 16 Agnodice tunicam allevavit. HEGES. 2, 4, 14. CLAVD. 10, 124 *Venus* peplum ... fluentem adlevat. **b** *aliquem* (*corpus vel membra*): LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 1, 14 ⟨ad eius⟩ pedes prostrata humi, n⟨on⟩ modo non adlevata, sed tra⟨cta et servilem in⟩ modum rapsata *est.* OV. met. 6, 249 *Alphenor* advolat, ut gelidos complexibus adlevet artus. 7, 343. 8, 545 *Meleagri sorores adfusas tumulo* Latonia ... natis in corpore pennis adlevat. SEN. contr. 1, 1, 8 conditos oculos vix allevans. 1, 1, 19 *prostratum* patrem adlevavi. 10, 4, 2 *membra* ita frangantur, ut humo se adlevare non possit, sed ... reptet. VAL. MAX. 5, 1, 8 conatum ... ad genua procumbere dextera manu adlevavit. CVRT. 3, 5, 9 adlevabat ... rex oculos (8, 14, 41). 3, 12, 12 Darei mater adlevari se passa est (3, 12, 17. 5, 4, 18. 8, 2, 4. 8, 4, 9. 9, 10, 15). 4, 4, 3 belua adlevans semet (4, 6, 11. 9, 5, 12). SEN. Herc. f. 1317 artus alleva afflictos solo ... parentis. Med. 1020 lumina huc tumida alleva. dial. 5, 14, 2 adlevata super caput sinistra manu. 7, 28, 1 turbo ... animos ... rotat ... nunc in sublime adlevatos, nunc in infima adlisos. epist. 72, 9. 110, 3. SEN. dial. 11, 1, 3 ex ipso rogo caput adlevanti. 10, 14, 4 adlevatis labris. 12, 9, 6 *mare* modo adlevans nos subitis incrementis, modo maioribus damnis deferens. epist. 88, 26 *caelestia* descendunt et adlevantur. VAL. FL. 3, 339 *regem* adlevat Aesonides. 8, 212 *Medea* vix allevat ora ad ... dapes. HOMER. 1044 grandaevum ... Achilles allevat a terra. SIL. 14, 481 transigitur ..., dum se allevat, ... cuspide. QVINT. inst. 1, 11, 10 supercilia ad singulos vocis conatus adlevarentur (11, 3, 79 supercilia adnuendi ... et renuendi ratione demittuntur [dimittuntur *vel* remittuntur *codd.*] aut adlevantur). 6, 3, 98 homini nequam lapso et, ut adlevaretur, roganti. 11, 1, 16 (*in imagine*) abiectos aut submittentes se libenter adlevamus, quia hoc facere tamquam maiores videmur. 11, 3, 94 adlevata ac spectante umerum manu. 11, 3, 141 bracchium ... adlevandum est. 11, 3, 142. TAC. hist. 2, 63 *Sabinus* in alieno discrimine sibi pavens, ne adlevasse *Dolabellam* videretur, impulit ruentem. ann. 1, 22 miles adlevatus circumstantium umeris. 12, 19 *Eunone* supplicem adlevat. SVET. Cal. 36 *mulierum* faciem adlevans manu, si quae pudore submitterent. Nero 13 *supplicem* adlevatum. FRONTO p. 136, 22 N. quotiens tu me manibus tuis sustinuisti, adlevasti aegre adsurgentem. PS. FRONTIN. strat. 4, 7, 34 *equi* posterioribus pedibus innixi, prioribus allevatis. TERT. orat. 13 manus ... purae alleventur. adv. Marc. 4, 28 deo ipsos dynastas detrahente de solio et pauperes allevante de sterquilinio. 4, 34 allevasset dives oculos. ITALA gen. 37, 25 (Lugd.) adlevatis oculis (ἀναβλέψαντες τοῖς ὀφθαλμοῖς). exod. 23, 5 (Rufin. Adamant. 1, 12) alleves cum eo *onere* asinum *qui cecidit* (συναρεῖς; VVLG. sublevabis). num. 20, 11 (Lugd.) adlevata ... manu sua (ἐπάρας χεῖρα; VVLG. elevasset manum). 24, 2 (Lugd.) adlevatis oculis (ἐξάρας ... τοὺς ὀφθαλμούς; VVLG. elevans oculos). III reg. 13, 33 (Lucif. reg. apost. 5 p. 48, 16) Hieroboas ... fecit ... sacerdotes excelsorum; qui enim volebat, adlevabat (*cf.* exod. 29, 24 lev. 8, 27 iud. 17, 5) manum suam et fiebat sacerdos excelsorum. psalm. 72, 18 (Sangerm.) *et* VVLG. deiecisti eos, dum allevarentur (ἐν τῷ ἐπαρθῆναι, ITALA Veron. extollerentur). CYPR. domin. orat. 6 non adlevatis in caelum impudenter oculis nec manibus insolenter erectis. EPIT. Alex. 102 *eum* amplexa flens allevavit. LACT. inst. 7, 5, 6 videatur ... hominem deus quasi porrecta manu adlevatum ex humo ad contemplationem sui excitasse. CHIRON 304 *iumentum* adlevare se volet. 415 caput demissum *iumentum* habebit, quod adlevare a terra non potest. HIER. tract. in Marc. p. 337, 21 iacemus in lectulo, allevare nos non possumus. VVLG. psalm. 144, 14 allevat (ITALA cod. Sangerm.: sublevat, cod. Veron.: erigit) dominus omnes qui corruunt. Sirach 36, 3 alleva manum tuam super gentes alienas, ut videant potentiam tuam. act. 3, 7 apprehensa manu eius dextera allevavit (ITALA cod. e elevavit, cod. g erexit) eum (ἐν τῷ ἐπαρθῆναι). EMPOR. rhet. p. 566, 19 *virgines* contra oculos adlevare (el- *ed. princ.*) et libere loqui verebantur. AMBR. bon. mort. 3, 10. 5, 16 Isaac 8, 69. *v. sub* ablevo *I p. 105, 77.* *notandum*: SALL. Iug. 94, 2 praegrediens Ligus saxa et ... radices ... laqueis vinciebat, quibus adlevati milites facilius escenderent.

technice: CORP. V 3257 (*a. 1 a. Chr.*) tectum parietes allevaverunt. FLOR. epit. 2, 21, 5 *naves* turribus atque tabulis adlevatae castellorum vel urbium specie. POMPON. dig. 8, 4, 11 et depressurum vel adlevaturum rivum (καὶ ὑψοῦν καὶ στενοῦν τὸν ὀχετὸν τοῦ ὕδατος *Tipuc.*), per quem aquam iure duci potestatem habes. PALLAD. 3, 24, 12 *porrus* cum radices agit, modice comprehendendus et adlevandus est sarculo. 11, 11, 5.

2 ***translate***: **a** *i. q. lenire, mitigare, levem reddere*: CIC. S. Rosc. 10 onus si vos aliqua ex parte adlevabitis. Brut. 12 nihil accidit, ... quod aliqua ex parte sollicitudines adlevaret meas. Tusc. 3, 71 vers. 2 aliorum aerumnam dictis adlevans. PVBLIL. P 46 poena ⟨al⟩levatur ubi ⟨re⟩laxatur dolor. CORP. XIV 3608, 26 (*post a. 74 p. Chr.*) primus ex ea provincia magno tritici modo annonam p(opuli) R(omani) adlevavit. QVINT. decl. 337 p. 327 *partiendo* graves casus (causas *codd.*) ad-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

levare possis, si non ingruant ac semel veniant. TAC. hist. 1, 52 *militibus* remissa ignominia, adlevatae notae. ann. 1, 26 adlevandis laboribus. 14, 63 *mulieres exules* praesentem saevitiam melioris olim fortunae recordatione adlevabant. VIGIL. TRID. ad Simplic. 3 fastidia (HYMN. Ambros. 1, 1, 4). HEGES. 2, 9, 47 dolorem. 5, 22, 126 tantum laborem. PAVL. MED. vita Ambr. 39 confitendo suum allevet (*fluctuat codicum lectio*) ipse delictum. **b** *i. q. erigere* (*nota a maerore l. 12. 24*), *confirmare*: CIC. Att. 12, 38, 4 cum ego faciam omnia ... ad me adlevandum. 12, 39, 2 adlevor, cum loquor tecum absens. OV. trist. 3, 8, 31 nec viribus adlevor ullis et nunquam queruli causa doloris abest. VAL. MAX. 5, 3, 2 solaciis magis adlevandus quam cladibus onerandus erat. CVRT. 4, 15, 11 ut animum a maerore adlevaret. SEN. Tro. 950 alleva animum et cadentem, misera, firma spiritum. dial. 3, 13, 4 ira, ebrietas, metus aliaque eiusmodi ... non virtutem instruunt, sed segnem alioqui animum et ignavum paullum adlevant. 6, 2, 4 *Octavia* ... non dico non ausa consurgere, sed adlevari recusans. epist. 76, 27 animum adleves. 78, 4 *amicorum* adhortationibus, vigiliis, sermonibus adlevabar. 94, 29. PS. QVINT. decl. 1, 1 ut afflictum allevetis. TAC. ann. 6, 43 territus ... adlevatur animum. 12, 51 ille ... *uxorem* amplecti adlevare adhortari. FLOR. epit. 2, 13, 10 C. Caesar eloquentia et spiritu, ecce iam et consulatu adlevabatur. AVR. Fronto p. 83, 3 N. me adlevant nuntii de domnula mea commodiora indicantes. AMBR. in psalm. 1 praef. 9 *psalmus* ab iracundia mitigat, a sollicitudine abdicat, a maerore allevat. Iac. 1, 8, 39 *homo se* divinis oraculis et scriptis propheticis adlevabat (ablevabit *codd. AP*). HYMN. Ambros. 1, 2, 7 ut quies ... mentes ... fessas allevet. EVGIPP. Sev. 18, 2 miles Christi fessos verbis spiritalibus allevabat. *i. q. laudibus efferre, sim.*: LAVD. Murdiae (Corp. VI 10230) 2 propriis viribus adlevent cetera, quo firmiora probabilioraque sint. QVINT. inst. 5, 1, 3 *praeiudicia, rumores etc.* ut ipsa per se carent arte, ita summis eloquentiae viribus et adlevanda sunt plerumque et refellenda. 8, 4, 27 *verba et sententiae* etiamsi non per gradus ascendant, tamen velut acervo quodam adlevantur. HIER. epist. 23, 2 conversationem Leae nostrae ... digno allevare praeconio.

technice in medicina: CIC. Att. 7, 1, 1 de allevato corpore tuo. CAEL. AVR. acut. 2, 40, 233 *aegrotos* allevatos.

notandum: *i. q. occidere in sermone castrensi*: AVG. quaest. hept. 7, 56 sic enim, quod militares potestates dicunt 'vade, alleva illum' et significat 'occide illum', quis intellegat, nisi qui illius locutionis consuetudinem novit?

synonyma: *ad 1*: attollere, elevare, erigere, excitare, extollere, levare, sublevare, tollere. *ad 2b*: firmare. *opposita*: *ad 1*: allidere, deferre, deicere, demittere, deprimere, detrahere, elidere, (inclinare), (laxare), relaxare, remittere. *ad 2*: refellere, terrere.

allēvo (adl-), -āvī, -ātum, -āre *ab* ad *et* lēvare, lēvis *i. q. lēvare, planum reddere. fortasse ad hoc verbum* pertinet GLOSS. V 436, 52 aggenuinant allēvant (alleviant *codd.*, adlēvigant *Vollmer Thes. I p. 1305, 33*). *tantummodo a* COLVM. *usurpatur.* COLVM. 3, 15, 3 vitem totam exputare ... nodosque et cicatrices adlevare. 4, 8, 2 minime adlevanda plaga est (4, 24, 6. 4, 25, 2. 5, 6, 13). 4, 12, 2 iugum ... convenit allevari (4, 29, 9 *calamus debet* allevari atque id (is *codd.*) ex ea parte, qua raditur, ut sit ab ea parte levis. 5, 6, 12 stirpem ... allevari oportet). 4, 24, 4 *suboles* explantanda ferroque allevanda est (5, 6, 16 cavendum, ne ... *pollices* ita alleventur, ut ipse truncus laedatur). 4, 25, 2 cum *vinitor* allevare *quid debet*, scalpro *utitur* (5, 6, 14 quicquid falce contingi poterit, exputandum est allevandumque eatenus, ne plaga corpori matris applicetur). *B. A. Müller.*

Alleyorīx *nom. vir. barb. fortasse corruptum.* CORP. XII 3396 (*Nemausi, periit*) Alleyorigi Crappai Iulia uxor.

Allia, -ae *f., fl. qui haud procul a Roma in Tiberim influit, cf. Hülsen, PW. I 1585. a scriptoribus non nominatur nisi cum de clade ibi a Gallis a. d. XV kal. Augustas a. 364 u. c. accepta et de ea, quae paulo post Praenestinis ibi illata est, verba faciunt.* Allia *duabus* l *scriptura unice recta; sic tituli, ut* CORP. X 6638 Iul. 18 (*fast. Ant.*) dies Allia⟨e et⟩ Fab(iorum) *et qui infra in* Alliensis *afferentur. sed* Alia *iam inde a saeculis IV et V in libris legitur, ut in Romano Vergili* (Aen. 7, 717, Allia *MP*), *et in Puteaneo Livi qui et hoc et illud praebet.* SERV. Aen. 7, 717 sane Allia (Alia *LHSRE*) additum unum l propter metrum, ut 'relliquias'. Lucanus bene posuit (7, 633) 'quas Aliae (*immo* aliae) clades'. *hinc* COMMENT. Lucan. 7, 633. Ἀλία PLVT. Cam. 18, *sed* Ἀλλία qu. Rom. 25 fort. Rom. 12. *multo autem rarius in* Alliensis *altera* l *subtrahitur.* *apud poetas* Allia *pro clade Alliensi et eo die quo accepta est.* VARRO ling. 6, 32 dies Alliensis ab Alli⟨a⟩ fluvio dictus. VERG. Aen. 7, 717 infaustum ... Allia (*v. supra l. 68*) nomen. OV. ars 413 qua flebilis Allia luce vulneribus Latiis sanguinulenta fuit. rem. 220 damnis Allia (alea *Regius*) nota suis. Ib. 219 haec est in fastis cui dat gravis Allia nomen. LIV. 5, 37, 7 *Gallis* aegre ad undecimum lapidem occursum est, qua flumen Allia (Alia *Parisin., al.*), Crustuminis montibus praealto defluens alveo, haud multum infra viam Tiberino amni miscetur. 5, 49, 5 ad Aliam (All- *Parisin.*). 5, 53, 5 ad Aliam fuga. 6, 1, 11 quo die ad Aliam cum exitio urbis foede pugnatum. 6, 28, 6 Aliam ipsam, monumentum tantae cladis. 6, 29, 1 (*de clade Praenestinorum*) ad Aliam. ... loci fortuna illos fretos ad Aliam constitisse. 6, 29, 5 ad Aliam. 7, 13, 5 ad Aliam fusae legiones. 22, 50, 3 fuga namque ad Aliam sicut urbem prodidit, ita exercitum servavit. 22, 59, 8 ⟨ad⟩ Aliam cum Gallis ... non tam clade infamis quam pavore et fuga pugna fuit. 25, 6, 10 ad Alliam. 25, 6, 12 ab Allia. 38, 17, 6 semel primo congressu ad Aliam (All- *Mogunt.*, Al- *Bamberg.*) eos (*Gallos*) olim fugerunt maiores nostri. perioch. 5 ad Aliam. VERR. FL. Gell. 5, 17, 2 ad Alliam (Al- *R*). PAVL. FEST. p. 7 ab Allia fluvio. LVCAN. 7, 409 damnata diu Romanis Allia (alea *Bernens.*[1]) fastis. SIL. 1, 547 nec, Trasymenne, tuis nunc Allia cederet undis. 6, 555 Allia et infandi Senones captaeque recursat attonitis arcis facies. 8, 647 maior et horrificis sese extulit Allia ripis. FLOR. epit. 1, 7, 7 ad Aliam (*sic Bamberg., Nazar.*). FRONTO p. 217, 11 N. apud Alliam. AMPEL. 45, 1 apud Aliam. MIN. FEL. 7, 4 sic Allia nomen infaustum. EVTR. 1, 20, 2 (*de Gallis*) undecimo miliario a Roma apud flumen Alliam. 2, 2 Titus etiam Quintius Cincinnatus Praenestinos ... ad flumen Alliam vicit. HIER. epist. 123, 17 apud Alliam. chron. a. Abr. 1640 Praenestini a Romanis victi aput flumen Alliam. CLAVD. 15, 124 renovet ferales Allia pugnas. MACR. sat. 1, 16, 23 (*ex Gellio et Cassio Hemina*) ad Alliam. VIB. SEQ. geogr. p. 146, 3 Allia Salaria via ad mil. XIIII a Roma, ubi Galli victoria sunt potiti de Romanis. OROS. hist. 2, 19, 6 (*de Gallis*) fluvius Halia (*sic* LP^1R^1, Hallia P^2R^2D). 3, 3, 5 Praenestinos ... ad flumen Haliam (Halim *LD*, Halio *PR*) ... vicerunt. RVT. NAM. 1, 125 victoris Brenni non distulit Allia poenam. SIDON. carm. 9, 244 ut credat Cremerae levem ruinam, infra et censeat Alliam dolendam. VIR. ill. 23, 7 apud Alliam fluvium.

adi. **Alliēnsis**. *sic* CORP. IX 4192 Iul. 18 (*fast. Amitern.*) dies Alliensis. XI 1421 (*Pisis, a. 4 p. Chr.*), 25 di⟨em⟩que eum, quo die C. Caesar obit, ... pro Alliensi lu⟨gub⟩rem memoriae prodi. *in libris raro* Aliensis. PLVT. Cam. 19 τὴν ἡμέραν ... Ἀλιάδα μέχρι νῦν καλεῖσθαι διὰ τὸν ποταμόν (qu. Rom. 25). VARRO ling. 6, 32 *v. p. 1675, 75.* CIC. Att. 9, 5, 2 maiores nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnae quam urbis captae (*cf.* GELL. 4, 9, 6, *ubi* Ali-). LIV. 6, 1, 11 *diem* a ... clade Aliensem (Alli- *Veron.*) appellarunt insignemque rei nullius publice privatimque agendae fecerunt. 6, 28, 6 si diem contactum religione insignemque nomine eius loci timeant Romani, quanto magis Aliensi die Aliam ipsam ... reformidaturos? 22, 50, 1 haec est pugna Cannensis, Alliensi (Aliiensi *Putean.*) cladi nobilitate par. FEST. p. 278 dies autem religiosi ... quales sunt ... Alliensis (alii senes *cod.*). PAVL. FEST. p. 7 Alliesis dies dicebatur apud Romanos obscenissimi ominis, ab Allia fluvio scilicet .... VAL. MAX. 9, 11 ext. 4 urbem a Gallis captam et trecentorum inclytae gentis virorum strage foedatum ⟨amnem Cremeram et⟩ Alliensem diem et oppressos in Hispania Scipiones et Trasimennum lacum et Cannas .... TAC. hist. 2, 91 antiquitus infausto die Cremerensi Alliensique cladibus. SVET. Vit. 11 magis deinde ac magis omni divino humanoque iure neglecto Alliensi die pontificatum maximum cepit .... PANEG. 12, 46 Alliensi (Hall- *M*) die Emathia funestior. VIR. ill. 23, 7.

Alliacus *nom. gent., cf.* Allius. CORP. VI 2467 militi praetoriano coh. II (centuria) Alliaci Severi. 21306 C. Alliaco Felici. *Otto.*

Alliānus *et* **Alliānius** *v.* Allius *p. 1688, 11.*

Alliārius *v.* Allius *p. 1688, 14.*

Alliatōrius *v.* Allius *p. 1688, 16.* **alliātus** *v.* aliatus.

adlicefacio, -ere [*cf. c.* allicere. *Th.*]. SEN. epist. 118, 8 quod invitat ad se et adlicefacit (adlicer' facit *B*, adicer. facit *A*). SVET. Vit. 14 nobiles viros ... omnibus blanditiis tantum non ad societatem imperii adlicefactos ... occidit.

allicio (adl-), -lexī, -lectum, -ere [*ab* ad *et* lacio. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 27 adlicet est perducit aliquem in rem, dictum a verbo 'lacit', id est decipit. hinc descendit 'inlicere' et 'oblectare', id est frustrantem inducere. 117 lacit: inducit in fraudem, inde est 'allicere' et 'lacessere', inde 'lactat, illectat, oblectat, delectat'. *perfecti formam* allexi, *quam analogia postulat, habent* PLAVT. PLIN. nat., *pravam* allicui *ausus est* CALP. hist. *exceperuntque antiquarii* (*ut* HYG. SVLP. SEV.), *cf. caput grammatici vetusti servatum apud* PRISC. gramm. II 496 *sqq.*, *praecipue* 497, 9 invenitur *praeter* '*elicui*' etiam 'allicuit' et 'pellicuit': Piso historiarum I: cuius unius praemio multorum allicuit animos. *unde etiam coniugationi secundae quam numerant addiderunt* CHAR. gramm. I 244, 17 alliceo allices allexi (564, 31). DIOM. I 367, 11 alliceo allexi, sed apud veteres alliceo ⟨allicui⟩ legimus. *cf.* GLOSS. *et* NOT. Tir. 22, 7 allicet. GLOSS. II 267, 51 δελεάζω inlecebro pelliceo alliceo inliceo. II 10, 49 adlicit ἐπάγεται. II 15, 9 allicet (-cer *cod.*) ἐκκαλεῖται ἐκπείθει. *ibid.* 8 allicere πείθειν. allicit: incitat provocat. invitat. suadet, magis sollicitat. V 165, 18 allecit: adlactat delactat. 490, 49 alliciat(?) alligat, obligat. alliciendos inliciendos vel persuadendos. IV 307, 43 allectus allectatus. *verbum rarum apud poetas*: *habent* PLAVT. OV. *trinis*, PHAEDR. LVCAN. NEMES. *singulis*, AVSON. *duobus locis, semel* MART. CAP. *in disticho*.

homines vel eorum affectus, actus (*saepe additur* ad, *rarius inde a* CIC. in, *apud* AVG. *etiam inf., seq.* ut ARNOB. *p. 1677, 71*): PLAVT. Poen. 671 rex sum, si ego illum hodie ad me hominem adlexero. Persa 84 simulabo quasi non videam, ita alliciam virum. Trin. 383 te et amicitiam et gratiam in nostram domum video adlicere.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CALP. hist. frg. 17 *v. p. 1676, 67.* CIC. Verr. 6,182 nullis nostris officiis benevolentiam illorum adlicere possumus. Manil. 24 ut regum adflictae fortunae facile multorum opes adliciant ad misericordiam. Mur. 74 adlici benevolentiam cibo. 76 adlici hominum mentes ... ad magistratum mandandum ... dignitate. Planc. 11 adlicere alienas, retinere partas *voluntates.* Phil. 2,115 si te laus adlicere ad recte faciendum non potest. inv. 157 quiddam quod sua vi nos adliciat ad sese. de orat. 1,30 dicendo ... mentes allicere, voluntates impellere quo velit. 2,315 eum qui audit permulcere atque allicere. 2,324 ad iudicem aut alliciendum aut incitandum. part. 121 animi ... ad misericordiam allicientur. top. 3 non modo rebus iis, quae ab illo (*Aristotele*) dictae et inventae sunt, adlici debuerunt *philosophi,* sed dicendi quoque ... cum copia tum etiam suavitate. fin. 1,25 multitudinem haec *causa* maxime allicit, quod. 1,49 neque laborum perfunctio neque perpessio dolorum per se ipsa allicit nec patientia ..., sed ista sequimur ut sine cura metuque vivamus. 1,54 voluptas ... est sola quae nos vocet ad se et alliciat suapte natura. 2,32 quod ea voluptas, quae in motu sit, et parvos ad se alliciat et bestias. 5,17 ut ipsum per se invitaret et alliceret appetitum animi. Tusc. 1,6 delectatione aliqua allicere lectorem. nat. deor. 1,116 ut ea (*natura*) debeat ipsa per se ad se colendam allicere sapientem. Lael. 28 nihil est ... virtute amabilius, nihil quod magis adliciat ad diligendum [50 inliciat *codd.*]. off. 1,56 omnis virtus nos ad se allicit. 2,20 hominum studia ad utilitates nostras allicere atque excitare. 2,48 ut oratione benigna multitudinis animos ad benevolentiam alliciant. Att. 3,9,2 (*Pompei dictum*) nunc Hortensium allice et eiusmodi viros. epist. 1,9,21 cum ... in hunc sensum et alliciar beneficiis hominum et compellar iniuriis. 2,15,4 adulescentem non tam allicere volui quam alienare nolui. Q. CIC. pet. 54 dicendo ... et tenentur Romae et alliciuntur et ab impediendo ac laedendo repelluntur [LVCR. 5,567 adlicere *codd., rectum* adicere]. CAES. Gall. 7,31,1 laborabat ut reliquas civitates adiungeret atque earum principes donis pollicitationibusque (bonis pollicitationibus α) alliciebat (-cebat *aliquot codd.*). 5,55,3 Indutiomarus ... exules damnatosque tota Gallia magnis praemiis ad se allicere coepit. SALL. Iug. 66,1 servitia (*i. servos*) Romanorum adlicere et eos ipsos qui in praesidiis erant pecunia temptare. OV. ars 3,300 *puellae incessus* allicit (alligat *R*) ignotos ille fugatque viros. 3,510 comibus est oculis alliciendus amor. fast. 6,681 alliciunt somnos tempus motusque merumque. LIV. 1,47,7 allicere donis iuvenes. 6,11,7 criminando patres, adliciendo ad se plebem. 43,1,2 ut opinione clementiae eos ... adliceret. PAVL. FEST. p. 2 amoena ... loca, quae ad se amanda alliciant. 117 lectus ... vel quod fatigatos ad se alliciat. *ibid.* lenones ab alliciendo adulescentulos appellati. VAL. MAX. 7,4,2 blanditiis adliciendo benivolentiam. PHAEDR. 2,3,7 successus inproborum plures adlicit. SEN. dial. 11,6,4 *urbium* amoena positio et opportunitas regionis plures adlicit. benef. 4,22,2 ad adliciendas mentes hominum ingens honesti potentia. PLIN. nat. 9,42 *vituli marini* dextrae pennae vim soporiferam inesse somnosque adlicere subditam capiti. 21,119 huius semine somnum allici. 23,85 capiti inlitum somnum allicit (*similiter vel* somnum *vel* somnos: 26,14. 48. 27,52. 28,260. 30,140). 28,92 *magicam* vim ..., qua alliciat ad se homines mentes alienans (-antes *vel* -atus *vel* -atos *codd.*). 35,83 *tabulam Protogenis* inani *operi* similem et eo ipso allicientem omnique opere nobiliorem. QVINT. inst. 3,1,3 ut hoc ipso adliceremus magis iuventutem ad cognitionem eorum. 5,14,29 ignaros litterarum ... et delectatione adlicimus et viribus trahimus. TAC. hist. 1,24 mobilissimum quemque ingenio ... adliciendo. 1,61 adlicere vel, si abnuerent, vastare Gallias iussus. 1,78 spe volgum adliciendi. 2,5 adliciendis etiam Muciani moribus. 2,85 Moesicae legiones per epistulas adliciebant Pannonicum exercitum aut abnuenti vim parabant. 4,56 adliciendos potius in societatem. ann. 5,2 aptus adliciendis feminarum animis. 5,10 adliciebantur ignari fama nominis. PLIN. paneg. 44 acuuntur ... pretio similes, dissimiles adliciuntur. epist. 8,2,7 per hoc ... omnes cum ad emendum, tum etiam ad solvendum allici videbantur. SVET. Iul. 28 nec minore studio reges atque provincias per terrarum orbem adliciebat. GRAN. LIC. p. 36ª,7 multos ... beneficiis suis alliciebat. NEMES. ecl. 3,30 *Silenus Bacchum portans* motu ... quietem allicit. ARNOB. nat. 5,25 vertit Baubo artes et *Cererem,* quam serio non quibat allicere, ludibriorum statuit exhilarare miraculis. 7,12 praemiis eos (*deos*) ... allici, bonas ut res conferant. 7,23 *deos* alliciatis ad prospera. *ibid.* quamvis ... mille alliciatur altaribus. LACT. inst. 1,15,4 successores ... adlicerent ad bene imperandi cupiditatem. AVSON. Mos. 348 *locorum* tantus cultusque nitorque allicit. AMM. 17,1,2 facundia ... allectum. 20,7,8 promissis defensores alliciens. 21,1,1 Constantium ... alliceret in concordiam. 21,12,4 ad deditionem allicere defensores. 26,7,10 ad alliciendos *milites.* 26,8,14 alliciendas civitates Asiae. 28,3,8 magnitudine praedarum allectos. 28,4,22 ad voluntates condendas (*testamenta*) allicientes eos praestigiis miris. 29,5,33 eos ad societatem alliciens. 31,12,9 ad condiciones ... profuturas allicere. PORPH. Hor. ars 120 ut illorum ad scribendum iterum allicerentur animi. VVLG. deut. 17,17 uxores ... quae alliciant animum eius (μεταστῇ αὐτοῦ ἡ καρδία). AVG. civ. 1,25 p. 40,13 ne ... corpus animum adliciat consentire peccato. 7,3 p. 278,11 cum ... plures alliciat avaritia quam peritia. 10,11 p. 418,27 non solum dii alliciantur victimis, sed etiam compellantur atque cogantur facere quod homines volunt. 14,6 p. 13,21 allicitur vel offenditur voluntas hominis (15,16 p. 92,31). 22,17 *mulierum* decori novo, quo non alliciatur aspicientis concupiscentia. SVLP. SEV. chron. 2,46,5 multos nobilium ... auctoritate persuadendi et arte blandiendi allicuit in societatem. MART. CAP. 9,888 stimula intenso (incenso *Bern.*) allicit aculeo. *bestias:* CIC. fin. 2,32 (*v. p. 1677, 17*). PLIN. nat. 9,25 cum ... *puer delphinum* appellatum Simonis nomine saepius fragmentis panis ... adlexisset. 32,50 carnibus earum (*ranarum*) ⟨reti⟩ vel in hamum additis praecipue purpuras adlici certum est. AVSON. Mos. 310 noctua ... allicit omne genus volucres perimitque tuendo. HYG. astr. 2,7 p. 43,3 *Orpheus* existimatur suo artificio feras etiam ad se audiendum allicuisse (appl- *exc. et Isid.*). MART. CAP. 9,927 fistulis aves allici. 9,928 canticis adlici disrumpique serpentes. *res:* CIC. div. 1,86 magnetem lapidem esse ..., qui ferrum ad se alliciat et attrahat. LVCAN. 9,844 corpora ... calido ... vapore adliciunt (adic- *G*) gelidas nocturno frigore pestes.

synonyma: permulcere, ad se vocare, incitare, excitare, temptare, trahere, compellare. *cf.* GLOSS. *p. 1676, 72.* *opposita:* alienare, repellere, fugare, offendere. retinere, tenere.

derivata: allectare, *et derivata,* allectio.

Menandri **allīcium** CORP. V suppl. ital. 1090,6 *in lamina Concordiensi. ab* hallec.

Allidius *v.* Allius *p. 1688, 60.*

allīdo (adl-), -līsī, -līsum, -ere *ab* ad *et* laedere. EXC. Bob. gramm. I 565,13 adlido adlisi προσρήσσω. *de assimilata praepositione agunt* GRAMM. suppl. 295,21 MART. CAP. 3,241. ISID. diff. 1,20 adliditur quis proxime, eliditur longe.

proprie: GLOSS. ῥήσσω, προσρήσσω. ACC. trag. 34 flucti inmisericordes iacere, †etaetra (latera *Leo*) ad saxa adlidere (*naves vel nautas intellegendum*). LVCR. 4,297 siquis, prius arida quam sit cretea persona, adlidat pilaeve trabive (*scil. ut vultus effingatur*). 4,570 *vocum* pars solidis adlisa locis reiecta sonorem reddit. CAES. civ. 3,27,2 ut ... ex magno remigum ... numero pars ad scopulos allisa (adl- *a*) interficeretur, pars ab nostris detraheretur. COLVM. 4,20,2 *vites* quae sunt distortae, non aequaliter alliduntur (*i. adaptantur ridicis*) inhibentibus nodis [arb. 9,2 alliges *recte trad.*]. VVLG. psalm. 136,9 allidet (ἐδαφιεῖ) parvulos tuos ad petram (*cf.* HIER. epist. 22,6. 130,8; GLOSS. allidere: interficere mactare); *hoc postea liberius dictum:* Is. 13,16 infantes eorum allidentur (ῥάξουσιν) in oculis eorum. LACT. inst. 4,21,4 diripi pueros, allidi parvulos. HIER. in Nah. 3 p. 571 ne parvuli eorum allidrentur in viis. *nota translationem:* HIER. epist. 22,6 ille praedicatur beatus, qui, ut coeperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus et allidit ad petram. BENED. reg. 4 cogitationes malas cordi suo advenientes ad Christum allidere (*cf.* praef.). VVLG. Ier. 48,26 allidet manum Moab in vomitu suo. Ezech. 6,11 percute manum tuam et allide pedem tuum (ψόφησον τῷ ποδί; *cf.* HIER. in Ezech. 2 p. 60). Os. 10,14 matre super filios allisa (ἐπὶ τέκνοις ἠδάφισαν). Marc. 9,17 *spiritus malus* ubicumque eum (*puerum*) apprehenderit, allidit (ῥήσσει) illum et spumat *puer* et stridet dentibus. CLAVD. 28,627 in latus adlisis clipeis aut rursus in altum vibratis. GILD. Brit. 19 chron. III p. 35 *telis* cives de muris tracti solo allidebantur. *supple* solo, *ut sit fere i. q. frangere, comminuere:* COMM. instr. 1,38,4 legem, quam Moyses allisit iratus. VVLG. Is. 27,9 cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos (κατακεκομμένους ὡς κονίαν λεπτήν). ALC. AVIT. hom. 29 p. 150,28 erexisti lacrimarum machinis quod hostis adliserat. IORD. Get. 42,222 vicina loca saevientes allidunt demoliuntque paene totam Italiam. *nota structuram:* COMM. instr. 1,17,8 dorsa sua allidunt ... bipenne. *technice:* CHIRON 22 componis ungulam prope vivum et adlides eam, cui et stremmam facies.

translate (*imagine sumpta aut a navi fluctibus deiecta aut a luctatore prostrato*): CIC. ad Q. fr. 2,4,6 cotidianae damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Sevius adlisus est, ceteri conciduntur. SEN. dial. 7,28,1 turbo quidam animos vestros rotat ... nunc in sublime adlevatos, nunc in infima adlisos. 9,5,4 ille vir fuerit, qui periculis undique imminentibus, armis circa et catenis frementibus non alliserit virtutem nec absconderit. epist. 8,4 non vertit fortuna *homines,* sed cernulat et adlidit. COLVM. 1,3,9 cum sit colluctandum *domino* cum eo (*i. fundo*), si fundus praevaleat, allidi dominum. ITALA psalm. 145,8 (Ambr. in Luc. 5,100. 7,212) dominus erigit adlisos (adalisos *priore loco trad.*; VVLG. elisos, κατερραγμένους; *cf.* PAVL. NOL. epist. 23,44 *extr.* GLOSS. allisus: affectus, afflictus) HERM. vulg. mand. 11,3 ut aliquem ex eis qui iusti sunt et probi adlidat (ῥῆξαι) *homo nequam.* VVLG. Iudith 9,11 allide (ῥάξον) virtutem illorum in virtute tua. psalm. 101,11 elevans allisisti (κατέρραξας) me. Is. 30,30 *malos deus* allidet (κεραυνώσει) in turbine et in lapide grandinis. 64,7 allisisti (παρέδωκας) nos in manu iniquitatis nostrae. HIER. in Is. 25,9 p. 342 ille de sua potentia allidetur in terram. PS. LEO M. serm. 7,4 p. 494 allisisti dominum, et tu quoque ad terram allideris. ALC. AVIT. hom. 7 p. 114,20 haec ... dominantur allisis. GREG. TVR. Franc. 2,23 ut alius ... ab excelsa arce superbiae praeceps allideretur.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

syn.: iacere, percutere, demolire, concīdere, cernulare. *opp.*: reicere, adlevare, in altum vibrare, erigere, elevare. *deriv.*: allisio. *V.*

Alliēdius *v.* Allius *p. 1688, 59.* **Alliēlus** *v.* Allius *p. 1688, 20.*

Allienuius *v.* Allius *p. 1688, 57.*

Alliēnsis *v.* Allia.

Alliēnus *v.* Allius *p. 1688, 21.*

Allīfae, -ārum *opp. Samnii, aetate imperatoria colonia tribu Teretina, hodie* Allife; *cf. Hülsen, PW. I p. 1585. cf.* Allia, Allius, Callifae. *numm. osc. ap. Planta gramm. osc.-umbr. n. 229* Alifa(norum?) (*graec.* Ἀλλιβανῶν) *Mommsenus ad hoc oppidum pertinere negavit* (*Corp. IX p. 214*). DIOD. 20, 35, 2 Ἀλλίφας. STRABO 5, 238 Αἰσερνία δὲ καὶ Ἀλλιφαὶ ἤδη Σαννιτικαὶ πόλεις εἰσίν, ἡ μὲν ..., ἡ δ' ἔτι συμμένουσα. PTOL. 3, 1, 58 Ἄλλιφα (Ἄλιφα *pars codd.*). Alifae CORP. VI 3884, 2, 47. 51 (*a. 198*) *et in codd. gromaticorum et itinerariorum.* LIV. 8, 25, 4 (*a. u. c. 428*) in potestatem venerunt Allifae Callifae Rufrium. 9, 38, 1 (*a. u. c. 444*) C. Marcius Rutilus Allifas de Samnitibus vi cepit. 9, 42, 6 ad urbem Allifas. 22, 18, 5 super Allifas. FEST. p. 292 Fundos . . . Allifas. SIL. 8, 535 Allifae. LIB. col. I p. 231, 3 Allifae (Alifae *A*) oppidum muro ductum. ager eius lege triumvirale est adsignatus. ITIN. Anton. p. 122, 1 Alifas (Aliuas, Aliphas *pars codd.*). 304, 2 Alifas. RAVENN. p. 280, 2 Olifas. Guido p. 483, 16 Aliphas. TAB. Peut. 6, 4 ad lefas. CORP. IX 2353 (*Allifis*) Allifis. 2362 Aug(ustalis) Allifis. 2363. 2364 q(uaestor) Aug(ustalium) Allifis. 2365 p. Aug. Allif. 2367 August. Allif. 2368 Allífís . . . Allifis. VI 3884 (*a. 198*), 2, 47 Q. Torbius Q. f. Fal. Tertullinus Alif(is). X 4619 Allifis. 51 *sim.* **Allīfānus** *adi. et incolarum vocabulum.* Alifanus *et* Allifanus *Livi Puteaneus.* CIC. Planc. 22 tractus ille celeberrimus Venafranus, Allifanus. leg. agr. 2, 66 ager . . . Allifanus. LIV. 22, 13, 6 per Alifanum (*sic P*) . . . agrum. 22, 7, 7 in agro Alifano (Albano *P*). 26, 9, 2 Allifanum . . . agrum. PLIN. nat. 3, 63 (*qui hoc oppidum ad Campaniam refert*) Allifani. SIL. 12, 526 Allifanus Iaccho haud inamatus ager. CORP. IX 2318 (*Allifis*) Allifanis. 2337 ordo et populus Allifanorum. 2354 colon(iae) Allif⟨ano(um)⟩. X 4590 col. Allifanor. CONC. Rom. a. 499 p. 406, 7 Clarus episcopus ecclesiae Allifanae (Allifanus, Aliffanus, Alifanus *pars codd.*). Allifana *vasa*: HOR. sat. 2, 8, 39 invertunt Allifanis vinaria tota. PORPH. Allifanis: genus poculi. *cogn.*: PLIN. epist. 5, 14. 6, 28. 7, 4 *superscr. in cod. Riccard.* C. Plinius Pontio Allifano suo s. *nota* Pontius *nomen oscum.* **Allīfēnus** *cogn.* CORP. VI 10602 Manilius Allifenus. *Otto.*

alligāmen (adl-), -inis *n. ab* alligare. GLOSS. II 236, 24 ἀπόδεσμος alligamen. 564, 47 adligamen ligatura.

alligāmentum, -ī *n. ab* alligare. GLOSS. δέμα, δεσμός, ἔνδεμα. EXC. Bob. gramm. I 553, 32 alligamentum δεσμός (IDIOM. gen. gramm. IV 579, 23). ITALA num. 19, 15 (Lugd.) omne vas patens, super quod alligamentum inditum non est (δεσμόν; VVLG. ligaturam). cant. 1, 13 (Rufin. Orig. in cant. 2 p. 142ᴮ) alligamentum guttae fratruelis meus mihi (ἀπόδεσμος τῆς στακτῆς; VVLG. fasciculus myrrhae). SCHOL. Germ. Bas. p. 81, 16 pisces habent inter se alligamentum continens (-tem *codd.*) usque ad priores pedes arietis. AVG. quaest. hept. 7, 37 p. 471, 27 quam *mulierem* . . . salvator . . . a diaboli alligamento . . . solvit. *in medicina technice*: AVG. in psalm. 146, 7 quae sunt alligamenta contritionum? sicut medici alligant fracturas. 146, 8 (*in imagine*) alligamenta medicinalia sunt contritionis nostrae sacramenta interim temporalia, quibus habemus consolationem. serm. 46, 12 (*in imagine*) consolationis alligamentum.

alligātio (adl-), -ōnis *f. ab* alligare. 1 *actus alligandi*: GLOSS. δέσις, πρόσδεσις. HYG. astr. p. 54, 12 neque Iuppiter . . . remisit Prometheum vacuum omni alligatione futurum. AVG. civ. 20, 8 alligatio diaboli. *ibid.* 20, 13. PRIMAS. in apoc. p. 916ᴮ. COLVM. 11, 2, 16 arbustorum . . . alligatio. PS. AVG. in Matth. 12, 3 alligatio fasciculorum. AVG. quaest. euang. 2, 19 alligatio vulnerum. *translate*: HIER. epist. 145 'ne quaeras uxorem' i. e. alligationem, quae solutioni contraria est. AVG. adult. coniug. 2, 13, 13. DIDASC. apost. 3, 28 qui . . . per repetitam alligationem eorum [qui] . . . tanta peccaverunt. 2 *instrumentum alligandi*: VITR. 7, 3, 2 *harundines* mataxa aut tomice (*Schneider*, mataxae tomicae *codd.*) . . . alligationibus temperentur, dum ne plus inter duos nodos [alligationes] binos pedes distent. 8, 6, 9 nisi . . . aqua . . . in geniculis aut versuris *aquae ductionis* alligationibus . . . contineatur. PROSP. in psalm. 146, 3 per alligationes . . . contritionum significatur diversitas remediorum, quae summus medicus . . . apponit.

alligātor (adl-), -ōris *m. ab* alligare. GLOSS. δέτης. COLVM. 4, 13, 1 impedationem . . . sequitur alligator. cuius officium est, ut rectam vitem producat in iugum (4, 17, 5. 4, 20, 1. 4, 26, 4). AVG. catech. rud. 7, 11 ab . . . remediorum sacrilegorum alligatoribus. serm. ed. Denis 21, 4 remedium diabolicorum alligator. AVG. civ. 12, 27 sequitur eos . . . esse . . . inclusores adligatoresque nostros ergastulis aerumnosis et gravissimis vinculis.

alligātura (adl-), -ae *f. ab* alligare. *technice in cultura*: COLVM. arb. 8, 3 infra insitionem et adligaturam . . . leviter vitem vulnerato. *actio*: AVG. in psalm. 57, 4 vobis ad alligaturam adhibetur quidquid conectitis. *instrumentum*: 1 *generatim*: ITALA gen. 42, 35 (Aug. loc. hept. p. 533, 15) erat uniuscuiusque alligatura (ὁ δεσμός) argenti (VVLG. ligatas pecunias) in sacco eorum. num. 19, 15 (*ibid.* p. 592, 5) omne vas apertum quaecumque non habent alligaturam (δεσμόν; VVLG. ligaturam) super ea. VVLG. Sirach 6, 31 vincula (δεσμοί) illius alligatura salutaris (ITALA Aug. in psalm. 101 serm. 2, 2 fila hyacinthina, *eadem apud Graecos*). 2 *de vulnerum curatione*: SCRIB. LARG. 209 *emplastrum* sine alligatura . . . sanat ea *vulnera*. ITALA Is. 1, 6 (Ps. Origen. tract. 20 p. 178, 3 Ambr. epist. 41, 19 off. 1, 3, 12 in psalm. 118 serm. 16, 37. 21, 1 Hier. in Is. 1, 6 p. 15 hom. Orig. in Luc. 34 p. 350) malagma imponere (app- Ambr.) neque oleum neque alligaturas (-am Ambr.; καταδέσμους) (*cf.* PS. ORIGIN. tract. 20 p. 178 *passim.* HIER. hom. Orig. in Ier. 2 p. 768. 13 p. 867). CHIRON 52 *vulnus* curatur . . . adustione non sine alligatura (VEG. mulom. 2, 51). *passim.* AMBR. epist. 2, 7 est . . . alligatura, quae constringere solet animorum vulnera. *paulo infra*: adiunge alligaturam salutaris praecepti. in psalm. 118 serm. 21, 5 qui alligaturam verborum caelestium super vulnus imponat. . . . bona alligatura quae fracta animae tuae ossa conectat. HIER. hom. Orig. in Luc. 34 p. 350 secum habebat alligaturas, oleum, vinum. PS. FVLG. RVSP. serm. 57 confractis ossibus adhibens alligaturam. 3 *de amuletis*: FILASTR. 21, 3 alligaturas et tutamina suo portabant . . . in corpore. 4 *de fascibus*: VVLG. II reg. 16, 1 asini onerati centum alligaturis uvae passae (ἑκατὸν σταφίδες).

alligo (adl-), -āvī, -ātum, -āre *ab* ad *et* ligare. GLOSS. δεσμῶ, δεσμεύω, προσδεσμῶ. IV 405, 27 alligat: oblectat. V 490, 49 alliciat (*fortasse* allectat): alligat obligat. VARRO ling. 5, 137 falces sirpiculae vocatae ab sirpando id est ab alligando; sic sirpata dolia quassa, cum alligata his, dicta. *cf.* FEST. p. 375, 21 viere alligare significat. DON. Ter. Ad. 844 ligare est inicere alicui vincula. quis vero dicitur alligari ad aliquid, sine quo esse non possit? ergo proprie ad amicam alligari adulescentem dixit amatorem. DIFF. ed. Beck p. 34, 60 *v. sub* allego *p. 1666, 68. cf.* QVINT. inst. 8, 6, 62. PLVT. Rom. 26 τὸ δὲ δῆσαι Λατῖνοι πάλαι μὲν λιγᾶρε, νῦν δὲ ἀλλιγᾶρε καλοῦσιν. quaest. Rom. 67 p. 280ᴬ τὸ δὲ δεσμεύειν ἀλλιγᾶρε λέγουσιν πολλοὶ Ῥωμαίων, οἱ δὲ καθαρεύοντες ἐν τῷ διαλέγεσθαι λιγᾶρε. DIOM. gramm. I 424, 12 alliga (*non* adl-). *formae dissimilatae raro leguntur. in codicibus multifariam confunduntur* adalligare, allicere, allidere, alligare, allegere, allegare, *cf. ex. gr.* PLAVT. Amph. 674 CIC. Cluent. 39 OV. ars 3, 300 SEN. benef. 3, 7, 6 COLVM. arb. 9, 2 PLIN. nat. 37, 150 PS. QVINT. decl. 3, 17 PANEG. 11, 18 FORTVN. rhet. 3, 14 p. 130, 2 VVLG. III reg. cap. III p. XLIV ed. Heyse et Tischendorf COD. Iust. 8, 53, 31 GREG. M. epist. 2, 15. 9, 58. 71. 180. 13, 18 ISID. orig. 5, 23. *verbum legitur passim inde a* PLAVTO *significatu et proprio et translato, non extat apud* LVCIL. RHET. Her. CATVLL. PVBLIL. LVCR. CAES. SALL. NEP. TIB. CVRT. MELAM PERS. IVV. SVET. FRONTON. MIN. FEL.; *posterioribus temporibus haud raro verbi simplicis* ligare *vice fungi videtur.* [*ital.* allegare, *francogall.* allier. *M.-L.*]

I *proprie*: 1 *i. q.* **ligare** *ad aliquid vel aliquem*: a *animantes*: PLAVT. Pseud. 318 quia pol qua opera credam tibi, una opera alligem fugitivam canem agninis lactibus. Vid. frg. 13 malo hunc *iuvenem* adligari ad horiam. CIC. Verr. 5, 90 cuius ad statuam *Siculi* te praetore adligantur. 6, 10 *servi* ad palum alligantur. 6, 11. 6, 71. facet. dict. 12 (Macr. sat. 2, 3, 3) quis, inquit *Cicero iocose*, generum meum (*sc. parvulum longo gladio accinctum*) ad gladium adligavit? VARRO rust. 2, 2, 16 *agnos* ad palos alligant libro aut qua alia re levi distantes. Men. 388 alius caballum arbori ramo in humili alligatum relinquit. SEN. contr. 10, 1, 13 canem ad ostium alligasses. SEN. benef. 7, 9, 1 (*in imagine*) ego . . . me ad istud inextricabile pondus non adligo. PLIN. nat. 8, 15 stipitibus adligatos *adversarios.* 9, 33 *delphino* alligato . . . in portu. 16, 239 olea . . ., ad quam Io in tauram (-um *codd.*) mutatam Argus alligaverat. 27, 101 *boves* alligari . . . ad praesepia oportet. APVL. met. 8, 22 dominus . . . servulum . . . firmiter alligavit arbori. AMPEL. 8, 11 Ilio lapis quadrata (lapide quadra *cod.*), ubi Cassandra fuit alligata. VLP. dig. 9, 2, 28, 34 (*ex Fabio Mela*) *mulum* ad pollicem . . . alligaverit. FIRM. err. 27, 4 aries . . . in vicinae arboris radicibus alligatur. VIGIL. TRID. ad Ioh. 6 per lignum funibus alligatur lector quoque martyrius. HYG. fab. 125 p. 107, 4 Vlysses socios suos ad pecora alligavit et ipse se ad arietem. AVG. c. Cresc. 4, 49, 63 capto seni mortuos canes alligaverunt in collo. civ. 16, 41 alligans ad vitem pullum suum. 22, 8 eo (*ad altare*) . . . alligatus aut adfixus. in psalm. 49, 17 *bestias* non alligo ad praesepe meum. *non indicato quo quid alligetur*: CIC. Sest. 16 beluam vinctam auspiciis, alligatam more maiorum, constrictam legum . . . catenis. VARRO ling. 8, 10 uno loco alligare possis vel hominem vel equum vel aliud quod, quicquid cum altero potest colligari. rust. 2, 7, 8 equa alligata. 2, 9, 13 consue quoque faciunt catulos, ut alligari possint primum levibus vinclis. PHAEDR. 3, 7, 18 quia videor acer, alligant me interdiu (*verba canis*). SEN. epist. 123, 12 illae *voces*, qua Vlixes nisi alligatus praetervehi noluit. COLVM. 6, 2, 5 alligaveris boves (*sc. ad stipites*). *ibid.* alligatos boves. PETRON. 56 murem cum rana alligata. 71 catellam cingulo alligatam ducat. PLIN. nat. 8, 148 in silvis coitus tempore alligant feminas *canes*. ITALA Matth. 21, 2 (cod. c) *et* VVLG. invenietis asinam alligatam. ITALA Luc. 19, 30 (cod. c) *et* VVLG. PAVL. dig. 21,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 41 sive soluta sint, sive alligata *animalia*. SORT. Sangall. 20, 11 demitteris et iterum alligaris. HYG. astr. 2, 15 *Promethea* alligatum. VVLG. IV reg. 7, 10 equos et asinos alligatos. AVG. civ. 20, 30 alligato *Christo* ... insultaverunt. PS. VICT. VIT. pass. 10 in eadem (*sc. nave*) omnibus alligatis (*cf.* 14 clavati ... potius quam ligati). *nota*: TAB. devot. Journal des savants 1903 p. 262 (*Africa*) alligate et obligate et gra⟨v⟩ate equos veneti et russ⟨ei⟩ (*cf.* p. 261 *et* 258 obligate et gravate equos ... ne currere possint).

b *res*: PLAVT. Asin. 303 ad pedes quando adligatumst aequom centumpondium. VITR. 10, 2, 1 alligatur in summo *tigno* troclea. 10, 2, 3 pali, quo funes alligentur. 10, 15, 4 axiculi duo, e quibus funes alligati retinebant arietem. VELL. 2, 43, 2 alligasset ... pugionem ad femur. VAL. MAX. 9, 2 ext. 10 vivorum corpora cadaveribus adversa adversis alligata. CELS. 7, 4, 4 ad caput alterum recens linum alligandum *est*. ASCON. Mil. p. 38 ferrum ... ad femur adligatum. PLIN. nat 10, 71 lino ad pedem eius adligato. 28, 42 pollex in pede alligatus (*cod. V*, prael- *cet. codd.*). FRONTIN. strat. 1, 5, 22 palis ... fixis ante portam erecta cadavera ... alligavit. 1, 5, 28 *bobus* ad cornua fasciculos alligaverat sarmentorum (LIV. perioch. 22). ITALA Ezech. 28, 13 (Tycon. 7 p. 78, 3. 81, 24) omnem lapidem optimum habens in te alligatum (ἐνδέδεσαι; ITALA Tert. adv. Marc. 2, 10 lapidem optimum indutus es; VVLG. omnis lapis pretiosus operimentum tuum). Ios. 2, 21 (cod. Lugd.) alligavit signum cocci in fenestram (2, 18 deligabis; VVLG. appendit; CYPR. GALL. Ios. 69 suspendat). Is. 61, 10 (Aug. epist. 140, 18) sicut sponso alligavit (περιέθηκε; VVLG. decoratum) mihi mitram et sicut sponsam ornavit (κατεκόσμησε; VVLG. ornatum) me ornamento. iud. 3, 16 (Lugd.) alligavit gladium ad suffragine suo dextro (*sic*; *cf.* CYPR. GALL. iud. 169 ancipiti gladio ... sub veste recinctus). prov. 6, 27 (Hier. epist. 22, 14 *scr. ante a. 384*) alligabit (ἀποδήσει ... πῦρ ἐν κόλπῳ; *liberius* VVLG.) quis in sinu suo ignem? PS. LACT. mort. pers. 15, 3 alligatis ad collum molaribus. HYG. fab. 274 p. 149, 7 in fulcris capita asellorum rite alligata. AMBR. hex. 3, 13, 55 grossis arboris agrestis alligatis ad illam feracem arborem. CORP. VI 12649, 16 restem et clavom, unde sibi collum alliget. CARM. epigr. 95, 3 clavom et restem sparteam, ut sibi collum alliget. *non indicato quo quid alligetur*: VERG. Aen. 1, 169 navem unco non alligat anchora morsu (LIV. 37, 30, 9 proram). PETRON. 102 chartae alligatae. QVINT. inst. 11, 2, 30 anulus ... adligatus. ITALA Iob 39, 10 (Aug. *in loc.* p. 618, 8 *et* Hier. interpr. Iob *in loc.*) alligabis in loris (δήσεις ἐν ἱμᾶσι ζυγὸν αὐτοῦ; *cf.* VVLG. numquid alligabis rhinocerota loro tuo?) iugum suum? PAPYR. Amherst II 26 (*saec. III/IV*) II 27 codam succensus et linei quiddam (quidem *pap.*) alligatus (⟨π⟩ρ⟨οσδήσα⟩ς). HIER. epist. 1, 3 oculis, quos tantum tortor alligare non poterat. AVG. civ. 10, 16 navem ... una muliercula zona alligatam ... movit et traxit. APIC. 4, 131 alligas fasciculos rutae et origani *ad apuam*. *nota*: VLP. dig. 11, 8, 1, 8 si machinam alligare quis prohibeat.

c *technice*: *α de plantis, pampinis, sim.*: CATO agr. 40, 4 eam linguam insuper libro (librum *codd.*) alligato, ne cadat. 152 *scopas* in asserculo alligato. 157, 14 eo (*sc. ad turundam*) calamum alligato. VARRO rust. 1, 41, 2 vas aliquod supra (*sc. surculos*) alligant. 2, 2, 14 deterrent *arietes* ab saliendo, fiscellas ... quod alligant ad naturam *ovium*. COLVM. 4, 16, 4 statuminibus ... iuga sunt alliganda. 5, 6, 12 *stirps*, ad quam ramus alligetur. vites alio loco alligatae. 5, 6, 28 palmitem ... viti alligatum. 5, 6, 31 praecipites palmites dicuntur, qui ... in duro alligantur. 5, 6, 35. 5, 11, 11 *emplastrum* circa gemmam *arboris* bene alligato. PALLAD. 3, 29, 3 alii ... sarmentum ... calamo adfixo alligant. *non indicato quo quid alligetur*: CATO agr. 6, 4 vineam alliges. 33, 1 alligato *vineam* recte, dum ne nimium constringas (PLIN. nat. 17, 194). 33, 5. 33, 4 (*bis*). 49, 2. 33, 5 *vimen* (?) arte ... alligato. 41, 4. VARRO rust. 1, 24, 4 salicem ... seri oportere, uti sit qui vitis alligari possit. COLVM. arb. 5, 6 iugerum ... vineae ... sex operis alligatur. 16, 4 vitem ... alligare diligenter oportet. 5, 6, 34. 11, 2, 16. 11, 2, 95. arb. 26, 5 muscum. 26, 7 arborem. 5, 11, 8. 4, 13, 1 in alliganda materia. 5, 6, 32 pampinus ... in alligando fractus est. 5, 9, 9 *pala* suppositis virgis alligare. 11, 2, 96 palmare i. e. materias alligare non expedit. PLIN. nat. 17, 180 palmes alligari debet. 17, 197 vineas. 17, 198. 197 pampinos. 17, 210 vites. 17, 211. 18, 241 arbores. 18, 267 salice omnia alligas. *cf.* 17, 116 (*locus corruptus*). *β de medicamentis vel amuletis corpori alligatis*: CATO agr. 110 *harundinis partes* diffissas ad luxum ... alliga. VARRO ling. 9, 11 pueris in geniculis alligent serperastra. SCRIB. LARG. 171 remedium sinistro bracchio alligatum. PLIN. nat. 20, 6 *cucumeris semen* in arietis lana alligatum inscientis *mulieris parientis* lumbis. 20, 29 *radicem hibisci* strumis ... vel suppuratis alligant. 26, 91 *puleium* post se alliget. 27, 38 *iubent astera* iuxta cinctus alligari. 27, 90 *aristae et culmus holci* circa caput alligata. 28, 42 lapillus ... alligatus ... supra pubem. 28, 48 inguinibus medentur liceum telae detractum alligantes. 28, 91 saetas sinistro bracchio alligatas. 28, 100 si ad bracchium alligetur dens. 28, 106 cavernam sinistro lacerto alligatam. 28, 218 saetae alligatae intra ulcus. 30, 95 pulmo ... circa caput alligatus. GARG. MART. med. 5 *malva* femori alligata stimulat venerem. 33 *pastinaceae* radix collo alligata. PLAC. med. 2, 3 leporis pulmo ... super locum positus ... et bene alligatus. MARCELL. med. 26, 43 in charta rudi ... characteres infra scriptos ... circa renes alliget. 32, 25. HOMIL. de sacrilegis ed. C. P. Caspari 1886. 6, 19 p. 11 qui caracteria ... hominibus ... ad colum aliga[n]t. *corpus vel pars corporis, cui medicamentum alligatur, non expressum est*: SCRIB. LARG. 131 medicamentum ... fascia alligatur. PLIN. nat. 22, 61. 26, 116 alliget ei sex folia *buglossi*. 26, 150. 28, 95 (*locus non satis sanus esse videtur*). 28, 98. 32, 55. 113. 130 GARG. MART. med. 40. AVG. catech. rud. 25, 48 remedia sacrilega sibi alligantes. civ. 22, 8 *anulo et lapide quodam* alligata quasi remedio mulier. PLAC. med. 7, 4. *in Graecorum incantamentis magicis usurpantur verba* ἐνδεῖν, περιάπτειν, ὑποτιθέναι.

2 *i. q.* ***artare vincire*** *vinculis sim., constringere*: **a** *animantes vel eorum membra*: CIC. div. 1, 122 alligandi omnes essent, qui cubitum irent. nat. deor. 2, 64 ut *Saturnum Iuppiter* siderum vinculis alligaret. OV. fast. 1, 372 iuvenis resoluta ... somno adligat aequorei bracchia capta senis. 4, 363 caput illa *serpens* pedesque *aquilae* adligat. GERM. 486 alligat illum intorta pristis cauda. VAL. MAX. 6, 2, 3 homines alligatos adduxi. 7, 2, 14. 6, 2, 7 *Lentulo* candida fascia crus alligatum habenti. SEN. contr. 1, 7, 1 iudices alligent *manus*. *passim*. 2, 6, 3. 2, 7, 1. 2, 7, 4. 2, 9, 1. 10, 5, 10 contr. exc. 5, 4. 6, 3 *passim*. SEN. dial. 9, 10, 3 alligati ... sunt qui alligaverunt. 1, 5, 3. benef. 4, 21, 4 manibus ... adligatis. 5, 8, 4 homo adligavit et clusit *se*. epist. 26, 10 catena, quae nos alligatos tenet. 24, 17. 71, 23. 80, 9 crus alligatum. COLVM. 1, 8, 16 villicus aut alligaverit quempiam ... aut revinxerit. LVCAN. 4, 627 terga viri ... alligat. PETRON. 20 *ancilla* altera ... *instita* pedes nostros alligavit, altera manus. 40 barbatus ... fasciis cruralibus alligatus. PLIN. nat. 8, 33 *dracones* gressus *elephantorum* alligant cauda (*cf.* AMBR. hex. 3, 9, 40 certatur ille *draco*, ut pedem (*sc. helefanti*) alliget, in quo casus vincti sibi nocere non possit). QVINT. inst. 7, 6, 5 non adligabitur infans. 7, 6, 8 decl. 295 p. 167, 20 *passim*. PS. QVINT. decl. 10, 8 umbram catenis alligare. *passim*. TAC. Germ. 24 quamvis robustior adligari se ac venire patitur. CARM. schol. Iuv. 5, 3 vers. 3 Sarmentus habeat crassas compedes, rustici, ... aliquis Sarmentum alliget. AMPEL. 19, 3 *in carcere* captivi illius adhuc alligati tenerentur. VLP. dig. 4, 6, 10 in vinculis eos accipimus, qui ita alligati sunt, ut sine dedecore in publico parere non possint. ITALA act. 12, 6 (Lucif. Athan. 2, 14 p. 171, 27 cod. g) Petrus ... alligatus (cod. e ligatus; δεδεμένος. VVLG. vinctus) catenis duabus (*cf.* LVCIF. moriend. 11 p. 308, 17). ITALA act. 21, 11. 13. 33. 22, 4. 29 apoc. 9, 14 (cod. g) *et* VVLG. ITALA apoc. 20, 2 (cod. g Aug. civ. 20, 7 Primas. p. 162 Haussl.) alligavit (ITALA Apring. 20, 3 religavit; VVLG. ligavit) illum draconem annis mille. Matth. 14, 3 (cod. c) Herodes ... tenuit Iohannem et alligavit eum (*eadem in* VVLG.). psalm. 149, 8 (cod. Veron.) ut alligent reges eorum in conpedibus (*similia in* VVLG.). IV Esdra 13, 13 (cod. Sangerm. 4). PANEG. 5, 7 Xerxes ... Neptunum (*i. mare*) se dictitans alligare. 9, 12 alligare atque ... vincire. PS. CYPR. singul. cler. 19 venator, quod occisurus est, laquei sui vinculis alliget (*syn. ibid.*: insolubili catena devinctos adstrinxerit). LACT. epit. 67, 2 daemonum princeps ... catenis alligatus. ZENO 2, 9, 2 patitur ... deus se pannis alligari (ZENO 2, 30; *cf.* BIBL. Luc. 2, 7 *syn.*: convolvo, involvo). 2, 30. SYMM. or. 2, 29 manus hostium. HYG. fab. 118 p. 102, 20 Proteum Menelaus ... catena alligavit. AMBR. epist. 19, 20 alligate vinculis manus. bon. mort. 5, 16 adligamur *nexibus* (*cf.* AVG. serm. ed. Mai 3, 2). Tob. 5, 20 *manus* aere vacuas offert vinculis adligandas. HEGES. 1, 2, 8 matrem alligavit vinculis. 1, 40, 8. HIER. c. Ioh. 16 creaturas humanas carminibus alligari. epist. 48, 21 *funes peccatorum*, quibus ante alligabantur (*eadem leguntur ap.* SALV. gub. 8, 8 (*bis*); *cf.* VVLG. psalm. 118, 61). 96, 18 sciat animas delinquentis corporum vinculis alligari (adv. Rufin. 3, 30 RVFIN. Adamant. 3, 1. AVG. civ. 21, 10 *spiritus* poterunt corporum suorum vinculis alligari). VVLG. gen. 22, 9 cum ... alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare (ITALA Ambr. Abr. 1, 8, 75 conligatis manibus et pedibus). Marc. 3, 27 fortem alliget (ITALA cod. e ligaverit). *passim. cf. locos l. 36—44 enumeratos*. PS. RVFIN. in Os. 11, 4 caritatis vinculis eum alligavi ac praeceptorum habenis. AVG. civ. 7, 30 *deus* nullis vinculis alligatus. 10, 11 daemones alligent quosdam. 21, 11. 8, 13 *et* 20, 7 in psalm. 63, 1. 67, 16 *passim de alligatione diaboli*. in psalm. 2, 2 ne nos non alliget. SVLP. SEV. dial. 1, 22, 4 *infelix* ferreis nexibus alligatus. MACR. sat. 1, 8, 5 Saturnum alligari ... laneo vinculo. SALV. gub. 7, 42 *dux* alligaretur, retorta tergo bracchia gereret, manus, quas bellicosas putabat, vinctas videret. PASS. Firm. 2 paratus sum in his vinculis alligari. 5 PASS. Fel. 4. *de hominum amplexu*: SEN. contr. 1, 4, 9 amplexu suo manus meas adligavit. PETRON. 11 alligo artissimis complexibus puerum. 132 alligata mutuo ambitu corpora. SEN. dial. 11, 19, 3 illius (*sc. sororis tuae*) artissimis amplexibus adliga. VAL. FL. 5, 428 *virginem* victam deus *fluvialis* alligat (*sc. amplectitur amando*) unda. DRAC. Romul. 8, 107 Paridis ... colla lacertis adligat. *nota*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 76 alligantes ... civitates (χειρωσαμένοι). 2, 241 alligantes eum (συλλαβόντες). *cf. hunc illum locum infra sub III 1. 2.*

b *res*: CATO agr. 28, 2 *arbores* oblinito fimo summas et foliis alligato. 39, 1 dolia plumbo vincito vel materie quernea †virisicca alligato. si ... bene alligaveris *eqs.* 101 si ramulos ficulneos voles *servare* cum foliis, inter se alligato, fasciculos facito. 110 *testam* resticula alligato, testam demittito in dolium. VARRO ling. 5, 130 texta fasciola, qua capillum in capite alliga-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rent. 5, 137 dolia ... alligata his (*falcibus sirpiculis*). *v. p. 1680, 26* (*cf.* SCRIB. LARG. 80 *pyxidem* diligenter alligatam. 269 vas bene clausum et alligatum). PROP. 4, 7, 80 *hedera*, quae ... contortis alligat ossa comis. OV. rem. 191 rusticus ... desectas alligat herbas. met. 2, 670 quinos adligat ungues ... ungula. 8, 193 *Daedalus* lino medias *avenas* et ceris adligat imas. trist. 4, 8, 45 adamas licet alliget illud. VITR. 2, 3, 4 alternis coriis parietes alligentur. 2, 8, 4 coagmenta ... iuncturis alligata. 2, 8, 5. 7. 2, 9, 15 fasciculos ex virgis alligatos. 10, 15, 2 materia ... lamnis alligata. SEN. Oed. 533 cupressus altis exserens silvis caput virente semper alligat trunco nemus. epist. 90, 32 Democritus ... invenisse dicitur fornicem, ut lapidum curvatura paulatim inclinatorum medio saxo alligaretur. COLVM. arb. 8, 2 quicquid inserueris, ... adligato, ne aqua ventusve penetrare possit. 9, 2 *malleolum* in se conpositum conligato, sic ne gemmas adliges. 4, 29, 8 sub *fissura* nodus in vite desideratur, qui quasi alliget eam fissuram nec rimam patiatur ultra procedere. 10 vers. 250 achradas indomitasque bryonias alligat alnos. 11, 2, 40 manipulos alligat. PETRON. 66 *duo mala* in mappa alligata. 102 *nos* tamquam solidos (*non cavos*) alligaturus. PLIN. nat. 12, 45 *Gallicum nardum* alligatur fasciculis in charta. 19, 28. 18, 261 alligari manipulos. 21, 166 *iubent* adligari florem panno russeo. 28, 93 *facilius hyaenas* capi, si cinctus suos venator flagellumque imperitans equo septenis alligaverit modis. STAT. silv. 4, 3, 48 iter alligare gomphis. SIL. 13, 140 spissa vallata corona alligat *Fulvius*. MART. 12, 89, 1 lana caput alligas. PLIN. epist. 4, 1, 2 sarcinulas adligamus. PS. QVINT. decl. 13, 12 immaturos *flores* exterior alligat cortex. ITALA I Cor. 9, 9 (cod. g) *et* VVLG. non alligabis os (cod. d non camum mittes) bovi trituranti (*eadem* ITALA I Tim. 5, 18 (cod. g) *ubi* infrenabis os cod. d). Iudith 8, 3 (codd. Reg. *et* Sangerm. 4) *et* VVLG. alligantes manipulos. ITALA Matth. 13, 30 (cod. c) alligate ea *sc. zizania* (in *add.* VVLG.) fasciculos. 23, 4 (cod. c) *et* VVLG. alligant ... onera gravia et importabilia (*cf.* HIER. in Gal. 5, 10 p. 490 in Tit. 2, 1 p. 713). ITALA prov. 15, 7 (Ambr. in psalm. 36, 68) labia sapientium alligata sint sensu (χείλη σοφῶν δέδεται αἰσθήσει, *cf.* AMBR. epist. 2, 7 in psalm. 38, 5). CLEM. ad Cor. 43 alligavit virgas. IREN. 5, 27, 1 fasciculos alligare. LACT. opif. 8, 8 *aures* cartilago mollior adligaret. PALLAD. 1, 13, 1 perticas tomicibus alligatas. 1, 13, 2 palustrem cannam cum ipsis asseribus et perticis alligabimus. MARCELL. med. 28, 74 tres virgines circumibant: duae alligabant, una revolvebat *intestina humana*. AMBR. Ioseph 2, 7 cum alligasset ... manipulos. VVLG. Dan. 4, 12 *germen radicum arboris* alligetur (4, 20 vinciatur) vinculo ferreo et aereo. *passim. cf. inde a p. 1682, 79.* AVG. serm. ed. Mai 159, 1 os *Zachariae*, quod angelus alligaverat. MACR. sat. 7, 10, 3 suturas, quibus hemisphaeria *capitis* alligantur. MART. CAP. 1, 75 posterior ... pars coronae ... lapidibus alligabatur. VEG. mil. 4, 23 in modum forficis dentatum funibus alligant (*ll*, inl- *cet. codd.*) ferrum. *absolute*: PLIN. nat. 16, 176 vitis ipsa recisisque aculeis rubi alligant (*sc. sunt pro alligamentis*) et intorta corylus.

c *technice in medicina*: *vulnera, membra, sim.*: CIC. Tusc. 2, 39 volnus adliga. 2, 53. div. 1, 123 cum Critonis ... oculum alligatum vidisset. LIV. 7, 24, 4 vulnere alligato. CELS. 7, 30, 3 lino id capitulum alligari. 8, 10, 7 p. 351 *membrum* adstrictius alligandum. PLIN. nat. 28, 77 invenio et fascia mulieris alligato capite dolores minui. ITALA in psalm. 146, 3 (codd. Sangerm. *et* Veron.) (*in imagine*) *deus* sanat contritos corde et alligat contritiones eorum (*eadem in* VVLG.) (*cf. sub* alligatura *p. 1680, 14. 18*). IVST. 15, 3, 13 alligandi vulneris causa. PACIAN. epist. 3, 5 alligantur (-ti *cod. P*) vulnera. VVLG. Ezech. 34, 4 quod confractum est, non alligastis (ITALA Aug. serm. 46, 5, 10 contribulatum — colligastis). 34, 16. Is. 30, 26 alligaverit dominus vulnus populi (ITALA Hier. *in loc.* p. 414 sanaverit). Luc. 10, 34. THEOD. PRISC. eup. faen. 44 fasciolis lineolis naturam et testes ... alligando. log. 11 *phreneticos* mollibus ligaturis fasciarum alligatos quiescere faciemus. SIDON. carm. 7, 209 (*in imagine*) mala fractae alliget ut patriae. *absolute*: SEN. contr. 9, 5, 6 medici alligant. ITALA Ier. 30, 13 (Hier. *in loc.* p. 1055) *et* VVLG. non est qui iudicet iudicium tuum ad alligandum (*sc. vulnus*; εἰς ἀλγηρὸν ἰατρεύθης). curationum utilitas non est tibi.

II ***latiore sensu*:** 1 *retinere aliquem vel aliquid ita, ut obrigescat vel de loco cedere non possit*: PACVV. trag. 59 vultum alligat quae (-ate que *codd.*) tristitas. CIC. Att. 2, 18, 1 *videas civitatis voluntatem solutam*, virtutem alligatam. 8, 16, 1 cedendum est, ne forte qua re impediar atque alliger. VERG. georg. 4, 479 *quos tardā* palus inamabilis unda alligat. Aen. 6, 438 (AVG. civ. 1, 19). LIV. 37, 15, 3 ipsos magis alligatos impeditosque esse, ne quid ... possint agere, quam ut hostes clausos habeant. 37, 26, 11 turpe existimabat se Colophonis obsessae auxilio ... alligari. MANIL. 1, 246 pontus utrosque suis distinguit et alligat undis. SEN. contr. exc. 10, 6 ministros ... alligaverat somnus. GERM. 294 nautis tremor alligat artus. SEN. Herc. O. 1074 sopor indomitos alligat artus (1413 Oed. 182 VAL. FL. 1, 48. 6, 443 MAR. VICTOR aleth. 3, 438). dial. 10, 13, 6 primus Sulla in circo leones solutos dedit, cum alioquin alligati darentur. clem. 1, 8, 3 deos caelum adligatos tenet. epist. 59, 9 nos multa alligant. LVCAN. 4, 290 frigidus artus alligat atque animum subducto robore torpor. 9, 488 alligat et stantis adfusae magnus harenae agger. 10, 226 *Nilus* ripis alligat amnem. PLIN. nat. 32, 7 ad cursum veloces alligari pedes. CARM. epigr. 944 (*Pompeis*) alliget hic auras ... et vetet assiduas currere fontis aquas. FLOR. epit. 2, 11, 6 alligati miraculo (IORD. Rom. 224). PLIN. nat. 32, 7 ad cursum veloces alligari pedes. AVR. Fronto p. 3, 12 N. necessitas quae me istic ... alligatum attinet. HYG. fab. 185 p. 117, 13 *Hippomenes* iactando *mala Veneris* puellae impetum alligavit. CLAVD. 20, 165 timor alligat Histrum. 36, 258 vox blanda carinas adligat. SVLP. SEV. dial. 2, 9, 6 persecutoribus alligatis. SEN. epist. 117, 30 alligatus calculus. LAVS Pis. 194 ut niveus *calculus* nigros, nunc et niger alliget albos. *nota in imagine dictum*: AVG. quaest. hept. 1 praef. placuit eas quaestiones ... stilo alligare, ne de memoria fugerent. trin. 1, 3, 5. VEN. FORT. vita Albin. 2, 2 *memorabilia* litteris alligari. VEN. FORT. vita Radeg. 6, 17 se tamquam Christi praesentis pedibus alligaret. *cf.* κολλᾶν. *v.* PS. QVINT. decl. 5, 23. 12, 3. ZENO 1, 2, 3 *infra l. 59. 61.*

2 *de terrarum circumscriptione* (*apud poetas*): LVCAN. 2, 50 Massageten Scythius non adliget Hister. 10, 235 *oceanus* terras alligat omnes. STAT. Theb. 2, 182 *gentes*, quas Doricus alligat intus Isthmos. Ach. 1, 411 gentes litore Abydeno maris alligat unda superni. SIDON. carm. 7, 391 Chattum ... alligat Albis aqua. *similia*: SEN. Med. 98 *Phoebe* solidum lumine non suo orbem circuitis cornibus alligat. MART. 8, 51, 7 *phiala* sic alligat orbem, plurima cum tota lampade luna nitet. CALP. ecl. 7, 34 geminis medium se molibus alligat ovum. PS. AVG. serm. 153, 3 *deus* tanquam sapiens architectus caelum subtilitate suspendit, terram mole fundavit, maria calculis alligavit.

3 *contrahere, astringere praecipue de frigore, gelare, glaciare, et apud medicos*: SEN. nat. 2, 1, 4 terra alliget aquas an aquis alligetur. 2, 53, 1 ex eo (*fulmine*) *non* adligari (*syn.* cogere, congelare) potuisset *vinum*, nisi aliquod illi esset additum vinculum. 4, 5, 4 tepentem ... umidumque aera adligat. SEN. epist. 55, 2 *harenae* umore alligantur. LVCAN. 9, 527 *fons* putria terrae alligat. ITALA Iob 26, 8 (Ambr. hex. 1, 6, 22) alligans (δεσμεύων, VVLG. ligat) aquam in nubibus suis. PLIN. nat. 9, 134 *bucinum* pelagio ... alligatur. 32, 66 *alga* ita colorem alligans, ut elui postea non possit. PLIN. nat. 36, 161 sunt et in Bononiensi Italiae parte breves *lapides* macula (*cod. B*, -losae, -si, -se *cet. codd.*) complexu silicis alligata (-tae, -te, -ti *codd.*). MART. 8, 64, 9 *vincas* massam ... lactis alligati. COLVM. 10 vers. 76 *summo frondenti caespite mixta* alliget ut saevus Boreas. SEN. benef. 4, 23, 1 adligantis omnia hiemis tristitia. nat. 4, 12, 1 nivem ... ideo minus adligari, quia minore rigore coit. COMMENT. Lucan. 2, 641 Maeotia alligata gelu. PAVL. NOL. carm. 17, 202 *Boreas* adligat densis fluvios pruinis. SEN. nat. 3, 25, 2 *aqua* adligat viscera. PLIN. nat. 31, 98 *salis natura* corpora ... adstringens, siccans, adligans. *nota*: GARG. MART. med. 21 *porrus* fracturas alligat, duritias relaxat, vulnera recentia ... statim claudit.

III ***translate*: *astringere, obligare, obstringere, vincire.*** 1 *aliquid vel aliquem*: CIC. Cluent. 148 *lex* omnes mortales adligat. VARRO ling. 5, 102 qui pecuniam alligat, *eum* stipulari et restipulari *dicunt*. PROP. 1, 5, 12 illa feros animis alligat una viros. SEN. contr. 1, 6, 2 artius nos fortuna alligavit quam ut orba posset divellere. SEN. Thy. 972 *hic dies* sceptra ... confirmet mea solidamque pacis alliget certae fidem. dial. 5, 43, 2 aliquem nobiscum alligatum lacessimus. 7, 16, 3 alii alligati sunt, alii adstricti, alii districti (de- *A*) quoque. benef. 3, 7, 6 ingrati actio non erat iudicem adligatura, sed ⟨in⟩ regno liberrimo positura. 6, 41, 2 *beneficium* inter se duos adligat. epist. 91, 15 summos imosque necessitas alligat. 94, 15 leges omnia alligant. STAT. silv. 2, 1, 85 non omnia sanguis proximus aut serie generis demissa propago alligat. PS. QVINT. decl. 5, 23 insultes huic confessioni licet, alligare non possum. 12, 3 alligabitur lingua (ZENO 1, 2, 3 haec *fides* in Daniele ora leonibus alligavit). ITALA I Cor. 7, 39 (cod. d) mulier alligata est, quanto tempore vivit vir eius (*cf. infra p. 1685, 34. 35*). Matth. 16, 18 (Tert. pudic. 21) quaecumque alligaveris vel solveris in terra, erunt alligata vel soluta in caelis (codd. d *et* r *et* VVLG. ligaveris — ligatum) (*cf.* TERT. *l. s. s.* alligare id est retinere. LACT. inst. 2, 8, 43 quod solvitur, alligatum *est*. GILD. Brit. 32 chron. III p. 44, 15). ITALA Sirach 7, 8 (Aug. spec. p. 125, 16) neque alliges (καταδεσμεύσῃς) duplicia peccata (*eadem in* VVLG.). AMBR. bon. mort. 2, 5 vincula temptationum quae nos alligant. PS. RVFIN. in psalm. 72, 6 superbia tenuit eos, alligavit, adstrinxit. CLAVD. 8, 502 nec pectora merces adligat. PAVL. NOL. carm. 19, 239 *gratia* adligat illos hostes. AVG. epist. 26, 2 sapientia quos primo alligaverit et exercitatoriis quibusdam laboribus edomuerit, solvet postea liberatisque sese donat ad fruendum. civ. 10, 9 vir ... tactus invidia adiuratas sacris precibus potentias alligasset, ne postulata concederent. 17, 4 sermo dei non est adligatus nec in praeconibus adligatis. in psalm. 9, 16 delectatio alligat eos, ut inde abrumpere amorem ... non audeant (PS. RVFIN. in psalm. 9, 16). VEN. FORT. carm. 3, 26, 6 *nos* divisos terris alligat unus amor. *similia* 6, 10, 52 (*syn.* mente astringo).

2 *adduntur res vel personae ad quas quibusve aliquid vel aliquis alligatur*: PLAVT. Rud. 46 *lenonem* iure iurando alligat. CATO or. frg. 62, 1 citer ager alligatus ad sacra erit. orig. 125 *fortissimus quisque et promptissimus* uno illo negotio sese alligabunt. VARRO ling. 6, 71 *pater* sponsu erat alligatus. CIC. Q. Rosc. 36 Roscium

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

stipulatione adliget. Cluent. 151 *populum Romanum* adligare novo quaestionis genere. 154. Rab. Post. 14. Planc. 81 non modo beneficio, sed etiam benevolentiae significatione adligari *hominem*. Rab. Post. 18 vos senatus liberos hac lege esse voluit, populus nunquam adligavit. leg. 2, 50 *ut* sacris ne alligentur. 2, 51 (*bis*). 2, 52. fin. 2, 79 ne sine fructu *amicitia* alligatus sis. Lael. 42. Nigid. Gell. 4, 9, 2 religiosus is appellabatur, qui nimia et superstitiosa religione sese alligaverat. Liv. 34, 3, 1 iura, quibus licentiam *mulierum* alligaverint maiores. 35, 46, 10 *civitas* foedere iniquo adligata. Sen. contr. 10, 5, 18 Gallio ad neutrum se alligavit. Val. Max. 2, 9, 1 *parentes* vos alendo nepotum nutriendorum debito ... alligaverunt. Sen. Herc. f. 710 *locus* quem gravibus umbris spissa caligo alligat. Thy. 161 *Tantalus* ora ... comprimit inclusisque famem dentibus alligat (*cf.* de ira 3, 19, 3). Tro. 614 fidem alligavit iure iurando suam. dial. 1, 5, 8 fatum eadem necessitate et deos adligat. 7, 3, 2 non alligo me ad unum aliquem ex Stoicis proceribus. 9, 2, 5 *eos* ad professionem speciosam alligatos ... pudor magis quam voluntas tenet. 9, 6, 4 alligati metu (Paneg. 12, 38). benef. 5, 21, 1 quae lex ad id praestandum nos ... adligat? Mart. 8 praef. pars libri ... ad maiestatem sacri nominis tui alligata. Qvint. inst. 2, 13, 14 quam minime alligare me ad praecepta ... καϑολικά (8 praef. 2). 5, 13, 60 *rhetores argumentorum* concludendorum ... nos praeceptis alligaverunt. 7, 2, 33 *accusator* ad praesentem quaestionem ... cognitionem alligabit. 10, 3, 10 *eos* ad infelicem calumniandi se poenam alligandos puto. 11, 2, 48 inutile erit ad omnia se verba alligare (*cf.* Fortvn. rhet. 3, 14 p. 130, 2). 12, 10, 45 ne ad hos quidem ipsos oratorem alligandum puto. decl. 228 p. 93 *hos illi* vocant ... in ambitum ipsum, contra quem maxime disserere videntur, alligatos. 309 p. 215 actio nullo themate ad id alligatur, ut. 333 p. 303 in omnem nos alligant servitutem. Ps. Qvint. decl. 1, 6 ad solum se alligat destituta *caecitas* maerorem. Ps. Frontin. strat. 4 praef. discriptioni priorum ad ordinem alligatae. Tac. dial. 13 adligati communi (cum *codd.*) adulatione. Apvl. met. 2, 5 *maga* invadit spiritum, amoris profundi pedicis aeternis alligat. Gell. 2, 28, 2 ne ... falsa religione populum alligarent. Itala I Cor. 7, 39 (cod. g) mulier vincta ⟨e⟩t alligata ... legi (*similiter* Vvlg.). Rom. 7, 2 (cod. g) *et* Vvlg. mulier ... alligata (astricta Hier. epist. 55, 3) ... legi (*paulo aliter Graeci et* Italae cod. d, *cf. infra l. 69. 71*). Cypr. epist. 1, 1 *clerici* ne molestiis et negotiis saecularibus adligentur. ad Donat. 12 auro se alligatum teneri et possideri magis quam possidere divitias. eleem. 13 catenis cupiditatis et vinculis alligatus (Zeno 1, 9, 1 cupiditatis compedibus alligari). Ivst. 24, 1, 2 missis legatis, per quos in societatis foedera alligarentur. Mar. Victorin. rhet. p. 280, 15 ut quo iure alium teneat, hoc se alliget. Zeno 2, 64 *Pharisaeus* barbarici furoris moribus alligatus. Treb. Valer. 6, 7 ne ... ad hanc me necessitatem alliges. Ambr. Abr. 2, 11, 80 *meretrix* multo blandimento sermonis et laqueis labiorum suorum te alliget. epist. 41, 6 homines beneficiis alligari posse. Ioseph 4, 20 metu criminis non alligatur. exhort. virg. 4, 21 ipsum coniugium vinculum est, quo alligatur nupta viro et in subiectionem astringitur viro. Hier. epist. 48, 4 sponte se alligavit, ut *coniugi debitum* reddere cogeretur. Vvlg. act. 20, 22 alligatus (Itala codd. e g vinctus) ego spiritu. Didasc. apost. 50, 25 dominus alligavit (ἔδησεν Constit. apostol. ed. P. de Lagarde p. 183, 6) illos in secundatione legis et obstrictione oris et in duritia catenae. Rvfin. apol. 2, 47 qua *sententia* debebat alligari. Avg. epist. 24, 6 *caritas* Christi ... absentes licet per unitatem fidei alligat. 26, 2 *sapientia eos* aeternis amplexibus alligabit. gen. ad litt. 188, 6 *deus* non ipsam potentiam non eisdem numeris alligavit. trin. 14, 17, 23 illis ... se caritate alligare diligenter insistit. civ. 4, 32 principes eos *homines* civili societati ... alligantes. 5, 5 ut eandem quoque parilitatem sidereis nexibus alligaret. 10, 26 *angelos* sacris precibus invidus alligavit. in psalm. 9, 21 (*exscripserunt* Prosp. sent. 137 *et* Ps. Rvfin. in psalm. 9, 21) adulantium linguae alligant animas in peccatis. Ps. Rvfin. in psalm. 5, 9 quem ... timore alligari oportebat. *cf. hunc illum locum supra sub I 2 a.*

sic saepius de alligatione coniugum vel amantium: Ter. Ad. 844 eo pacto prorsum illi alligaris filium. Cic. Cluent. 179 eum nuptiis adligatum ... habere in potestate. Lvcan. 6, 459 quos non concordia mixti alligat ulla tori blandaeque potentia formae. Apvl. met. 6, 23 luxuria puerilis *Cupidinis* nuptialibus pedicis alliganda est. Itala Rom. 7, 2 (cod. d) quae sub viro est mulier, viventi viro alligata est legi (ἡ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ). I Cor. 7, 27 (codd. d g) *et* Vvlg. Hier. adv. Iovin. 1, 12 alligatus est uxori. 1, 11. 14 epist. 48, 6. 79, 7. 123, 5. 7. Fvlg. Rvsp. epist. 2, 10 *mulier* viro alligata (*cf.* 2, 26 adhaereant viris, quae coniugali vinculo tenentur astrictae). Anth. 22, 5 alliget amplexus tenerorum mater amorum constituat⟨que⟩ patres et cito reddat avos. *cf. supra p. 1682, 71. 76.*

3 *technice*: **a** *apud rhetores et grammaticos*: Cic. de orat. 3, 176 verba neque alligata sint quasi certa aliqua lege versus neque ita soluta, ut vagentur. Roman. Char. gramm. I 123, 7 (*ex Plinio*) Graeca nomina non debent Latinis ⟨regulis⟩ alligari. Qvint. inst. 4, 5, 3 *partitio* hoc ... numero velut lege non est alliganda. 9, 4, 53 orationem ad rhythmos adliget. 10, 1, 28 *poesis* (*ex coniectura*) alligata ad artam pedum necessitatem. *notandum*: Qvint. inst. 2, 15, 35 artem ad exitum alligat. 8, 6, 62 ut quodque *verbum* oritur, ita proximis, etiamsi vinciri non potest, alligetur. **b** *Ictorum in sermone*: Alf. dig. 28, 5, 45 neminem ex alterius facto hereditati neque alligari neque exheredari posse (*cf.* Pompon. dig. 28, 2, 77). Edict. imp. Hadr. dig. 22, 5, 3, 2 non utique ad unam probationis speciem cognitionem statim alligari debere. Pompon. dig. 50, 16, 123 L. Titus alligatus est *obligatione*. Cod. Iust. 1, 14, 4 legibus alligatum ... principem. Lex Visig. Recc. 3, 1, 5 si forsitan sponsus preventus scripture alicuius vel sacramenti vinculo ... alligetur. 4, 2, 4 rubr. nec scriptis nec testibus suam adligant (ordinant *in textu*) voluntatem.

notandum: *scelere se astringere vel astringi*: Ter. Eun. 809 (*v.* Schol. Ter. p. 109) hic furti se adligat (*cf.* Scaev. Gell. 6, 15, 2 furti se obligavit). Cic. Flacc. 41 scelere se adliget. Argvm. Plaut. Poen. 6 eum furto alligat. Fortvn. rhet. 2, 10 p. 107, 27 vult magistratus eum alligare caedis.

structurae: *cum verbo proprie usurpato coniunguntur saepissime* ad, *hic illic dativus* (Varro Men. Scrib. Larg. Plin. nat. Frontin. Garg. Mart. Liv. perioch.), *rarius* in *c. abl.* (Cato Varro Vitr. Colvm. Itala Firm. err. Avg.), circa, intra, supra (Plin. nat.), ex (Vitr.), per (Vigil. Trid.); *invenitur* eo Avg. civ. 22, 8, quo Vitr. 10, 2, 3, ubi Ampel. 8, 11, unde Corp. VI 12649, 16; *instrumentum alligandi indicatur ablativo, semel* in *c. abl.* (Pass. Firm. 2).

si verbum translate adhibetur, res vel personae, ad quas quibusve aliquid vel aliquis alligatur, *creberrime ablativo vel* ad, *interdum dativo, rarius* in *c. acc.* (Qvint. decl. 228 p. 93 Ivst. 24, 1, 2) *vel c. abl.* (Avg. in psalm. 9, 21) *indicantur*.

synonyma: (adiungere), affigere, annectere, astringere, capere, coniungere, constringere, deligare, devincire, infigere, ligare, nectere, stringere, tenere, vincire. *ad I 1 c β*: adalligare, appendere, impendere, innectere (Marcell. med.), pendere, suspendere. *ad I 2*: colligare, convolvere, involvere. *ad I 2 c*: obligare, sanare. *ad II 1*: claudere, concludere, continere, impedire, prohibere, retinere, tenere. *ad II 2*: ambire, attingere, circumscribere, finire, (terminare). *ad II 3*: cogere, comprimere, congelare, (contrahere), durare, refrigerare. *ad III 1 et 2*: coercere, componere, premere. *ad III 3 β not.*: scelus (admittere), facere, delictum in se committitur. *opposita*: demittere (*pro* dimittere Sort. Sangall. 20, 11), dissolvere, expedire, laxare, (relaxare), resolvere, solvere. *ad I 2 b*: revolvere. *ad I 2 c*: refricare. *ad II 1*: dimovere. *ad II 3*: diducere, diffundere, digerere, ducere, mollire. *ad III*: absolvere, (deiungere), distringere, liberare.

part. perf. pass. **alligātus** (adl-), -a, -um *pro adi.; deest comp. et superl.* Gloss. III 135, 37 alligatus (agilatus *codd.*) δέδεται. *ad I 2 a*: *i. q. servi*: Colvm. 1, 9, 4 vineta plurimum per alligatos excoluntur. *ad II 3*: Sen. nat. 1, 2, 7 lapillus in piscinam aut lacum et alligatam aquam missus circulos facit innummerabiles. *ad III 1 a*: Sen. benef. 1, 3 in *Gratiis* nihil esse adligati decet nec adstricti; solutis itaque tunicis utuntur. *B. A. Müller.*

alligurrio *v.* abligurrio.

adlino (all-), -litum, -ere *ab* ad *et* linere. *formae quarti ordinis in* -ire *hic illic leguntur in codd. Palladii recentioribus et apud* Mart. Cap. 2, 110 *in optimis*. *structurae sunt*: adlinere *aliquid alicui* (*inde a* Cic.) *vel aliquid aliqua re* (*inde a* Ivl. Val.). *proprie*: Hor. ars 446 vir bonus et prudens ... *versibus* incomptis adlinet atrum transverso calamo signum. Sen. nat. 3, 20, 4 circumfunditur ... corpori limus adliniturque paulatim. 4, 2, 9 *Nilus* quicquid pingue secum tulit, arentibus locis adlinit. [Lvcan. 3, 202 allinit *G non recte*, adluit *cett.*] Plin. nat. 13, 77 supina tabulae schida adlinitur. Pallad. 1, 38, 2 si stercus primogeniti vituli adlinamus (-iamus *Lugd.*) oribus vasculorum. 1, 40, 2 picem duram ... iuncturis adline (obline *unus recens*, adlide *Lugd.*). 1, 40, 3 his omnibus iuncturas diligenter adlines. item *ex variis* ... ceroti instar efficies et curabis adlinere (-ire *aliquot boni codd.*). item sebum ... si adlinatur (-iatur *duo recentiores*), obsistet. 3, 33 *sarmenta* molli atque umida terra curabis adlinere (-ire *multi codd. nec tamen optimi*). 6, 8, 1 *varia* miscebis et ... curabis adlinere (-ire *aliquot recentiores*) *ovibus tonsis*. Mart. Cap. 2, 110 corpori ... allinibat (*sic codd. Bernenses*) unguentum. *in imagine vel translate*: Cic. Verr. 1, 17 nulla nota, nullus color, nullae sordes videbantur his sententiis adlini posse (Ps. Ascon. p. 132 figurate dixit. Schol. Cic. Gron. p. 393, 6 induci, inhaerere, conglutinari). Sen. epist. 7, 2 nemo non aliquod nobis vitium aut commendat aut imprimit aut nescientibus adlinit. Ivl. Val. 1, 4 culpa, qua adlini posses. Avson. 399, 2 plasma semper adlinunt *poetae rebus relatis*. Symm. epist. 5, 54, 4 his ausibus color fiscalis adlinitur. Prvd. ham. praef. 63 Cain triumphat morte fratris allitus (alitus *vel* oblitus *codd. quot novi*). *notandum* adlitus *in versibus balbis a. 354* Corp. VIII 20776 adlitus amor erat nobis (*coniugibus*) (s)i fata dedisent, *ubi sensus requirit quale 'inabruptus'; fortasse voluit qui dictavit* adlitus *esse i. q. conglutinatus.* *V.*

? **Allinus** *nom. vir.* Corp. III 7494 (*in Moes. inf.*) ⟨...⟩ Allinus ⟨...⟩ praeposit. ⟨coh. Brit⟩tonum. *priorem nominis partem periisse veri est similius.*

Alliola *cogn. mul.*, *cf.* Allius? Corp. XII 1321 (*Vasione*) Minervae Erucia Alliola v. s. l. m.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[**Allipnus**] *nom. vir. corruptum.* CORP. V 5681 (*Mediolani, periit*) C. Octavi Allipni.

Allisilcinī (*genet.*) *nom. vir. barbar.* CORP. II 5719 (*in Hispan. Tarrac.*) Viamus P. Allisilcini. *Otto.*

allīsio, -ōnis *f. ab* allidere. TREB. trig. tyr. 8, 5 *imp. Marius* multa duorum digitorum allisione contrivit, *adeo erat validus.* VVLG. Is. 25, 11 humiliabit gloriam eius cum allisione manuum eius (ταπεινώσει τὴν ὕβριν αὐτοῦ ἐφ' ἃ τὰς χεῖρας ἐπέβαλε). MAX. TAVR. hom. 101 Petrus tam solida petra saxi illum (*Simonem magum*) allisione comminuit, ut … terrenae mortis duritie periret. HIER. in Ezech. 1, 1, 4 p. 7 *nubem* imbres eversionum super Iudaeam pluviasque allisionum portare.

[**allitaciniatos**] *corruptum.* CATO orig. 7 apud Fest. p. 142 qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos allitaciniatos, ceteri perones (-ei *cod.*), *ubi* alutacinatos *Turnebus*, aluta laciniatos *Müller; neutrum probabile cum desideretur verbum.*

adlīvēscit livere incipit, hoc est lividum fieri PAVL. FEST. p. 28. *sane pensitandum an potius* adlibescit libere incipit *vera sit et prior glossematis forma, post falso aucta. cf. s. v.* allubescit. *V.*

allium *vel* **allius** *v.* alium.

Allius, -a *nom. gent. cf. etrusc.* (CORP. inscr. etrusc. I 579 a) statinei alisa; Allia *flumen, al.* SIL. 4, 554 Allius Argyripa Daunique profe⟨ct⟩us ab arvis. 566. C. Allius Bala *in nummis saec. urbis VII* CORP. I 373: C. Alli Bala *et* C. Alio Bala. *amicus Catulli:* CATVLL. 68, 41 qua me Allius in re iuverit. 50 Alli (Ali *Sangerm.*). 150 Alli (aliis *codd.*). Q. Allius Maximus *cos. suff. a. 49.* LAMPR. Comm. 7, 6 *Commodus interemit* ex consulibus Allium Fuscum, Caelium Felicem … (*idem fortasse* CORP. XIV 246). Q. Allius Bassus *cos. suff. a. 158.* Allii Paeti *pro* Ailii *in* FAST. cos. Capitol. a. u. c. 553. 555. 556. 560. 587. *frequens in titulis maxime Campaniae Samnii Vmbriae, ubi etiam quae vetustiora sunt exempla fere omnia prodierunt; multa dedit Gallia cisalpina, quorum antiquiora Venetiae debentur. una* l *raro scriptum aetate posteriore, v. infra p. 1687, 83.* INSCR. Marrucina ap. Planta gramm. osc.-umbr. II p. 549 n. 275 (*Teate*) V. Alies L., Sa. Alies As. CORP. VI (*exempla plurima*) 11473. 11474 M. Allio Acuto … Ti. Claudius Protus. 11475—11497. 32521ᵃ, 2, 16 (*a. 147*) C. Allius Sabinianus Nurs(ia) *miles praetor.* 34004 (*a. 9*) M. Allius Sabinus. 34374 M. Allius L. f. Volt. *al.* XIV 246 (*Ostiae, a. 140*), 1, 14 C. Allius C. f. Fuscianus. 22 C. Allius C. f. Fuscus *patroni collegii, cf. quod sequitur et supra l. 27.* 250 (*a. 152*) C. Aleius (*sic*) C. f. Fuscianus (*idem qui* 246, 1, 14). 3550 (*Tibure*). IX 236 (*Tarenti*) Allia. 6155 L. Allius L. f. Scap. Stober(a *Macedoniae*). 871 (*Luceriae*). 1027 (*in Samnio*) P. Maiu⟨s⟩ M. f., P. Allius M. f. praef. 1029. 1053. 1211. 1427. 1428. 1739. 1740. 3075 (*in Paelignis*). 3204. 3706 (*in Marsis*). 3720. 4675 (*in Sabinis*). 4926. 4928. 5381 (*in Piceno*). 5441. 5463. X 147 (*in Lucania*). 330. 1089. 8105 P. Allius Amnius aed. IIIIvir. 8113. 1132 (*in Samnio*) M. Allio M. f. Men. Ru⟨fo⟩ praef. fabr. 4924. 1403ᵃ, 1, 4 (*Herculanei*) Q. Allius Q. l. Soter. 2039ᵃ (*in Campania, a. 2*). 1089. 3785 (*aetate liberae rei publ.*) Sex. Allius Q. l. Sextus. 3493. 4002 C. Allio L. f. Fal. 4003. 4246. 8214 (*aetate liberae rei publ.*) M. Allius (?) Cerdo. 5436 (*in Volscis*). 5435. 5812 (*in Hernicis*) M. Allius M. f. … L. Allius M. f. Cicero. 7953 (*in Sardinia*). INSCR. Notiz. degli scavi 1900 p. 271 (*in amphora Pompeiana*). XI 437 (*Arimini*). 874 (*Mutinae*) Sex. Allius L. f. 1421 (*Pisis, a. 4*) L. Titio A. f. et T. Allio T. f. Rufo IIviris. 1622 (*Florentiae*) C. Allio Q. f. Rufo et C. Allio C. f. Apto. 3402 (*Tarquiniis*) Allia C. f. 3403. 3404. 4433 (*Ameriae*). 5079 (*Mevaniae*). 5391 (*Asisi*) ⟨T.⟩ Allius C. f. *IIIIvir i. d.* 5392 *idem.* 5396. 5411 C. Publici munic⟨ipum⟩ Asisinatium libe⟨rti⟩ Verecundi … C. Publicius Allius Pr⟨…⟩ patri. 6108 (*Fori Sempron.*). 6213 (*in agro Gallico*). 6216. V 569 (*Tergeste*) P. Allius Q. f., P. Allius P. f. Severus. 1065 (*Aquileiae*). 1066. 8329. 1442 M. Allius P. f. 2497 (*Ateste*). 2893 (*Patavi*). 3483 (*Veronae*). suppl. ital. 1075, 21 (*in tegula*) P. Alli. INSCR. Notiz. degli scavi 1886 p. 114 (*Albintimili*) L. Allius Ligus. CORP. XII 1114 (*Aptae, litt. saec. I*) C. Allio C. fil. Volt. Celeri IIIIvir. 1115. 3196 (*Nemausi*) Sex. Allius Repentínus aed. col. 3398—3400. 5784 (*Aquis Sextis, litt. saec. I*). XIII 5206 (*in Germ. sup.*) C. Allius C. f. Pom. Oriens domo Dert(ona). 6886 C. Allius C. f. Anies. Cremona. III 118 (*in Syria*) C. Allio Fusciano leg. Aug. pr. pr. cos. design. (= 14156³. '*patronus complurium collegiorum Ostiensium fuit imperante Pio*: XIV 246. 249. 250. *legatus Arabiae*'). *multa ex Dalmatia*: 1899. 1900. 2708 L. Allius L. f. Fab. signifer leg. XI. 2911 C. Allio T. f. Fab. Luc. veter. leg. XX. *al.* 11122 (*in Pannon. sup.*). II 1475 (*in Hispan. Baet.*) Sex. Allio Mamerco pontifici perpetuo col. Astigitanae. 3738 (*in Hispan. Tarrac., a. 280*) Allius Maximus v. c. leg. iur(idicus) prov. Hisp. Tarraconens. 5232 (*in Lusitan., a. 167*) IIvir. Q. Allio Maximo. VIII 18364 (*in prov. Num.*). 10570 (*in prov. procos., imp. Commodo*) Allio Maximo. 15361 M. Allius M. fil. Arn. Viator Optatianus. 21855 (*in Mauret. Tingit.*) Al. Valeriana. *nomen singulare et cogn.*: CORP. V 6906 (*ager inter Durias duas*) Diutto Allius l. 8295 (*Aquileiae*) L. Naevio Allio. III 14214, 1, 12 (*in Moes. inf., imp. Traiano*) C. Cadaric. Allius. A l i u s: CORP. VI 11457 Alia Mevia, L. Mevius L. l. Zabda. 11458 Aliae Pyriliae dominae uxori. 20853 Iuniae Aliae Septiminae coiugí L. Septimius Redemptus. III 9021 (*Salonis*) Alie Cres⟨ce⟩ntille. 2394ᵃ (*in Hispan. Tarr., periit*) Alius Reburrus redidi vot(u)m. VIII 332 (*in prov. Byzac.*) Alia Victoria. 3028 (*in prov. Numid.*) P. Alius Alexander mil. leg. III Aug. 3380 Alius Lartidius, Alia Lartidia. **Alliānus** *cogn.* CORP. VI 26195 L. Sempronius L. f. Allianus. XI 2904 (*in Etruria*) ⟨.⟩ Attius Allianus. 4371 (*Ameriae*) Sex. Ticiaseno Sex. f. Sex. nep. Sex. pron. Clu. Alliano pontifici. INSCR. Notiz. degli scavi 1886 p. 114 (*Albintimili*) L. Allio Alliano. CORP. III 11754 (*in Norico*) L. Petilius A l i a n u s. *nom. serv.* CORP. X 6638ᶜ, 3, 30 (*Anti, a. 51*) ⟨…⟩ius A l i a ⟨…⟩a Corin(thiis). III 1466 (*in Dacia*) Alliano Aug. n. ser. **Alliānus** *et* **Alliānius** *nom. gent.* CORP. XIV 3643 (*Tibure, a. 172*) C. Alliano Tiburtíno. VI 1057, 3, 36 (*a. 205*) C. Aliani Martialis. INSCR. Notiz. degli scavi 1902 p. 535 (*Bononiae*) M. A l i a n i o M. l. Eroti Aliania Lya⟨…⟩. **Alliārius,** -a *nom. gent.* TAC. ann. 1, 53 uxori Alliariae *Sempronii Gracchi quem Tiberius interfecit.* CORP. IX 4500 (*in agro Amiternino*) Alliariae C. f. Sabínae. **Alliatōrius,** -a *nom. gent.* S. C. de aedif. (Corp. X 1401) 32 (*Herculanei, a. 56*) Alliatoriae Celsil⟨l⟩ae uxoris Atilii Luperci ornatissimi viri … patrem eius Alliatorium Celsum. CORP. VI 2545 Alliator. Ories stator Aug(usti). **Allieius,** -a *nom. gent.* CORP. XI 5619 (*Plestiae*) C. Allieius Martialis. **Alliēnus** *et* **Aliēnus,** -a *nom. gent. in libris et hoc et illud, in titulis fere semper* Allienus. LIV. 3, 31, 5 L. Alieno aedile plebis (*a. u. c. 454*). Alienus *subscriptor Q. Caecili* CIC. div. in Caec. 48. A. Allienus (*vel* Alienus) *pro consule Siciliae inde ab a. 706/48, cf. Klebs, PW. I 1585*: CIC. Att. 10, 15, 3 Allienus (Alienus *Med., Wirceb.*). epist. 12, 11, 1 A. Allienus. 12, 12, 1 A. Allienus. 13, 78 *et* 79 *superscr.* M. Cicero Allieno s. (s. d. Allieno procos.). Phil. 11, 30 A. Allieno (Alieno *sim. codd.*). 11, 32 Allienus. BELL. Afr. 2, 3. 26, 3. 34, 4. 41, 1 Alienus. APPIAN. civ. 3, 78 Ἀλλιηνός (Ἀλβιηνός *codd.*). 4, 59 Ἀλλιηνός (Ἀλι- *Vat.*). 4, 61 Ἀλλιηνοῦ. *cf.* 2, 48. A. Allienus pro cos. *in nummo* (*cf. Corp. I p. 451*). *cf. infra l. 43.* A. Caecina Alienus *cos. mensibus Sept. et Octob. a. 69; cf. Groag, PW. III 1238*: TAC. hist. 1, 52 Alienus Caecina. CASS. DIO 65, 10, 1 Ἀλιηνῷ. IOSEPH. bell. Iud. 4, 634 Καικίναν Ἀλιηνόν. *cognatus eius* CORP. XV 7382 (*in fistula plumbea*) Ti. Alieni Caecina(e). *in titulis, urbanis exceptis, rarum.* CORP. VI 192 (*in dextro latere*) Allienus T. Furfanii; (*in fronte*) A. Allienus A. l. Priamus. 200 (*a. 70*), 4, 3 C. Allienus Epigonus. 6, 8. 9. 450 (*a. 98 vel 99*) Ti. Allieni Sicini Quintiani tr. pl. *hic necessitudine coniunctus esse videtur cum* Ti. Allenio Veturiano Sicinio Quintíliano; *v. infra sub* Allenius. 1057, 6, 83 (*a. 205*) C. Alien. Severin. *vigil.* 5163 M'. Alliénus M'. l. Antiochus, Alliéna M'. l. Daphnis, M'. Alliénus Sp. f. Rómánus, M'. Allienus Sp. f. Clu. Romanus. 5342. 5691 familiae A. Allieni (*fortasse idem qui supra l. 24*). 11468—11472. 33002. 34373. XV 143 (*ca. a. 113*) ex pr(aedis) Allieni Procl(i) (*cf.* XIV 4089 [*a. 113*] ex pr. Al. Proc.). 790 (*ca. a. 123*) M'. Allieni Charitonis. *cf.* 791. XIV 3722 (*Tibure*) C. Allienus C. f. IX 2576 (*Boviani Vndecim.*) L. Allieno M. f. Lem. 5368 (*Firmi Pic.*) Allienae T. f. Berenicae. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 4 n. 8 (*Brundisi*) A. Allienus Charito. CORP. X 5663 (*Frusinone*) ⟨Q.⟩ Allienus Q. l. Chresimus. 8059, 28 (*in signaculo*). V 2500 (*Ateste*) L. Allien⟨i⟩ vetran(i) leg. VI⟨…⟩. INSCR. Espérandieu, cachets d'oculistes n. 47 C. A l i e n i Maturi. A l l i e n a lex: LEX Mamil. grom. p. 263 *superscr.* Lex Mamilia Roscia Peducea Alliena Fabia (Allena *Gudian.*). F o r u m A l i e n i: TAC. hist. 3, 6 ibi (*Ateste*) cognitum tris Vitellianas cohortes … ad Forum Alieni ponte iuncto consedisse. **Aliēnius,** -a *nom. gent.* CORP. VIII 10912 (= 20432, *in Mauret. Sitif.*) Q. Alienius Fabullus. **Alliennius,** -a *nom. gent. Paelignum.* CIC. Tusc. 4, 50 cum *Africanus* in acie M. Alliennium Paelignum scuto protexerit. **Alliēdius,** -a *nom. gent.* CORP. IX 4555 (*Nursiae*) T. Alliedi Sal. Naso. **Allīdius,** -a *nom. gent. invenitur maxime in titulis Aequorum Vestinorum Sabinorum Picenorum, quibus accedunt urbani non pauci.* Alidius *semel, v. infra.* CORP. VI 6827. 6828. 8818 A l i d i a e C. l. Myrtale. 11464. 11465. 11466 Allídiae Egloge. 11467 L. Allidi. XIV 2540 (*in agro Tusculano*) Q. Allid. 4092, 2 (*in tegulis*) L. Allídi. IX 2178 ᵃᵈᵈ· (*in Samnio*) Allidia Helpis. 3416 (*in Vestinis*). 3529. 3618 C. Allidius V. f. Quir. Súra. 3931 (*in Aequis*). 3932 Allídia Casta. 3970. 3990. 4021 Marco Allidio. 5203 (*in Piceno*). 5204. 5569. X 227 (*in Lucania*). 424. 446. 4004 (*in Campania*). 4872 (*in Samnio*) L. Ovínius L. f. Ter. Rufus prím. ordo cohortium praet. díví Augustí … Allídiae L. f. Rufae matrí. 6228 (*in Volscis*) Q. Allidius M. f. N. n. pater Volsci aed., tr. mil. … Flavia M. f. Allid⟨i⟩ mater Volsci. INSCR. Notiz. degli scavi 1893 p. 371 (*in Sabinis*) L. Allidius Sex. f. CORP. XI 3952 (*Capenae*). V 2588 (*Ateste*) L. Allídius L⟨…⟩. XII 3397 (*Nemausi*). III 3477 (*in Pannon. inf.*). 6156 (*in Moes. inf.*). **Allēdius** *et* **Alēdius,** -a *nom. gent. et hoc et illud in libris, in titulis fere semper* All-. *amicus Attici*: CIC. Att. 12, 4, 2. 12, 23, 1. 12, 24, 1. 12, 27, 2. 12, 28, 3 Aledius. TAC. ann. 12, 7 (*a. 49*) Alledius Severus eques Romanus (*trad.* Talledius). IVV. 5, 118 'tibi habe frumentum' Alledius inquit, 'o Libye'. CORP. II 5927 (*Carthagine nova*) … Pilemo A l e d i L. s. … mag(istri) … faci⟨und(a)⟩ co⟩eraver⟨unt⟩. VI 2384, 3, 5 (*a. 198*) M. Alledius M. f. Fal. ⟨…⟩ *praetorianus.* 11460 Alledíae Marciae filie … Alledius Trofimianus et Aelia Marina. XIV 559 (*Ostiae*) Allediae Hermaidi Aelius Romulus coniugi. IX 3494 (*Peltuini*) Allediae Egloge.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3678 (*Marruvi*) ⟨.⟩ Alledius Ianuarius Aug. **Allonius**, -a *nom. gent. cf. etrusc.* (CORP. inscr. etrusc. I 1665) larϑ aluni. *al.* CORP. VI 15056 Alloniae C. f. Potitae. 15450 (*litteris graecis*) Allonia Mark⟨e⟩la fηkit marito suo . . . Alonio Ζωtiko. X † 4487 (*Capuae, a. 366. periit*) Alonius Aulius neofitus. *cf.* V 2868.

Allenius, Alennius, Alenius, -a *nom. gent. haud rarum fuit in Venetia.* CORP. VI 1362 P. Caecilio Allenio Fausto Maximo Severiano c. v. cos. *anni inc.* 36314 Ti. Allenio Veturiano Sicinio Quintiliano. *hic necessitate videtur coniunctus esse cum* Ti. Allieno Sicinio Quintiano; *v. supra sub* Allienus. IX 5185 (*Asculi Picen.*) M. Allen⟨. . .⟩. *sine cogn.* X 1141 (*Abellini*) C. Allenius C. f. Ter. Gal⟨. . .⟩. 7839 (*in Sardinia*) Allenia Vrbana. XI 6689, 18 (*Arreti, in tegula*) C. Alleni C. f. V 2828 (*Patavi*) M'. Allenius M'. f. Fab. Crassus Caesonius tr. mil. 2538 (*Ateste*) L. Allenius L. f. Rom. Vespa. 3162 (*Vicetiae*) Ti. Allenius Florus sibe et Alleniae Murrae libertae uxori. suppl. ital. 206 (*Aquileiae*) M'. Alleni Capiton. 1247 (*Vicetiae*) Allenia Hedyle Ti. Allenio Chrysantho patrono et Alleniae Synerosae sorori. *cogn.*: CORP. V 2823 (*Patavi*) Sex. Papinio Q. f. Allenio tr. mil. (*a. 27*). Alennius: CORP. VI 11383 C. Alennius L. f. Clu., C. Alennius L. f. Clu. Barba, Alennia C. l. Murtis. XI 4636 (*Tuder*) Alennia Sabina. 5996^{a} (*Sestini*) ⟨.⟩ Alennius Paulinus. INSCR. Notiz. degli scavi 1898 p. 472 (*Bononiae*) L. Alennius L. l. Stephanus . . . L. Alennio L. f. Celeri, T. Alennio L. f. IIIIIviro filis. CORP. VIII 11451, 10 P. Delphius Peregrinus Aleius Alennius Maximus Curtius Valerianus Proculus M. Nonius Mucianus *cos. suff. a. 138; cf.* V 3590. *in lucernis* CORP. XV 6285, XI 6699, 16, X 8053, 273, VIII 22644, 25 *quod legitur* MALENCAL, *fortasse est* M. Alen(ni) Cal(...). Alenius: CORP. VI 11382 (*periit*) Alenia ⟨. . .⟩. X 7840 (*in Sardinia*) Alenio Pard⟨. . .⟩. XI 4577 (*Carsulis, periit*) C. Aleni L. f. Clu. Capitoni IIIIviro (*sic traditur*). IX 4464 (*in agro Amiternino, periit*) T. Aleniu⟨s⟩ T. l. Rutil⟨us⟩. . . . Alenius A⟨. . .⟩. XIII 10010, 2893 of. Alen. **Alēnus** *nom. gent.* CIC. nat. deor. 3, 74 qui transcripserit tabulas publicas. id quoque L. Alenus (Aienus *Vindobon.*) fecit. CORP. IX 687 (*Herdonis*) Vlpius Alenus v. p. corr(ector) Apul(iae) et Cal(abriae) (*a. 305/7*). **Alinna** *nom. gent. etrusc.* CORP. VI 2965 M. Papirio Prisco mil. coh. II vig. (centuria) Alinnae Firmi. *semietrusca* XI 3398 (*Tarquinis*) L. Alina L. f. 3399 P. Alina P. f. 3400. 3401 P. Alina Proculus. **Alinnius, Alinius**, -a *nom. gent.* CORP. IX 5361 (= 4271, *Firmi Picen.*) Sex. Alinnius Festus. 5202 (*Asculi Picen.*) Aliniae Sex. lib. Proculae. XIII 10010, 2893^{c} of. Alini. **Allicius, Alicius**, -a *nom. gent.* INSCR. Eph. epigr. IX 328 (*in Hisp. Tarr.*) Allicia l. f. Paetina. CORP. VI 11456 *cf.* 34043 '*videtur esse principium tituli christ. ap. Boldett. cimit. 386. cf.* IX 4864$^{add.}$' V 5167 (*Bergomi*) Aliciae Sp. f. Iustae. *v. etiam* Alicia *quod seorsum posui.* **Allaiēdius**, -a *nom. gent.* CORP. VI 1056, 2, 53 (*a. 205*) Allaiedi Marcelline *vigil.* **Allēius** *et* **Alēius**, -a *nom. gent. duabus* l *in titulis antiquioribus.* Ἀλλήιος CORP. inscr. att. III 1040, 1, 26. Ἀλήιος 1156, 2, 19 (*utraque saec. II ex.*). *nomen Pompeis frequens.* CORP. III 14203^{3} (*Deli*) Πρέπων Ἄλλιος Μαάρκο⟨υ⟩ . . . Prepon Alleius M. s. Iovem Leiberum statuer. I 772 (*in tessera consul. a. 42*) Pinitus Allei. VI 1969 D. Alleius Cilonis l. Pamphilus. 1970 D. Alleius D. l. Phoebus. 32315. X 896 (*Pompeis, a. 26*) M. Allei Lucci Libell(ae) . . . IIvir. i. d. quinq. 1036 *idem.* 909. 8349. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 87 n. 318 (*Pompeis*) M. Alleio M. f. Men. Minio IIv. i. d. p. 212 n. 855 ⟨A⟩lleia Mai f. ⟨s⟩acerd(os) Veneris et Cereris. CORP. IV 1177 Cn. Allei Nigidi Mai (*v. infra l. 59*). 1179. 1483 Cn. Alleius. *al.* IV suppl. 2, 4. 6 (*a. 27*) M. Alleius Carpus (*idem 21 sexies, ubi tamen* v. 12 M. Ale. Carp. 74, 12). 35 (*a. 57*) Cn. Alleius Cryseros. 16, 15 (*a. 55*) ⟨C⟩n. Allei Nigidi Mai (77, 5; *v. supra l. 56*). 83, 2 Cn. Allei Logi. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 47 n. 191 (*Alba Fucente*) ⟨. A ?⟩lleius L. l. Philoxsenus. CORP. IX 5380 (*Firmi Picen.*) L. Allei Dextri. XI 5076 (*Mevaniae*) C. Alleius T. f. Aleius: ACT. Arv. a. 241 v. 17 L. Ale(ius) V⟨e⟩r(us), *nisi potius legendum* Alfius, *senatoris filius.* XIV 2476 (*Castrimoeni, periit*) Aleia C. l. Prima. 3951 (*Nomenti, periit*) M. Aleius Sponsor. XI 5622 (*Plestiae, periit*) *traditur* C. Aleius T. l. Apc . . . , X 6607 (*Velitris*) T. Flavius Philippus . . . loco don(ato) . . . ab Aleia Felicula. VIII 11451 P. Delphius Peregrinus Aleius Alennius Maximus Curtius Valerianus Proculus M. Nonius Mucianus *cos. suff. a. 138; cf.* V 3590 (*idem, omissa parte nominum,* V 3343). VIII 7187 (*in prov. Num.*) Aleiae Faustillae. 15922 L. Aleius (*an corrigendum* Alfius?) Aris⟨t⟩o. *cf.* Aluius; Alliacus.

Alliu⟨. . .⟩ *nom. vir. in patella scriptum* CORP. VII 1336, 51. *sic traditur, potest fuisse* Allius *vel* Aulius. *Otto.*

allix (-lia *cod.*) στιχάριν (-anin *cod.*) GLOSS. II 521, 28. *cf. Mau, PW. I 1587. vide et* alicula. *V.*

Allo *nom. vir. barb.* CORP. III 11568 (*in Norico*) Catroni Allonis f. II 2677 (*in Hisp. Tarr.*) d. m. Alloni . . . Mercurius et Tauvitalis filio. 822? *cf.* Allo, Alo *nom. germ.* *Otto.*

Allobone *v.* Alabanenses.

Allobrogēs, -um *gens in Gallia Narbonensi inter Rhodanum, Isaram, Alpes Graias, lacum Lemannum habitans. cf. Hirschfeld, Corp. XII p. 217.* o *alterius syllabae natura breve*: CIC. carm. frg. 3, 65 vocibus Allobrogum. HOR. epod. 16, 6 novisque rebus infidelis Allobrox. VEN. FORT. carm. 3, 7, 18 fulgor Apostolicus visitat Allobrogas. *producitur positione* IVV. 7, 214 Rufum, quem totiens Ciceronem Allobroga dixit. AVSON. 297, 4 insinuant qua se Sequanis Allobroges oris. *de vocalis qualitate tertiae syllabae, quam Latini semper per* o *transscribunt — exceptis* PORPH. Hor. epod. 16, 6 Allobrugum. NOT. Tir. 114, 88 Allobruges *et* RAVENN. p. 236, 9 Alobriges (*idem* p. 226, 11 Alobrites) —, *haec ex graecis auctoribus* STEPH. BYZ. *tradit*: Ἀλλόβρυγες, ἔθνος δυνατώτατον Γαλατικόν, ὡς Ἀπολλόδωρος. Πολύβιος δὲ διὰ τοῦ ι αὐτοὺς καλεῖ Ἀλλόβριγας. Χάραξ δὲ διὰ τοῦ ο μικροῦ Ἀλλόβρογας, οἱ πλείους δὲ διὰ τοῦ ι. ὁ δὲ τεχνικὸς Ἀλλόβροξ ἔθνος Γαλατικόν. *atque invenitur* i *apud* POLYB. 3, 49 — 51 *saepe*, STRABO 4, 1, 11. 4, 6, 4 PTOL. 2, 10, 7 *opt. codd.*, PLVT. vit. Cic. 18 APP. Gall. 1, 4 (*in libro Vaticano* Ἀλλοβρίγγων), 4, 12 bell. civ. 2, 4. CASS. DIO 37, 47. 46, 50 *contra* PS. PLVT. de fluv. 6, 1 Ἀλλοβρόγων. *nomin.* Allobrox *extat* HOR. epod. 16, 6 CORP. XII 3109 (*v. l. 44*) GRAMM. suppl. 119 GLOSS. IV, V *saepius, ubi* Allobrus Adlobrus *plerumque scribitur.* Allobroga GLOSS. V 590, 24. 652, 11. PROB. inst. gramm. IV 124 quaeritur ab eo quod dixit Sallustius 'sed Allobroges ex praecepto Ciceronis' nominativo casu numeri singularis 'Allobrogus' an 'Allobroges' facere debeat. sed quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri pluralis es litteris definiuntur . . . , haec in nominativo casu numeri singularis numquam us litteris definiuntur; et ideo 'hic Allobroges', non 'hic Allobrogus' facere pronuntiatur. *nom. pl.* Allobrogae *praebet* SCHOL. Iuv. 8, 234 Allobrogae Galli sunt. ideo autem dicti Allobrogae, quoniam b r o g a e Galli agrum dicunt, alla autem aliud. dicti autem Allobroges, quia ex alio loco fuerant translati. *acc. sing.* Allobrogem CAES. Gall. 3, 84, 5, Allobroga IVV. 7, 214. *acc. plur.* Allobrogas (*cf. Schulze, Eigenn. 4 sq.*). CAES. Gall. 1, 14, 3 *in A M* (Allobrogos *in Q*), Allobroges *in Cβ*; 7, 64, 7 Allobrogas *in α*, Allobroges *in β*; 3, 63, 5 Allobrogas *in z*; 3, 6, 5 Allobroges *in omnibus libris.* SALL. Catil. 49, 1 per Allobroges. LIV. perioch. 67, 1, 10 Allobrogas (Allobroges *r*). 90 Allobrogas. QVINT. inst. 11, 1, 89 Allobrogas. AMPEL. 22, 1 Allobrogas. LANDOLF. Mon. Germ. Auct. antiq. II p. 262, 28 Allobrogas Gallos. OROS. hist. 5, 13, 2 Allobrogas Gallos. VEN. FORT. carm. 3, 7, 18 Allobrogas (Allobroges *G F*). CORP. I^{2} 177 Q. Fabius Q. Aemiliani f. Q. n. Maximus pro cos. de Allobro⟨gibus⟩. *gens commemoratur* CIC. Catil., Att., epist. *et saepius*, CAES. Gall. *saepius*, SALL. Catil. *saepe*, LIV. 21, 31, 5. 9 OBSEQ. 122 VELL. 2, 10, 2 VAL. MAX. 9, 6, 3 SEN. benef. 5, 16, 1 COLVM. 12, 23, 1 MELA 2, 75 PLIN. nat. 3, 35, 36. 7, 156. 18, 85 TAC. hist. 1, 66 SVET. Nero 2 FLOR. epit. 3, 2, 1. 4. 4, 1, 9 COSMOGR. 1, 13 AMM. 15, 12, 5 SCHOL. Iuv. 8, 239. IVV. 7, 214 Allobrox *esse nomen ioculare Rufo magistro a discipulis datum non recte putat Beck Archiv 7, 273, licet* Allobroge *in lingua francogallica sit i. q.* rustre. *cogn.*: CORP. XII 3109 nymphis Augustis sacrum . . . L. Annius Allobrox. *adi.* **Allobrogicus**, -a, -um. CELS. 4, 12 vinum . . . Raeticum vel Allobrogicum. PLIN. nat. 14, 26. *cognomen* **Allobrogicus** *datum est ob devictos Allobroges a. 633/121 Q. Fabio Maximo.* VELL. 2, 10, 2. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 25 Persicum nobilissimum virum . . . inter imagines maiorum suorum Allobrogici nomen legere. *al. plur.* SEN. benef. 4, 30, 2 quid nuper Fabium Persicum . . . sacerdotem . . . fecit nisi Verrucosi et Allobrogici et illi trecenti . . . . IVV. 8, 13 cur Allobrogicis et magna gaudeat ara natus in Herculeo Fabius lare. **Allobrogicīnus** *quoque cogn. in Fabia gente invenitur* CORP. VI 1407 (*aetat. imperat.*) Q. Fabio Allobrogicino Maximo. **Allobroxus**, -ī *cogn.* CORP. VI 28488 P. Venuleius P. l. Allobroxus. **Allobrox** *videtur nomen dei esse* CORP. XII 1531 Pompeia Lucilla Allobrog(i), *nisi supplendum est* Allobrog(ibus); *cf. Ihm, PW. I 1588.* *Jacobsohn.*

adlocat NOT. Tir. 37, 90 *post* elocat ablocat, *ante* collocat relocat. *V.*

allocūtio (adl-), -ōnis *f.* *formae non assimilatae semper leguntur in* INSCR. numm. *invenitur apud* CATVLL. SEN. QVINT. inst. PLIN. epist. SVET. VERVS Fronto, *crebrius postea. auctorum, quorum pleni indices praesto sunt, exempla dedi omnia.*

I *i. q. affatus, sermo*: **a** *generaliter*: GLOSS. II 10, 52 προσφώνησις. 422, 29 προσομιλία. ITIN. Silv. 33, 2 omnem ipsam allocutionem (*sc. Christi ad discipulos suos*) perleget episcopus. DON. Ter. Hec. 97 praelatis allocutionibus et separatarum et permixtarum personarum. 274 allocutio . . . qua inducitur secum loquens anus. 281 Andr. 601 Phorm. 784. HIL. in Matth. 31, 11 discipulorum somnus et variae Christi allocutiones. trin. 4, 23 multas . . . dei ad Abraham allocutiones (*cf.* AVG. civ. 16, 18 tit. de iterato alloquio dei ad Abraham). in psalm. 134, 5 cum idem secundum nuncupationis allocutionem sit Israel qui et Iacob. SERV. Aen. 1, 286 haec Iovis allocutio *ad Venerem* partim obiecta purgat, partim aliquid pollicetur. 6, 104 adlocutionem hanc esse suasoriam cum partibus suis. 7, 1 *Aeneidos primos sex libros* personarum et allocutionum varietate . . . esse graviores (*opponuntur* negotia). AVG. in psalm. 36, 17 his . . . rebus, his verbis, his allocutionibus, hoc tali exemplo confirmat iustos dominus. POSSID. vita Aug. 19 suavem semper habens de iis quae dei sunt vel allocutionem vel collocutionem fraternae ac domesticae familiaritatis. MAX. TAVR. serm. 83 p. 698^{D} mollissima . . . allocutione mulcere. serm. 111 p. 752^{C} *mulier* castum Ioseph in concubitum turpi allocutione succendebat. ENNOD. opusc. 3, 89 p. 353, 24 Leo . . . tanto adlocutionis ipsius tenebatur miraculo. PS. AVG. serm. 181 ista allocutio

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

non est linguarum septuaginta. DRAC. Romul. 4 incipit adlocutio: verba Herculis cum videret Hydrae serpentis capita pullare post caedes (*cf.* 3 praefatio ad Felicianum grammaticum ... cum adlocutione). *notandum de dicendi genere*: SEN. dial. 11, 1, 3 novis verbis nec ex volgari et cotidiana sumptis adlocutione opus erat homini ad consolandos suos ... caput adlevanti. PLIN. epist. 2, 20, 8 mutat personam, vertit adlocutionem. **b** *specialiter*: **1** *de sollemni exercitus vel senatus adlocutione*: SVET. Tib. 23 coacto senatu incohataque adlocutione. VERVS Fronto p. 132, 1 N. orationes ad senatum et adlocutiones nostras ad exercitum. LIV. perioch. 104 trepidationem militum ... adlocutione exercitus inhibuit. adlocut. *vel* adlocutio *legitur in nummis passim inde a Galba (cf. Cohen I² p. 319 n. 1) usque ad Maxentium (cf. Cohen VII² p. 166 n. 1)*, adlocut. coh. *vel* adlocutio coh. *in nummis Caligulae et Neronis (cf. Cohen I² p. 236 n. 1, p. 277 n. 1)*, adlocut. co. *in nummo quodam Neronis (cf. ibid. I² p. 278 sub n. 3)*, adlocutio coh. praetor. *in nummis Hadriani (cf. ibid. II² p. 107 n. 2)*, adlocutio militum *in Probi nummo (cf. ibid. VI² p. 258 n. 28)*, adlo. Aug. *in nummis Neronis (cf. Catal. of Greek coins in the British museum. Corinth etc. n. 568/70 et Pick, v. Sallets Zeitschr. f. Numismatik XVII 1890 p. 182. 185/6)*, adlocut. Aug. *vel* Augg. *sim. inde a Nerva (cf. Cohen II² p. 1 n. 1) usque ad Constantium Chlorum (cf. ibid. VII² p. 58 n. 1)*, adlocutio Maxentii *in nummis Maxentii (cf. ibid. VII² p. 166 n. 3). Occo, Imp. Rom. numismata a Pompeio Magno usque ad Heraclium 1579 p. 228, quique eum secuti sunt, cum in nummo Hadriani* adlocutio Britannica *legi dicerent, de nummo, qui a Cohen II² p. 153 n. 555 describitur, falso rettulisse Stradae indice nummorum musei Fuggeriani, qui in bibliotheca ducali Gothana asservatur, adhibito Pick mihi interroganti scripsit. v. Cichorius, PW. I 375/6. cf.* LEO M. epist. 120, 4 ad piissimos principes totius concilii allocutio (*v etiam* CONC. Chalced. a. 451 Mansi 7, 455 *sqq.*). *notandum*: *i. q. homilia apud christianos*: TERT. anim. 9 scripturae leguntur aut psalmi canuntur aut allocutiones proferuntur aut petitiones delegantur. *cf.* praescr. 15 *et* PS. CYPR. *locos l. 60. 61.* MARCELL. chron. II p. 61, 1, 380 Gregorius Nazianzenus ... plebem ... in ... oratorio ... cottidiana adlocutione continuit. **2** *technice apud rhetores et grammaticos*: PRISC. rhet. 9, 27 p. 557, 27 adlocutio est imitatio sermonis ad mores et supposita personas accommodata, ut quibus verbis uti potuisset Andromache Hectore mortuo. EMPOR. rhet. p. 561/2 *allocutionis vel ethopoeiae quattuor genera esse statuit: ethopoeiam sensu angustiore* (p. 561, 5), *pathopoeiam* (p. 562, 10), *materiem pragmaticam* (p. 562, 26), *prosopopoeiam* (p. 562, 30). QVINT. inst. 9, 2, 37 vertitur ... *προσωποποιία* in speciem narrandi, unde apud historicos reperiuntur obliquae adlocutiones. SVET. gramm. 4 quaedam genera institutionum ad eloquentiam praeparandam, ut problemata, paraphrasis, allocutiones, ethologias (ethiol- *sim. codd.*) atque alia hoc genus. IVL. VICT. rhet. 15 p. 422, 22 in epilogo ... adlocutionem permittitur inducere. FORTVN. rhet. 3, 8 p. 125, 22 *ornata elocutio* fit ex rebus ipsis ... et synonymis et allocutionibus. SCHOL. Stat. Theb. 5, 470 mirabilis allocutio est quotiens dura a poetis animantur. **3** *translate de epistulari commercio, sim.*: STAT. silv. 2, 7, 63 castae titulum decusque Pollae iucunda dabis adlocutione. TERT. praescr. 15 hoc dirigebamus et praestruebamus adlocutionis praefatione (*cf. syn. ibid.* c. 1 admonitionem). PORPH. Hor. epist 1, 20, 1 mirum est [ad] hanc ⟨ad⟩locutionem inter epistolas poni, cum neque ad absentem neque ad hominem scripta sit. CYPR. epist. 20, 2 *in epistulis meis* nec ... consilium nec ... exhortatio nec ... obiurgatio nec ... adlocutio et persuasio nostra defuit (*cf.* 45, 1). 79 confortati et conroborati sumus per tuam adlocutionem. PS. CYPR. pudic. 1 allócutionibus missis. 14 non ... volumina scribere, sed adlocutionem transmittere. ENNOD. epist. 9, 4, 1 p. 231, 7 subiectis caritatem ... adlocutione praestatis. 9, 5, 1 p. 232, 3 nulla me adlocutione sublevastis. 9, 30, 2 p. 252, 12 partes meas quasi voluntariae allocutionis fuscatas nube. ANTH. 29 tit. Aviti adlocutio sponsalis. *huc pertinere videtur* CASSIOD. var. 8, 16, 5 sapientiae tuae allocutione firmati.

II *de consolando*: CATVLL. 38, 5 qua solatus est allocutione. 38, 7 paulum quid lubet allocutionis maestius lacrimis Simonideis. SEN. dial. 6, 1, 6 fatigatae adlocutiones amicorum. PS. AMBR. serm. 3, 3 angelica allocutione relevari (revelari *vulgo*). VVLG. sap. 3, 18 nec in die agnitionis allocutionem (*παραμύθιον*) habebunt. 8, 9 allocutio cogitationis et taedii mei (*παραίνεσις φροντίδων καὶ λύπης*). 19, 12 in allocutione (*εἰς παραμυθίαν*) desiderii. ENNOD. opusc. 4, 35 p. 391, 20 brevi animum suum adlocutione firmavit.

synonyma: admonitio, alloquium. (dictio, *cf.* ENNOD. dict. 24 tit. p. 498, 11), (locutio *praecipue apud posteriores*), sermo. *ad I b 1 not.*: (dictio, *cf.* AVG. doctr. christ. 4, 15, 32), (tractatus *apud ecclesiasticos*). *ad I b 3*: (sermo, *cf.* STAT. silv. 3 praef.).

allocūtīvus, -a, -um *ab* alloqui. GRAMM. suppl. 161, 13 *oratio* est allocutiva in epistulis, disputativa in dialogis, relativa in historiis.

allocūtor, -ōris *m. ab* alloqui. GLOSS. V 185, 10 contionator multitudinis allocutor.

allocūtōrius, -a, -um *ab* alloqui. CASSIOD. hist. 1, 1 (*capitis inscriptio*) oratio allocutoria Sozomeni ad Theodosium. *legitur in codicibus Monac. hist. trip.; estne certae fidei?* *B. A. Müller.*

Allodius *v.* Alodius.

?**Allomeris** *Andecavus ap.* GREG. TVR. Mart. 2, 33. *sed in indice* de Leomere.

1. Allōn *Massiliensium in Hispania colonia; cf. Hübner, PW. I 1595* (Alonis). MELA 2, 93 sequens *sinus* Ilicitanus Allonem habet et Lucentiam. RAVENN. p. 306, 16 Allon. *cf.* STEPH. BYZ. *Ἀλωνίς, νῆσος καὶ πόλις Μασσαλίας, ὡς Ἀρτεμίδωρος. τὸ ἐθνικὸν Ἀλωνίτης.* PTOL. 2, 6, 14 *Κοντεστανῶν ... Ἀλωναί.* *Otto.*

2. Allōn, *indecl.*, אֵלּוֹן, *Ἀλών, Ἀλλών.* **1** *nom. vir. hebr.* VVLG. I par. 4, 37 Saphai filii Allon. **2** *nom. iudicis Hebraeorum v.* Aialon *2.* **3** ITALA Ios. 15, 62 (Lugd.) *transcriptio graecae vocis ἁλῶν* (VVLG. civitas salis). *Plenkers.*

Allonius *v.* Allius.

Allont ... *nom. vir.* CORP. XIII 7103 (*in Germ. sup., periit*) ⟨Sa⟩turnini Allont. *Otto.*

allophylus, -a, *ἀλλόφῦλος, plerumque masc. pro subst. vox christianorum.* AMBR. off. 1, 29, 141 allophylos hoc est alienigenas latino appellabant vocabulo. AVG. quaest. hept. 4, 3 ut allophyli appellentur quasi aliarum tribuum homines (*opp. ἀλλογενής*). *cf.* ISID. orig. 9, 2, 58. *gen. plur.* allophylum PRVD. ditt. 71 PAVL. NOL. carm. 26, 71. *corripitur* y: PRVD. ham. 500 allophy̆lus, ditt. 71 allophy̆lum (PAVL. NOL. carm. 26, 71), PAVL. NOL. carm. 24, 549 allóphy̆la *in initio senarii*, ORIENT. comm. 1, 376 allophy̆lis. *passim* allophilus *vel* allofilus *vel similia in codd.*

ITALA Bar. 6, 4 (Tert. scorp. 8) ne et vos consimiles sitis allophylis (*ἀλλοφύλοις*, VVLG. factis alienis). psalm. 59, 10 (Hil. in psalm. 59, 6) allophyli (*ἀλλόφυλοι*, VVLG. alienigenae). 86, 4 allophyli (*ἀλλόφυλοι*, VVLG. alienigenae) et Tyrus. act. 10, 28 (Iren. 3, 12, 15) convenire cum allophylo (*ἀλλοφύλῳ*, VVLG. ad alienigenam). TERT. scorp. 3 captivitate et iugo allophylorum iram dei (deus *A*) pensavit Israel. ieiun. 7 cum ... allophyli proelio admovebant (*intr.*), ibi dem⟨um⟩ dominus intonuit voce magna super allophylos et ... viri Israel .. persecuti sunt allophylos. monog. 7 vetus lex adimit (admittit *codd.*) coniugium allophylorum. adv. Iud. 4 hostes allophylos expugnaverunt. *sic saepe de hostibus Israhelitarum, potissimum de Philistinis*: LVCIF. non conv. 8 Athan. 1, 11 HILARIAN. chron. 8 p. 1101ᴰ CHRON. min. I p. 119, 265 (alienigenis Chron. Alex.). p. 119, 266. p. 189, 521. 528 FILASTR. 12, 1 TYCON. 40, 15 AMBR. apol. Dav. I 4, 16 Hel. 6, 17 HEGES. 5, 16 l. 46 HIER. nom. hebr. p. 91, 15. 19. 106, 10. 120, 9. 122, 17. 125, 21. 128, 3. 129, 13. 134, 22. 147, 6 in Is. 28, 21 p. 383. epist. 46, 2 allophylo ... hoste. 69, 6 VVLG. psalm. 55, 1. PRVD. ham. 500 si ... allophylus tua castra velit delere tyrannus. ditt. 71 vulpes ... in sata mittit allophylum segetesque cremat. PAVL. NOL. carm. 26, 21 esse timendos allophylum populos. epist. 21, 1 AVG. serm. 293, 11 SVLP. SEV. chron. 1, 24, 4. 1, 26, 3 *et passim.* EVCHER. instr. 1 p. 96, 18. 2 p. 150, 15 Philistini: idem et allophyli, idem et alienigenae appellati sunt. ORIENT. comm. 1, 376 MAX. TAVR. hom. 6. 20. 40 ISID. sent. 3, 21, 7. *sing. de Goliath*: FILASTR. 130, 2 AMBR. apol. Dav. I 6, 26 in psalm. 118, 18, 24 PS. AMBR. apol. Dav. II 3, 15 HIER. epist. 18, 1. 108, 18ᵃ. AVG. serm. 82, 3 Golias unus fuit ex allophylis id est ex alienigenis. PS. FVLG. RVSP. serm. 21 p. 887ᶜ GREG. TVR. Franc. 2 praef. *fem.*: HIER. in Is. 47, 1 p. 550 in allophylas mulieres. PAVL. NOL. carm. 24, 549 allóphyla mulier est mihi lex carnea. PS. ORIGEN. tract. 13 p. 146, 16 mulierem allophylam. *V.*

alloquium (adl-), -iī *n.* [*cf. c.* alloqui. *Th.*]. *v.* NOT. Tir 26, 17. 18. *in membranis confunduntur* alloquium, colloquium, eloquium; *cf. ex. gr.* ALC. AVIT. epist. 85 p. 95, 14 FVLG. serm. ant. 11. *invenitur inde ab* HOR. *et* OV. *passim per totam latinitatem et singulari et plurali numero. deest in* HIER. VVLG.

I *i. q. sermo, affatus*: **a** *proprie*: LIV. 25, 24, 15 alloquio leni pellicerent hostis ad dedendam urbem. 1, 34, 11. 28, 3, 4 ex propinquo alloquio animos temptarent suaderentque, ut .... VELL. 2, 123, 2 subrefectus primo conspectu alloquioque carissimi sibi spiritus. LVCAN. 10, 174 longis Caesar producere noctem incohat adloquiis (*cf.* VAL. FL. 1, 251 dulcibus adloquiis ludoque educite noctem). PETRON. 110 alloquio dignum. PLIN. nat. 6, 84 hospitali regis clementia ... imbutus adloquio (PRVD. apoth. 301 amico ... adloquio). 8, 48 *leonis* impetum a se mitigatum adloquio ausae (*codd. variant*) dicere. *ibid.* mulceri adloquiis feras. VAL. FL. 2, 354 unius haeret adloquio. 5, 406 *rex* proceres audit ... adloquiis facilis. 7, 281 moverer adloquio casuque viri. 7, 374 Venus blandis ... paventem adloquiis iunctoque trahit per moenia passu. STAT. Theb. 7, 554 mite alloquium et saevis pax quaeritur armis. 11, 197 leni ... mulcere furentem alloquio. 11, 612 nec ... alloquium ... aptare licet. SIL. 9, 153 non verba vicesque alloquio vocemve refert. TAC. hist. 2, 49 vacavit abeuntium adloquiis. 3, 36 non adloquio exercitioque militem firmare (ann. 1, 71). hist. 5, 1 comitate et adloquiis officia provocans. ann. 4, 8 (*bis*). PLIN. epist. 1, 8, 12 medici ... voluptate carentes cibos blandioribus adloquiis prosecuntur. PS. QVINT. decl. 8, 19 inter suorum alloquia *morientes.* PORPH. Hor. carm. 1, 13, 16 in quinque partes amoris fructus partitus dicitur: visu, adloquio, tactu, osculo, concubitu. IVL. VAL. 1, 9 (*de hinnitu equi*) adloquia illa ad dominum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

morigera. 2, 37 supremo ... alloquio. IVST. 9, 8, 8 adloquio qui plura promitteret atque praestaret. 19, 3, 11 prosecutam multitudinem velut postremo adloquio dimisit. 22, 7, 5 blando adloquio et humili adulatione. 23, 4, 5 in adloquio blandus, in negotio iustus, in imperio moderatus. IVVENC. 2, 321 talibus adloquiis comitum ... pectora complet. AVSON. 322, 23 mitibus adloquiis ... mulcebat alumnos. CYPR. GALL. gen. 45 Adamum deus adloquio iunctam dignatur et Aevam. num. 411 mollibus adloquiis timida inter verba rogaret. Ios. 326 domino subdente vigorem talibus adloquiis. iud. 430. SYMM. rel. 7, 2 tamquam ... adloquiis principum fruerer. SCHOL. Stat. Theb. 2, 422 considerata ... reverentia iustitiae parcior esses alloquio (eloquio STAT.). CARM. epigr. 1347^{B}, 12 (*inter ann. 372 et 395*) principis alloquio. HEGES. 1, 29, 5 alloquiis hostium sese committendum putavit. 3, 23, 2 convocatis ... bellandi incentivum huiusmodi alloquio infudit. AMBR. epist. 2, 7 alloquia tua plena intellectus sint (*paulo infra* alloquium tuum atque tractatus). 64, 7 ne quid offendat vel in sensu vel in adloquiis. in psalm. 118 serm. 1, 7 propheta ... qui fungebatur carnis alloquio (*velut carnis vice ac nomine loquebatur*). hex. 1, 9, 33 linguae motus caeleste formaret adloquium. 6, 3, 9 spiritus sancti ... adloquia (*syn.* dictis). Abr. 1, 9, 90 *corpora* videntur mandati caelestis adloquiis refulgere (Ioseph 11, 64). 2, 7, 4 fidelis alloquii splendor. Iac. 2, 9, 37 cum deo ... alloquia miscebat. patr. 4, 17 ad Iudam ... dirigi ... alloquium. PS. AMBR. sacr. 1, 1, 2 ad sermonem et ad alloquium sacerdotis. HIER. epist. 24, 4 ut ... nunquam viri nosset adloquium *virgo*. CLAVD. carm. min. 21, 197 edomuit Rhenum ... adloquiis. 30, 139 adloquiis haerere tuis. MAR. VICTOR aleth. 3, 471 *cum* alloquii ... munere donat. RVFIN. hist. 4, 23, 10 mitissimo solatur adloquio (λόγοις). VIR. ill. 21, 3 ultimo eius alloquio impetrato. AVG. civ. 16, 18 tit. de iterato alloquio dei ad Abraham (*cf.* HIL. trin. 4, 23 dei ad Abraham allocutiones). serm. 222, 1 nostrum vobis ... sollemniter debetur alloquium. SVLP. SEV. dial. 2, 5, 8 angeli confirmatus adloquio. 3, 18, 2 compatientis alloquio, non exprobrantis elogio. OROS. hist. 4, 6, 15 cunctos ... ultimo dimisit adloquio. PROSP. chron. I p. 386, 26 *Abraham* divino monetur alloquio. SIDON. epist. 4, 9, 4 erga familiam suam nec in proferendo alloquio minax. FAVST. REI. epist. 3 p. 172, 10 Hebraeum Hebraeo, Graecum Graeco ... instructurus adloquio. p. 172, 11 oris sui coaptet adloquium. SEDVL. carm. pasch. 5, 406 praeceptor eos invitat alloquiis (T^2 *et cet. codd.*, ill- MT^1) de more piis (*cf.* op. pasch. 4, 35 praeceptione verborum). PAVL. PELL. 356 primo ... affarer amicum alloquio. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 476 alloquio ... salubri (*syn.* ... verbis, adfatu). ENNOD. opusc. 3, 43 p. 341, 21 talibus eos instruxit et confortavit adloquiis. 3, 46 p. 342, 18. 3, 115 p. 360, 29 *eos* reficiebat blanditiis, humiliabat adloquio. 6, 23 p. 409, 22 lepos ... alloquii (*syn.* affatibus). DRAC. Orest. 616 talibus adloquiis accensus. FVLG. RVSP. epist. 17, 3, 5 usus ... alloquio (*al.* eloquio). serm. 54 tali fovit alloquio (53 blando ... alloquio). MAXIM. eleg. 1, 202 alloquium conspuit ipse suum (*cf.* 203). 3, 52 mitibus alloquiis pandere clausa. CASSIOD. var. 1, 43, 3 blandus alloquio (IORD. Get. 200). hist. 7, 13 coniugis ... alloquio (*syn.* muliebribus verbis). GREG. TVR. Franc. 6, 8 dulcis alloquio. EVGIPP. Sev. 43, 8 post huiusmodi aedificationis alloquium. VEN. FORT. carm. 7, 6, 17 blandior alloquio, placidis suavissima verbis. carm. app. 10, 1 dulcibus alloquiis. **b** *translate in epistulis vel de epistulari commercio, sim., imprimis apud scriptores posterioris aetatis*: VIGIL. TRID. ad Ioh. 1 imbueret ignotus alloquium. SYMM. epist. 1, 5, 2 date operam ... adloquio crebriori. 2, 49. 2, 73 pascor adloquiis (*syn.* litterae). *passim.* AMBR. epist. 14, 2 serere fabulas et alloquia cassa. 62, 2 alloquii mei officium. HIER. epist. 8 epistolarum alloquia. 127, 8 absentiam nostri mutuis solabamur adloquiis. PAVL. NOL. epist. 1 sanctis et spei et fidei et caritatis alloquiis. *saepius.* AVG. epist. 153, 1 deserere ... alloquio. LEO M. epist. 38 alloquia reddentes. 119, 1 per ipsas *litteras* alloquia alterna miscemus. 80, 1. 126. 136, 1 AVELL. p. 505, 4. 537, 2 *saepius.* SIDON. epist. 1, 11, 2 exemplo recursantis alloquii impudentiam paginae praesentis absolveris. 4, 7, 3 *passim.* COMPVT. Carth. 2, 8 suo adloquio profitetur (*sequuntur verba laterculi*). SEDVL. op. pasch. 2, 8 sequentibus patefecit alloquiis. MAX. TAVR. serm. 111 p. 752^{D} divina alloquia (*sic legerim*, el- *vulg.*). ALC. AVIT. epist. 29 p. 59, 14 directis litterarii sermonis officiis alloquia illa captemus. 32 p. 63, 1. 91 p. 99, 5 *passim.* EPIST. pontif. 784 Alc. Avit. epist. 42 vos praesentibus hortamur adloquiis. HERACL. Alc. Avit. epist. 54 alloquii vestri fecunditate. ENNOD. epist. 1, 12, 2 epistularis alloquii luce. 1, 17, 2 *portitor* alloquii occasionem praestitit. 3, 9, 2 epistularum ... alloquio. 3, 5, 1. 3, 17, 2. 4, 3, 3. 8, 43, 2. 3, 10, 1 quod negatur aspectui, pensaretur alloquiis. 3, 14, 1 paginalis alloquii. 4, 2, 4. 7, 28, 1 praesentiae vice blanditur adloquium. 9, 24, 1. 9, 27, 4 me dedignatur alloquio. opusc. 2, 21 p. 294, 10 praelocutioni ... divinum subdidistis exemplum, quod ita quadratis constat alloquiis ... (*seq.* psalm. 49, 16). 2, 122 p. 325, 3 *Paulus* oris ianuam patefecit alloquiis (*seq.* Rom. 2, 1). *passim.* CASSIOD. var. 8, 4, 1 regium ... alloquium (*syn.* affatus). EPIST. pontif. 885 Migne 66, 20^{B} sub paginali alloquio. 893 Migne 66, 45^{C} te nobis alloquio directi praesentavit affectio (*cf. ibid.* p. 45^{B} affatibus). *saepius.* ANON. Vales. 10, 47 tantis ... eius alloquiis per litteras invitatus. *cf.* CORP. VI 31776^{b}, 16 (*Elagabali aetate*) ⟨alloqu?⟩ii divini honore ⟨obtento obla⟩tis commentariis.

notandum de scribendi genere vel de lingua: TREB. trig. tyr. 1, 1 non historico nec diserto sed pedestri alloquio (eloquio *Baehrens*). HEGES. 5, 14 noto sibi alloquio (*syn.* patrio sermone). FVLG. serm. ant. 11 deum depinnato orationis attollam alloquio (eloquio *pars codd.*).

II *de consolando*: HOR. epod. 13, 18 illic omne malum vino cantuque levato, deformis aegrimoniae dulcibus alloquiis. OV. trist. 1, 5, 4 attonitum ... ausus es adloquio sustinuisse tuo. 1, 8, 18 sodalem visere et adloquiis parte levare tuis. 4, 5, 3 cuius ab adloquiis anima haec moribunda revixit. Pont. 1, 6, 18 alloquio ... iuva pectora nostra tuo. 3, 6, 40. LIV. 9, 6, 8 sociorum ... adloquia (*seq.* consolantes amicos). SIL. 13, 396 alloquio ... virum tantos mulcere dolores. STAT. silv. 2, 1, 232 prohibe manare genas noctesque beatas dulcibus alloquiis et vivis vultibus imple. Theb. 6, 47 solatur Adrastus adloquiis genitorem. TAC. ann. 4, 8 vix propinquorum adloquia tolerari (*cf. paulo infra* firmatos adloquio adulescentulos). APVL. met. 4, 24 adsidens eam blando ... solaretur alloquio (RVFIN. hist. 4, 23, 10 *v. p. 1693, 28*). DARES 10 Helenam maestam alloquio mitigat. HIER. epist. 22, 35 *cf.* 127, 8 *p. 1693, 58.* VVLG. Iudith 8, 21 alloquio (*Amiat.*, eloquio *Tol.*, ad eloquium *textus receptus*) vestro corda eorum erigite (*cf. Thielmann, Beitr. z. Textkr. d. Vulg. p. 62*). *cf.* ENNOD. epist. 3, 5, 1. 3, 9, 2. 3, 17, 2. 4, 3, 3. 8, 43, 2 *p. 1693, 72. 73.*

synonyma: *ad I*: admonitio, affatus, allocutio, compellatio, dicta, elogium, sermo, verba. *ad Ib*: (litteraria collocutio *cf.* AVG. epist. 40, 1, 1), colloquium (ALC. AVIT. ENNOD.), (epistula), litterae, litterarius sermo. *ad II*: solacium.

alloquor (adl-), adlocūtus sum, alloqui. *ab* ad *et* loqui. *v.* NOT. Tir. 26, 13. 14. AGROEC. gramm. VII 124, 18 'loqui' hominis est; 'obloqui' obstructatoris sicut obicit, opponit; 'alloqui' suadentis vel hortantis aut iubentis; 'eloqui' oratoris. *cf.* ISID. diff. 1, 16. *nota* alloquenda est VVLG. cant. 8, 8 *p. 1695, 47. inf.* adloquere ITALA act. 28, 20 (cod. p) videre et adloquere (adloqui *m. 2*). *formae non assimilatae praevalent; semper leguntur in codd.* LIV. (*exceptis tribus quattuorve locis*), TAC. SCRIPT. hist. Aug. *verbum legitur inde a* NAEV. *per totam latinitatem et absolute et cum obiecto coniunctum. deest apud* ENN. CATON. LVCIL. PVBLIL. LVCR. CAES. *et* CORP. Caes. SALL. NEP. HOR. TIB. MANIL. VITR. SEN. contr. FRONTONEM.

structurae: PRISC. gramm. III 354, 12 Attici προσφωνεῖν τούτους καὶ τούτοις ... Virgilius in VI (466): extremum fato, quod te alloquor, hoc est. *sollemnis est cum acc. structura, posterioribus temporibus coniungitur cum dat., cf. haec exempla*: AVG. serm. ed. Mai 132, 1 SERM. Corp. Vind. 21, 237, 6 HIST. Apoll. 47. 50 ANON. Vales. 12, 66 GLOSS. IV 304, 26. 384, 10. V 478, 8. *cf. p. 1695, 73. 55.* *apud* SEDVL. op. pasch. 2, 17 p. 220, 17 *et* ANON. Vales. 12, 69 *accusativo quid dictum sit indicatur. nota*: BARNAB. 1, 4 dum ad vos adloquor (ἐν ὑμῖν λαλήσας). *memorabile praeterea* RVF. FEST. 28 multa suos adlocutus. *seq. inf.* ARATOR act. 1, 672 *ut* VVLG. sap. 12, 2.

I *i. q. affari, appellare, adhortari, iubere, salutare, sim.* **a** *generaliter*: GLOSS. διελέχθη, προσδιαλέγομαι, προσεῖπω (II 420, 60), προσλαλεῖν, προσομιλῶ, προσφθέγγομαι, προσφωνῶ; abloquitur (IV 304, 24 obl-?), adfor[o] (II 422, 30), advoco, appello, compello. PLAVT. Amph. 388 liceat te alloqui, ut ne vapulem (*cf.* 389 loqui). 881. Merc. 366 ibo, adloquar. 774 videre amplecti, osculari, alloqui. Pseud. 1290 cogito saeviter blanditerne adloquar *eum*. Mil. 217. 423 Most. 714 *saepius.* TER. Andr. 343 cessas adloqui? Phorm. 252 hominem adire et blande ... adloqui (*cf.* QVEROL. p. 8, 1 interpellare atque adloqui). *passim.* CIC. Cluent. 170 *eum* nemo recipere tecto, nemo adire, nemo adloqui, nemo aspicere vellet. CIC. frg. inc. I 39 (Arus. gramm. VII 452) neque adsidere Gabinium aut alloqui in curia quisquam audebat. VERG. Aen. 1, 229 *Iovem* talis iactantem pectore curas ... adloquitur Venus. 1, 594 reginam adloquitur *et* ... ait. 4, 222 *Iuppiter* Mercurium adloquitur ac talia mandat. 5, 780 Venus ... exercita curis adloquitur talisque effundit pectore questus. 6, 466 *v. l. 40* (CYPR. GALL. iud. 450 *v.* BIBL. iud. 11, 35 dixit, ait). 8, 372 Volcanum adloquitur thalamoque haec coniugis aureo incipit et dictis divinum adspirat amorem. 8, 123 coram ... parentem adloquere. 10, 859 adloquitur maerentem et talibus infit. 4, 8. 4, 226. 10, 219. 11, 821. 12, 792. LYDIA 5 vos ... adloquitur, vos ... adridet ocellis. PROP. 1, 17, 2 desertas alloquor alcyonas. OV. met. 9, 243 quos ... laeto Saturnius ore Iuppiter adloquitur. 11, 282 hunc ... placido Trachinius ore talibus adloquitur. 8, 728. 9, 243. 13, 739. 15, 22. fast. 1, 228 placidis ... verbis adloquor ... deum. 3, 611. 4, 892. 6, 400. trist. 3, 4, 70 intra mea pectora quemque adloquar. 1, 3, 15. LIV. 1, 28, 1 Tullus Mettium benigne adloquitur. 1, 45, 6. 28, 18, 6. 30, 14, 3. 33, 38, 5. 3, 14, 5 benigne salutare, adloqui plebis homines, domum invitare. 22, 58, 3 Romanos ... satis miti sermone adloquitur. 26, 50, 3. 27, 10, 6. 23, 43, 9 *legatos* ad conloquium evocatos ... per interpretem adloquitur. 25, 25, 1 nec adire muros nec adloqui quemquam passi. 28, 25, 5 adloquebantur percunctantes magis ... quam factum accusantes. 33, 29, 12 copia adeundi adloquendique Romanum. 34, 48, 4 legationes in contionis modum circumfusas est adlocutus. 35, 31, 3 *legati* adlocuti ... concilio frequenti Thessalos. 41, 20, 3 non adloqui amicos, vix notis familiariter arridere. VAL. MAX. 8, 7 ext. 16 *milites* sine interprete ad-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*in Moes. sup.*) Sext. Alp(inius?) Alcimus. XIII 3655 (*in Gall. Belg.*) C. Alp(inius?) Alpi⟨cus⟩ *libertus.* **Alpīniānus.** GREG. TVR. glor. conf. 27 erant ... cum eo (*sancto Martiale in civitate Lemovicina*) duo presbiteri, quos secum ab oriente adduxit in Galeis (*'qui in vetustiore Vita S. Martialis, quam Arbellot e cod. Paris. n. 3851 A, saec. X primus edidit,* Austriclianus *et* Alpinianus *appellati sunt' Krusch*). **Alpīnulus,** -a *cogn.* CORP. XIII 5233 (*in Germ. sup.*) Alpinia Alpinula. III 12014, 674 (*in patella*) Alpinul(us) ....

Alpicus, -a, -um *adi.* CARM. epigr. 19, 4 (*Aximae in Grais Alpibus, saec. II ut vid.*) per ... montis Alpicos (*claudit senarium*). Alpicī *Alpium incolae, Alpini*: NEP. Hann. 3, 4 *Hannibal* Alpicos ... concidit. NOT. Tir. 88, 95 Alpicus. *cogn.* CORP. VI 31143 c 4 (*a. 135*) M. Vlp. Alpicus ex tabli(fero) *equitum singularium.* XIII 3644 (*in Gall. Belg.*) deae Icovel. M. Pr⟨i⟩mius Alp⟨i⟩cus v. s. l. m. 3655 C. Alp. Alpi⟨cus *vel* -nus⟩ ⟨l⟩ibertus. *Otto.*

quae sub **Alph-** *desiderantur v. sub* Alf-.

alpha, τὸ ἄλφα, *a semitica voce* aleph *tractum videtur. indecl.* (*cf.* VARRO ling. 8, 64 PRISC. gramm. III 490, 25 GRAMM. suppl. p. 89, 15. 20); *sed* IREN. 1, 20, 1 *gen.* alphae. GREG. TVR. stell. 24 *acc.* alfam. *n., sed f.* CASSIOD. var. 11, 34. GLOSS. alpha initium.

1 *littera*: VARRO ling. 8, 64 cur, quae singulos habent casus, ut litterae graecae, non dicantur alpha, alphati, alphatos, si ... mihi respondebitur ... non esse vocabula nostra, sed penitus barbara, quaeram, cur ... nostra nomina ... et ceterorum, quos vocant barbaros, cum casibus dicant. IVV. 14, 209 hoc discunt omnes ante alpha et beta puellae. IREN. 1, 20, 1 tu prior dic mihi, quid est 'a' (τὸ ἄλφα) et tunc ego dicam tibi quid est 'b' (τὸ βῆτα) ... quod manifestavit in typum alphae. HIER. in Ier. 29, 14 p. 1046 pro ... littera alpha. MACR. exc. gramm. V 614, 18 finale ἄλφα. AVSON. 41, 3 alpha suum Chresto det Acindynos, ipse sine alpha permaneat: verum nomen uterque geret. BOETH. mus. 4, 3 p. 310, 1 *in notis musicis* alpha supinum. GREG. TVR. stell. 24 has stellas quidam crucem minorem dicunt, quidam autem alfam vocant. ISID. orig. 1, 3, 4 *cf. supra p. 1524, 40* (quaest. test. 9). BEDA gramm. VII 228, 9 alpha ... tantum nomine discrepat, ceterum et figura et potestate nostrum 'a' aequiparat. **2** *i. q. unus, primus*: MART. 2, 57, 4 Cordus alpha paenulatorum. 5, 26, 1 *opp.* beta ... togatorum. ITALA apoc. 1, 8 (cod. h Primas.) ego *A* et *Ω*, dicit dominus deus (VVLG. apoc. 1, 8). 22, 13 (Cypr. testim. 2, 22 Primas.) ego *A* et *Ω*, primus et novissimus, initium et finis (VVLG. apoc. 22, 13 TERT. monog. 5 Ps. TERT. catal. haer. 5 PRAEF. bibl. monarch. Ioh. HIL. in Matth. 18, 6 numerus, qui per alpha Abrahae additus est et qui in alpha [ra, rho *codd.*] consummatus in Sara est. HIER. adv. Iovin. 1, 18. PRVD. cath. 9, 10 alpha et *Ω* cognominatus, ipse fons et clausula. PAVL. NOL. carm. 19, 645 alpha crucem circumstat et *Ω*. 19, 648 alpha itidem mihi Christus et *Ω*. ORIENT. carm. app. 3, 79. APRING. in apoc. 1, 8 (*multa, etiam de forma*). 20, 2. 22, 13; *cf. I 1, 42 sqq. et Caesar, observ. ad aet. tit. lat. diss. inaug. Bonn. 1896 p. 16 sqq.*). Ps. CYPR. pasch. 16 alpha μία. AMBR. Noe 12, 39 *primus numerus* alpha ad similitudinem est illius qui est semper. *numerus*: ISID. orig. 1, 3, 10; *cf.* PRISC. gramm. II 93, 2 Homerus in alpha Odysseae. CASSIOD. var. 11, 34 sola vos alpha complectitur; ubi ea littera, non timetur (*de viris promotis vel primariis, cf. ind. rer. p. 514*).

alphabētēs, alphabēticus *v.* alphabetites.

alphabētītēs, *ab* ἀλφάβητος *derivatum.* HIER. tract. in psalm. 111 p. 206, 12 psalmus ... alfabetites (alfabetitus, alphabeticus, alphabetes *codd.*) est. 119 p. 219, 12 psalmus ... litteratus est, hoc est alfabetites est. p. 219, 19. 22.

alphabētōdēs *ab* ἀλφάβητος. CASSIOD. in psalm. 110 praef. superiores psalmi alphabetodes quasdam litteras minus habentes.

alphabētum, -ī (-phāb- PAVL. PELL. *l. 70*) *n.* [*a gr.* ἀλφάβητος *tractum. Th.*] Ps. TERT. catal. haer. 5 ex Graecorum alphabeto. HIER. epist. 30, 3 habes et in lamentationibus Hieremiae quattuor alphabeta (5, 3, 8 p. 279 in Ezech. lib. 1 praef. in Eph. 4, 1 GILD. Brit. 1 chron. III p. 25, 19). 125, 12 alphabetum *hebraicum* discerem. reg. Pachom. praef. 9 per alphabetum speciale *mysticum* (GENNAD. vir. ill. 7 alphabetum mysticis tectum sacramentis). adv. Iovin. 2, 34 in Ier. 25, 26 p. 1019. tract. in psalm. 119 p. 219, 21 non possumus scripturam cognoscere, nisi prius alfabetum (-tham *quidam codd. cf. l. 73*) noverimus. PAVL. PELL. 65 ipsius alphabeti inter prope prima elementa. Ps. BOETH. geom. p. 397, 10. CASSIOD. var. 8, 15, 5 grues ... alphabeti formas natura imbuente describunt. APRING. in apoc. 1, 8 *gen.* alphabet(a)e *cf. l. 69.* CARM. de alphab. *inscr.* versus cuiusdam Scoti de alfabeto. *cf. Dieterich, Rhein. Mus. 56 (1901) p. 77 sqq.; W. Schulze, Sitz.-Ber. d. Berl. Akad. 1904, 760.*

Alphaeus, -ī, חַלְפַי, Ἀλφαῖος. *nom. vir. hebr.* VVLG. Marc. 2, 14 Levin Alphaei. Matth. 10, 3 Iacobus Alphaei. Marc. 3, 18 Luc. 6, 15 act. 1, 13 RVFIN. Clement. 1, 59 LIB. gener. a. 334 chron. I p. 133, 169, 9. HIER. virg. Mar. 13 Maria ... uxor Alphaei et soror Mariae matris domini (ISID. orig. 7, 9, 15). nom. hebr. p. 60, 15 Alphaeus fugitivus, sed melius millesimus. p. 66, 27 Alfaeus millesimus sive super os, ab ore non ab osse. *cf.* ISID. orig. 7, 9, 14. 15. *scriptum plerumque* Alpheus, *interdum* Alf(a)eus. AVELL. p. 571, 13 Alfeus presbyter *Syrus.* *Plenkers.*

Alphaia *nom. gent. fortasse corruptum.* CORP. II 531 (*in Lusitania, periit*) Ancharius Septimianus ..., Alphaia Lais uxor.

Alphēias *v.* Alpheus.

Alphēnōr, Ἀλφήνωρ. **1** *Niobae filius*: Ov. met. 6, 248 adspicit Alphenor laniataque pectora plangens advolat. *cf.* Archenor *et* Archemorus. **2** *socius Vlixis*: DICT. 6, 5 Alphenoris. *cf.* Elpenor.

Alphesiboea, Ἀλφεσίβοια. **1** *Phegei filia, Alcmaeonis uxor, cf. Knaack, PW. I 1636.* PROP. 1, 15, 15 Alphesiboea (Alphisiboea *codd. AFN*) suos ulta est pro coniuge fratres. HYG. fab. 244 p. 137, 3 Phegeus ... Alphesiboeae filiae suae filium *occidit.* Alphesiboea *fabula Acci*: NON. (*in codd. saepe* Alf-, *nonnumquam* Alp-) p. 15 Accius ... (in p. 279. 280) Alphesiboea (p. 73. 136. 469. 497. 485. 512). **2** *mater Adonidis, cf. Knaack ibid.*: PROB. Verg. ecl. 10, 18 ⟨ut⟩ Hesiodus (*cf. Apollod. 3, 14, 4, 1*) ait, Phoenicis et Alphesiboeae (Alpes- *Parisin.*) *filius Adonis fuit.* **Alphesiboeus** *pastor.*: VERG. ecl. 5, 63 saltantis saturos imitabitur Alphesiboeus. 8, 1 pastorum musam Damonis et Alphesiboei. 8, 5. 62 CALP. ecl. 2, 94. *semper claudit hexametrum.*

Alphēus, Ἀλφειός, *amnis celeberrimus Arcadiae et Elidis qui Olympia praeterfluit, cf. Hirschfeld, PW. I 1630.* Alpheus *deus, cf. Wentzel ibid. 1631.* PAVL. FEST. p. 18 Alphius pro Alpheo dicebatur *a veteribus Romanis; quin immo in omnibus titulis* Alphius *nom. serv. sic scriptum est, q. v. infra.* PRISC. gramm II p. 41, 14 in masculinis quoque ei pura in e longam convertitur: ... Ἀλφειός Alpheus. p. 71, 4. *casu primo apud poetas saepe* Alpheos (*cf.* Ov. met. 2, 250 SEN. Med. 81 Thy. 117. 131 LVCAN. 3, 177 VAL. FL. 8, 91. SERV. auct. Aen. 3, 694); *casu quarto* Alpheon (Ov. am. 3, 6, 29 SEN. nat. 3, 26, 5. 6, 8, 2 SIL. 14, 54 STAT. Theb. 6, 675). *in hexametro maxime sequitur pedem primum* (VERG. georg. 3, 19 Aen. 3, 694 Ov. am. 3, 6, 29 met. 2, 250 MART. 6, 85, 8 AVIEN. orb. terr. 570. 1174 CLAVD. 21, 186. 26, 575. 15, 483); *saepe in principio hexametri* (SIL. 14, 54 STAT. silv. 4, 4, 32 CLAVD. 4, 6. 25, 61 RVT. NAM. 1, 565 PRISC. periheg. 408). ACC. trag. 509 qui arcem Alpheumque (arcana asteumque *codd.*) accolunt. VERG. georg. 3, 19 Alpheum linquens lucosque Molorchi (*i. Olympia et Nemeam.* MART. 6, 85, 8 viderat Alphei praemia quinta modo *i. vixit annos viginti*). Aen. 3, 694 (*de Ortygia*) Alpheum (-aeum *R*) fama est huc Elidis amnem occultas egisse vias subter mare, qui nunc ore, Arethusa, tuo Siculis confunditur undis. *cf.* Ov. am. 3, 6, 29 Alpheon diversis currere terris virginis Arcadiae certus adegit amor. met. 5, 599 *sqq.* SEN. nat. 3, 26, 5. 6, 8, 2 Alpheon celebratum poetis. MELA 2, 17. LVCAN. 3, 177 Alpheos (-us *Bernens., Bruxell., Comment.*). PLIN. nat. 2, 225. 31, 55. VAL. FL. 8, 91 Hesperium veniens Alpheos in orbem. SIL. 14, 54. STAT. Theb. 1, 272 Sicanios longe relegens Alpheos amores. 3, 239 flave ... Alphee. VIB. SEQ. geogr. p. 145, 19 AVIEN. orb. terr. 1174. AMM. 15, 4, 6 Alpheus oriens in Arcadia. SERV. Aen. 3, 694 in qua (*Arcadia*) est fons ingens, qui ex se duos alveos creat, Alpheum et Arethusam *eqs.* ecl. 10, 4. PROB. Verg. ecl. 10, 1 Alpheus Pisae fluvius. SCHOL. Stat. Theb. 1, 271 CLAVD. 4, 9. 21, 186. 25, 61 SIDON. carm. 9, 104 FVLG. myth. 3, 12 ANTH. 110, 9. ISID. orig. 14, 33 *Sicilia habet* fontem Arethusam et Alphaeum fluvium magnorum generatorem equorum. MYTHOGR. 1, 58. GLOSS. Alpheus deus marinus. Ov. met. 2, 250 Alpheus (-os *Neapol.*). SEN. Med. 81 Alpheosque (-us *A*) sacer (*cf. Hom. Il. 11, 726* ἱερὸν ῥόον Ἀλφειοῖο; THEOCR. 25, 10. SEN. Thy. 116 nec suas profert sacer [sacras *codd.*] Alpheos undas. AVIEN. orb. terr. 570 hinc sacer Alpheus flumen trahit). Thy. 131 quem tangit gelido flumine lucidus Alpheos stadio notus Olympico. Phaedr. 505 celeris Alphei. MELA 2, 51 in Cyparissio *sinu* Alpheus. PLIN. nat. 4, 15 amnis Alpheus navigatur $\overline{VI}$ pass. 6, 21. STAT. silv. 4, 4, 32 Eleis auriga laboribus actos Alpheo (Alpheos *codd.*) permulcet equos. Theb. 6, 675 AMPEL. 6, 10. FLOR. epit. 1, 32, 4 Alphio (Alfeo *Nazar., Voss.*). SOL. 5, 16. HYG. fab. praef. p. 11, 10 Inachus, Alpheus, Thermodon *Oceani filii.* 244 p. 137, 3 Phegeus Alphei filius. 245 p. 137, 11 PRISC. periheg. 408. RAVENN. p. 401, 8 Alfo. PLIN. nat. 31, 11 lacu Alphio (Aphio, Apio *sim. codd.*) vitiligines tolli Varro auctor est (*cf.* STRAB. 8, 3, 19 φασὶ δὲ καὶ τὸν Ἀλφειὸν *fluvium* ἀπὸ τῆς τῶν ἀλφῶν θεραπείας οὕτως ὠνομάσθαι). *adi.* **Alphēus,** -a, -um: VERG. georg. 3, 180 Alphea ... flumina. Aen. 10, 179 Alpheae (Alphea *M, Prisc., pars codd. Servii*) ab origine Pisae, urbs Etrusca solo (*cf.* CLAVD. 15, 483 Alpheae ... navalia Pisae. RVT. NAM. 1, 565 Alpheae veterem ... originis urbem. PRISC. gramm. II p. 71, 4 nam possessivum quoque similiter ut primitivum proferri Virgilius ostendit. SERV. Aen. 10, 179 Alpheus fluvius est inter Pisas et Elidem, civitates Arcadiae ..., ex quibus locis venerunt qui Pisas in Italia condiderunt, dictas a civitate pristina). CLAVD. 26, 575 Alpheas ... ripas. **Alphius** *nom. serv.* CORP. VI 2120 (*a. 155*) Arri Alphii, Arriae Fadillae domini n. imp. Antonini Aug. matris liberti. 11501 Alphius Orfiti et Pisonis ser. 32480, 16 Alphius *servus.* XIV 1405 (*Ostiae*) P. Nonio Eutycheti P. Nonius Alphius fratri. 1658 Pinnae ⟨. Te⟩renti Alphii ser. 3845 (*Tibure*) C. Tiburtius Alphius. IX 573 (*Venusiae*) Alphius *servus.* X 2248 (*Puteolis*) L. Ceionius Olenius Alfio alumno. XII 268 (*Fori Iuli*) Q. Hirpid(ius) Alphius. 619 (*in agro Arelat.*) Alphios ser. INSCR. Rhen. Bramb. 434 T. Simpliciani Attarachi ... C. Val. Alphius. CORP. II 5365 (*in Hispan. Baet., litt. saec. IV vel V*). VIII 5256 (*cf.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

17406, *in prov. procos.*). PATR. Nicaen. 1, 54. 2, 53. 3, 53 Alphius (Ἄλφιος. Alphios, Alfius) *Apameae episcopus.* CONC. Const. a. 536 Mansi 8, 1041ᴮ Alphius (Ἀλφειός) monachus monasterii beati Iacobi. COD. Iust. 7, 19, 5 impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Alpheo (*a. 293*). *v. etiam* Alfius. **Alphēias,** Ἀλφηιάς, *Arethusa, amata ab Alpheo.* Ov. met. 5, 487 tum caput Eleis Alpheias extulit undis.

1. Alphiōn, -iōnis *nom. graec.* RVFIN. Clement. 10, 22 *Iuppiter vitiavit* Iphianassam (*Bücheler*, Phoenissam *trad.*) Alphionis (Alphei *Höfer, Lex. myth. Rosch. s. v.* Phoenissa), ex qua nascitur Endymion.

2. Alphiōn *v.* Amphion. [*Otto.*

alphitum, -ī *n.*, ἄλφιτον. *plerumque* alfitum *scriptum est. pluralis abiit in femininum* alfita, -ae. CHAR. exc. gramm. I 553, 25 polenta ἄλφιτα. ITIN. Alex. 20 milites iussos, quisque secum alfita ⟨e⟩sui potuive gestitaret, ea cuncti conferrent. PALLAD. 7, 12 de alfita. hordeum semimaturum . . . per manipulos ligabis et torrebis in furno *eqs.* MARCELL. med. 20, 25 sucus malorum cydoneorum . . . alphita aut alica. PLIN. med. 5, 15 polenta id est alfita (alseta *trad.*). THEOD. PRISC. eup. faen. 34 alfitis . . . fumigandi sunt *oculi. ibid.* pulvis rosarum . . . cum alfitis. 35 cum alfitis et vino. *ibid.* cum . . . alfitis (76 *bis*). 36 ex . . . alfitis. 73 cum alfitis (*hic cum recenti Berolinensi qui fere semper pro* alfitis *substituit* alfita *etiam facit Bruxellensis codex*). 75 alfitis . . . commiscebis (alfitam . . . immittis *Brux.*). 90 his . . . alfita . . . trita adhibenda erunt (erit *Brux.*). log. 2, 73 alfitis. ANTHIM. 64 nos graece dicimus alfita, latine vero polentam. ORIBAS. syn. 1, 17 cum mel et alfita. 2 add. p. 847 cum alfita subtile. *ibid.* cum pane aut alfita. p. 848 cum mala cydonia et alfita. 4, 13 *minus nutrit* alfita ex hordeo facta. azima de hordei alfita facta. 33 alfita desiccat. *V.*

Alphius *nom. vir. graecum.* MART. 9, 95 Alphius (Alpicius *pars codd.*) ante fuit, coepit nunc Olphius esse, uxorem postquam duxit Athenagoras. *quid dicat nescio.*

Alphīus *v.* Alpheus.

Alphocranōn (*genet.*) *opp. Aegypti.* PATR. Nic. 1, 3 Alphocration Alphocranon (Ἀρποκρατίων Ἀλφοκράνων *in graeco*). *Otto.*

Alphocratiōn *v.* Harpocrates.

alphos, -ī *m.*, ἀλφός *morbus.* CELS. 5, 28, 19 *vitiliginis* tres species sunt: alphos vocatur, ubi color albus est, fere subasper et non continuus, ut quaedam quasi guttae dispersae esse videantur. *ibid.* leuce habet quiddam simile alpho, sed magis albida est. *ibid.* alphos et melas. *ibid.* eos quos alphos vocari dixi. ITALA levit. 13, 39 (Lugd.) si viro aut mulieri . . . factum fuerit in corio carnis eius candidum splendens, alphos (ἀλφός, maculam coloris candidi VVLG.) est. Ps. THEOC. PRISC. de diaeta 15. DIOSC. 1, 141 tollit alfus (*acc.*). 5, 185 alfus et lepras purgat. CASS. FEL. 8 maculas albas Graeci alphus leucas vocaverunt. 9 maculas nigras Graeci alphus melaēnas vocant. GLOSS. IV 307, 48 alphus morbus sacer. *V.*

Alpicus *adi. et cogn. v.* Alpes *p. 1721, 9.*

Alpidius *v.* Alpius.

Alpidzurī *gens Scythica.* IORD. Get. 126 mox *Hunni* ingentem illam paludem (*Maeotida*) transierunt, ilico Alpidzuros (Alpizuros, Adlipzuros *sim. pars codd.*) . . . qui ripae istius Scythiae insedebant, . . . rapuerunt. *cf.* PRISC. frg. 1 p. 71 (Müller) Ἀλμιζούροις.

Alpīnius, -a *et* **Alpīniānus** *v.* Alpes *p. 1720, 71 et 1721, 2.*

Alpīnulus, -a *v.* Alpes *p. 1721, 7.*

Alpīnus *adi. et cogn. v.* Alpes *p. 1719, 73 et 1720, 44.*

Alpionius *v.* Alpius.

Alpius, -a *nom. gent. cf.* INSCR. paelign. ap. Planta gramm. osc.-umbr. II p. 544 V. Alpis. CORP. VI 1057, 2, 100 (*a. 205*) C. Alpi(us) Chresim(us) *vigil.* 11502 Q. Alpio Q. f. Tutellano. IX 1227 (*Aeclani*) Alpiae ⟨Hel⟩pidi. XI 1421 (*Pisis, a. 4*) *scribendo adfuere* . . . Q. Sertorius Q. f. Alpius Pica. XII 1941 (*Viennae, periit*) Alpia Castina. Alpius *ap.* GREG. TVR. glor. mart. 48 *est* Vlpius. *cf.* CORP. inscr. etrusc. I 1668 ϑa. alpnani. 995. **Alpidius** *nom. gent.* CORP. II 1307 (*in Hispan. Baet., periit*) Lucius Alpidius Lucii filius. **Alpionius,** -a *nom. gent. cf.* CORP. inscr. etrusc. I 1661—63 aϑ. alpiu titial. CORP. VI 9345 Hamillae Alpioniae Quintae ornatrici. XI 4232 (*Interamnae*) P. Alpionius P. l. Pile(mo?). 4243 Alpionia Clemens. **Alpo** *cogn. vir. cf.* CORP. inscr. etrusc. I 126 alpuialisa. CORP. V 5130 (*Bergomi, cf. Notiz. degli scavi 1887 p. 165*) ⟨. . .⟩antio Sex. f. Vot. Alponi.

Alpo *v.* Alpius. **Alpocra, Alpocratēs** *v.* Harpocrates.

alpus *Sabinorum v. sub* albus *p. 1502, 69.*

Alpus, Ἄλπος, *nom. gladiatoris.* CORP. III 5835ᵃ (*in Raetia, periit*) Alpus Lytra. *sub his nominibus cernitur gladiatorum par.*

Alrasius *nom. gent.* CORP. VI 1057, 2, 143 (*a. 205*) S. Alrasi(us) Iustus *vigil.* *Otto.*

? **als.** VIRG. gramm. epitom. 5 p. 36, 16 nomina . . . nominativo tantum contenta ceteris casibus privantur ut 'pus' 'rogs' 'als' 'muls'. *vide ne* ἅλς *iste alicubi invenerit.* *V.*

Alsa *fl. in Venetis prope Aquileiam, hodie* Ausa; *cf. Hülsen, PW. I 1638. v.* Alsium, Alsius. PLIN. nat. 3, 126 Alsa. PS. AVR. VICT. epit. 41, 21 fluvium, cui nomen Alsa est, non longe ab Aquileia. HIER. chron. a. Abr. 2356 Constantinus . . . iuxta Aquileiam Alsae occiditur. *itaque fortasse oppidulum fluvio adpositum fuit.*

Alseatīnus *v.* Alsietinus. **Alsenna** *v.* Alsius.

Alsetīnus *v.* Alsietinus.

Alsidēna cepa: PLIN. nat. 19, 101 cepae genera apud Graecos Sarda, Samothracia, Alsidena . . . .

Alsiēnsis *v.* Alsium.

Alsietīnus lacus *Etruriae Sabatino finitimus et* aqua **Alsietīna** *inde ab Augusto Romam perducta, cf. Hülsen, PW. I 1638.* FRONTIN. aq. 11 quae ratio moverit Augustum . . . perducendi Alsietinam aquam, quae vocatur Augusta, non satis perspicio, nullius gratiae, immo etiam parum salubrem ideoque nusquam in usus populi fluentem; . . . concipitur ex lacu Alsietino (Alsientino *Cassin.*). 18 omnibus humilior Alsietina est, quae Transtiberinae regioni et maxime iacentibus locis servit. 22 nec Virgo nec Appia nec Alsietina conceptacula, id est piscinas, habent. Alsietinae ductus post naumachiam, cuius causa videtur esse factus, finitur. 71 Alsietinae conceptionis modus nec in commentariis adscriptus est nec in re praesente certus inveniri potest, cum ex lacu Alsietino (Alsyentyno *Cass.*) et deinceps circa Careias ex Sabatino ⟨tantum accipiat⟩ quantum aquarii temperaverunt. Alsietina erogat. . . . 85. CVRIOS. urb. p. 24, 2 *aqua* Alseatina. REG. urb. p. 25, 2 Alsetina. *cf.* Alsium. *Otto.*

alsinē, -ēs *f.*, ἀλσίνη *herba.* PLIN. nat. 1, 27, 8 alsine. 27, 23 alsine, quam quidam myosoton appellant, nascitur in lucis, unde et alsine dicta est. PS. APVL. herb. 81 herbam perdicalem Graeci . . . alsinen, helxinen, parthenion dicunt.

alsiōsus, -a, -um [*cf. c.* alsius, *alsus. *Th.*]. *posteriores ad verbum* algere *formabant* algiosus. *antiquior* (*ab* alsus) *potest fuisse forma* alsosus. GLOSS. V 264, 36 alsiosus quod alget idest frigorosus. 344, 52 alsiossus frigorios. II 14, 31 (III 439, 14. 372, 59. 475, 11) algiosus (alg- *et* alc- *et* alt- *trad.*) δύσριγος. IV 14, 12 (206, 17. 307, 50. 484, 7) alsosus frigorosus (frigdosus 307, 50). VARRO rust. 2, 3, 6 stabulatur pecus melius, ad hibernos exortos si spectat, quod est alsiosum. PLIN. nat. 20, 138 dederunt . . . ante accessiones, quarum frigus intolerabile est, alsiosisque et crudam *rutam* in cibo. 21, 60 *plantaria habrotoni* alsiosa . . . admodum sunt. 22, 110 bibendum alsiosis. SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 5 algiosus fuit Horatius . . . et ipse sese inpatientem frigoris probat in libris epistularum. *V.*

Alsir *nom. mulieris.* CORP. XIV 4107 (*in vasculo Praenestino antiquissimo*) *expressum est celeberrimum Paridis iudicium pulcritudinis, sed pro deabus stant* Ateleta (*Atalante*), Felena (*Helena*), Alsir. *cf. Aust, PW. I 1639.* *Otto.*

frequentativa ut ab algeo **alsito** MAR. VICTORIN. gramm. VI 200, 3. GLOSS. V 560, 38 alsitat ab algeo frequentativum. *V.*

Alsium *opp. Etruriae non procul a Caere situm, cf. Hülsen, PW. I 1639. v.* Alsa, Alsius. DION. HAL. ant. 1, 20 πόλεις πολλὰς . . . ᾤκουν οἱ Πελασγοὶ κοινῇ μετὰ τῶν Ἀβοριγίνων ὧν ἐστιν . . . Ἄλσιον καὶ ἄλλαι τινές, ἃς ἀνὰ χρόνον ὑπὸ Τυρρηνῶν ἀφῃρέθησαν. STRABO 5, 225 PTOL. 3, 1, 4. CIC. Att. 13, 50, 4 Alsium. VELL. 1, 14, 8 initio belli Punici Firmum et Castrum colonis occupata, et post annum Aesernia postque septem et decem annos . . . Alsium. PLIN. nat. 3, 44 *Italiae latitudo* a Castro Novo Hadriatici maris Alsium ad Tuscum aequor. 3, 51. FLOR. epit. 1, 5, 6 Cora — quis credat? — et Alsium (Algidum *Nazar., Vossian.*) terrori fuerunt (IORD. Rom. 124). AVR. Fronto p. 223, 4 N. ferias apud Alsium quam feriatas egerimus. FRONTO p. 224, 2 N. ea te mente Alsium isse, ut animo morem gereres. p. 224, 26 Alsium maritimum et voluptarium locum. p. 225, 8. CORP. XI 3388 (*Tarquinis*) ab Als(io)? ITIN. Anton. Aug. p. 301, 1 Alsio. TAB. Peut. 5, 4 Alsium. RAVENN. p. 266, 14 Astium (*corrupte, cf.* p. 334, 15). *adi.* **Alsius,** -a, -um. SIL. 8, 475 Argolico dilectum litus Halaeso Alsium (Vsium, Visunt *maior pars codd.*). RVT. NAM 1, 223 Alsia . . . tellus. **Alsiēnsis,** -e *adi. et incolarum vocabulum.* LIV. 27, 38, 4 (*a. 547/207*) ad senatum hi populi venerunt: Ostiensis, Alsiensis, Antias . . . . CORP. XI 3716 (*Alsi, a. 210*) decur(iones) colon(iae) Alsiensis. 3543 (*Centumcellis*) Sex. Caecilius Sozon Augustalis r(ei) p(ublicae) Als(iensium). VAL. MAX. 8, 1 damn. 7 villae in Alsiensi agro (*a. 629/125*). PLIN. epist. 6, 10, 1 in socrus meae villam Alsiensem, quae aliquando Rufi Vergini fuit. FRONTO p. 223, 2 N. de feriis Alsiensibus (CHAR. gramm. I p. 127, 3 Fronto ad Marcum Antoninum de feriis Alsiensibus). p. 223, 11. AVR. Fronto p. 230, 18 N. litteras Alsienses. CORP. XI 3720 (*Alsi*) T. Aelio Eutycho proc(uratori) Aug(usti) n(ostri) villae Alsiensi. 3724. Alsiēnse *sc. praedium*: CIC. Mil. 54 in Alsiensi esse *Pompeium.* epist. 9, 6, 1 se in Alsiense venturum. *Otto.*

alsius, -a, -um [*cf. c.* algere, algor. *Th.*]. LVCR. 5, 1015 ignis enim curavit ut alsia corpora frigus non ita iam possent caeli sub tegmine ferre. *V.*

Alsius, -a *nom. gent.* CORP. X 1403 d 3, 9 (*Herculanei*) L. Alsius Verecundus. V 1813 (*Glemonae*) Ti. Magio Caeciniano trierarcho et Alsiae Postumae uxori. *cf.* CORP. inscr. etrusc. I 4079 velia alesi. 294 aule pumpu alsin⟨al⟩ *et* **Alsenna** CORP. XV 577 (*in lateribus aet. Hadriani*) Ti. Claudi Blasti et P. Alsennae Valentis (*scriptum* PALSENNAE). *cf.* Alsus, Alsium, Alsietinus, Alsa. *Otto.*

(**alsus**), *comp.* alsior, -ius, *ab* algere. CIC. ad Q. fr. 3, 1, 5 iam ἀποδυτηρίῳ nihil alsius, nihil muscosius. Att. 4, 8ᵃ, 1 nihil quietius, nihil alsius, nihil amoenius. *V.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Alsus *nom. vir., cf.* Alsius. VERG. Aen. 12, 304 Alsum pastorem. CORP. V 967 (*Aquileiae*) ⟨...⟩tius Alsus. *Otto.*

Altaba, -ēnsis *v.* Altava.

Altadas *nom. regis Assyriorum.* HIER. chron. a. Abr. 316. CASSIOD. chron. II p. 121, 17 Althadas. *Plenkers.*

Altanum *opp. in Bruttiis, cf. Hülsen, PW. I 1640.* ITIN. Anton. Aug. p. 115, 3 Altanum (Altinum *A*). *Otto.*

altānus, -ī *m. ventus* [*ab* altum *derivatum esse videtur. Th.*]. VITR. 1, 6, 10 dextra et sinistra austrum leuconotus et altanus flare solet. PLIN. nat. 2, 114 e mari videmus, e⟨t⟩ quidem tranquillo, et alios *ventos* quos vocant altanos et e terra consurgere. SERV. Aen. 7, 27 *flatus* omnis, id est et qui ripae est et qui pelagi, qui altanus vocatur. ISID. orig. 13, 11, 16 (= nat. 37, 5) duo sunt... spiritus magis quam venti: aura et altanus. 13, 11, 18 altanus, qui in pelago est, per derivationem ab alto, id est mari, vocatus. GLOSS. altanus πελάγιος. [*provinc.* autan. *M.-L.*] *V.*

altāria (*genet. non legitur*) *n.* [*ab* altus *derivatum esse videtur. Th.*]. *apud auctores antiquiores non traditur nisi pluralis tam pro singulis quam pro compluribus altaribus.* PHOC. gramm. V 428, 13 quae in singulari numero non declinantur... altaria. *singulares inveniuntur inde a* PETRON. *formae hae:* altare, -is PETRON. 135 FEST. p. 371 APVL. Plat. 1, 1; *passim ap. scriptores christianos. cf.* CHAR. gramm. I 61, 21 hoc altare, haec altaria. PS. ASPER gramm. suppl. 43, 3. 47, 12 altare ... dici debet. altarium, -i CORP. VI 414^b (*a. 191*) PS. CIC. *p. 1726, 73 in* ITALA *et ap. christianos frequens.* altarius BREV. de Hier. (*cod. S*) *v. p. 1729, 60.* altaris ITIN. Theod. 12. 28; *acc.* altarem *frequenter legitur in* ITALA *et apud christianos recentiores, sed plerumque pro neutro videtur habitus esse. cf.* GRAMM. suppl. 299, 13 altare ... sine 'm' scribendum (301, 4) *et Bonnet, le latin de Grégoire de Tours p. 348.* altar *saepius ap.* PRVD. *et* CYPR. GALL. *legitur, singulis locis in* DIDASC. apost. 37, 35 *et* CORP. XII 5338 (*saec. V*). *poetae formis* altaria *et* altaribus *saepissime ut res fert utuntur in paenultimo pede versus hexametri, ex. gr.* altaria donis (LVCR. *bis*, VERG. *bis*, DAMAS.), altaria fumant *sim.* (VERG. OV. SIL. STAT. CLAVD.), altaria circum (VERG. *quater* CORIPP. Ioh. 6, 154. 8, 302), altaria flammis (VERG. TIB. MANIL. SIL. *bis* STAT. PAVL. NOL.), altaria liquit *sim.* (VERG. SIL. STAT.), altaribus ignes *sim.* (OV. SIL. *bis* HOMER STAT. Theb. *quater*), altaria Christi (DAMAS. *ter*). *in antepaenultimo pede hexametri legitur ap.* LVCR. VERG. OV. PAVL. PELL. *in metris iambicis et trochaicis ap.* VERG. catal. 13, 22 SEN. Med. 39 STAT. silv. 2, 7, 17 AVSON. 152, 14. GLOSS. βωμός, περιβώμια, καπ⟨ν⟩ωτήρια, ἔνπυρα, θυσιαστήριον, ἐπιβωμίς, βωμισκάριον. PAVL. FEST. p. 5 adolescit a graeco ἀλδήσκω id est accresco venit, unde fiunt... altare, eo quod in illo ignis excrescit. ... altaria sunt, in quibus igni adoletur. p. 29 altaria ab altitudine dicta sunt, quod antiqui diis superis in aedificiis a terra exaltatis sacra faciebant; diis terrestribus in terra, diis infernalibus in effossa terra. SCHOL. Stat. Theb. 4, 459 scrobiculo facto inferis, terrestribus supra terram sacrificamus, caelestibus exstructis focis, unde etiam nominata sunt altaria, atque sacrificantes manus porrigimus in altum. SERV. ecl. 5, 66. ISID. orig. 15, 4, 14 altare ... ab altitudine constat esse nominatum, quasi alta ara. GLOSS. V 438, 53 altaria arae dictae ab altitudine [perticae]. IV 15, 14 ar[e]ae in altitudinem instructae divinorum (307, 52). *male* V 424, 3 altare dicitur quod alta res, id est divina, in eo agitur. SERV. Aen. 2, 515 superorum et arae sunt et altaria, inferorum tantum arae. 3, 305 mortuorum arae, deorum altaria dicuntur ... quamvis hoc frequenter poeta ipse confundat. 5, 54. 5, 93 altaria species ararum. DIFF. ed. Beck p. 35, 63 inter altaria et aras: altaria soli deo ponuntur, arae etiam mortuis fiunt (DIFF. gramm. suppl. 287, 19). *cf. etiam* CASSIOD. gramm. VII 209, 3 *et infra p. 1727, 14.* *interdum* altaria *summam partem* arae *significare videntur, ut* LVCAN. 3, 404 PS. QVINT. decl. 12, 26 TAC. ann. 16, 31 SOL. 8, 6 SERV. auct. ecl. 5, 66 alii altaria eminentia ararum et ipsa libamina. altaria *etiam pro iis, quae in altaribus offeruntur, posita esse innuitur* SERV. auct. Aen. 12, 174 SCHOL. Verg. Veron. Aen. 5, 93 SCHOL. Verg. Bern. ecl. 8, 105. *cf. Haupt, opusc. III p. 80.* [*val.* altar, *it.* altare, *francog.* autel, *hisp.* altar. *M.-L.*]

I *de* **deorum** *altaribus*: PACVV. trag. 233 vitam propagans exanin⟨...⟩ altaribus. CIC. Catil. 1, 24 ab *aquilae argenteae* altaribus saepe... impiam dexteram ad necem civium transtulisti. har. resp. 9 ab altaribus religiosissimis fugatus. Planc. 86 furialis illa vox, nefariis stupris religiosis altaribus effeminata (*locus videtur corruptus*). LVCR. 3, 432 cernimus... exhalare vapore⟨m⟩ altaria ferreque fumum. 4, 1237 sanguine... conspergunt aras adolentque altaria donis. 6, 752 fumant altaria donis. VARRO rust. 2, 5, 11 qui ad altaria *bovem emunt lanii*, hostiae sanitatem non solent stipulari (*opp.* ad cultrum). 3, 16, 5 favus venit in altaria et mel ad principia convivii... administratur. frg. Porph. Hor. carm. 4, 6, 28 in viis publicis ... Athenienses statutis altaribus sacrificare Apollini instituerunt. VERG. catal. 13, 22 te movere lumbos... prensis videbo altaribus *Cotyttus*. ecl. 1, 43 bis senos cui nostra dies altaria fumant (OV. epist. 1, 25 SIL. 12, 332). 8, 105 corripuit tremulis altaria flammis... cinis. georg. 3, 490 impositis ardent altaria fibris. Aen. 2, 550 altaria ad ipsa trementem traxit. 4, 145 mixtique altaria circum Cretesque Dryopesque fremunt. 4, 517 ipsa mola manibusque piis altaria iuxta ... testatur moritura deos (CARM. c. pag. 116). 5, 54 strueremque ... altaria donis. 5, 93 anguis ... depasta altaria liquit. 7, 71 castis adolet dum altaria taedis. 7, 211 numerum divorum altaribus auget. 8, 285 Salii ... incensa altaria circum ... adsunt. 11, 50 cumulatque altaria donis (DAMAS. epigr. 32, 3). 12, 174 paterisque altaria libant. CIRIS [94 altaria]. 376 spargens altaria thallo. AETNA 596 subiecta altaria cervae. TIB. 3, 12, 17 urunt altaria flammae. OV. met. 5, 103 huic Chromis amplexo tremulis altaria palmis decutit ense caput, quod protinus incidit arae. 7, 588 quis non altaribus illis inrita tura dedit? ... animam finivit in aris. 12, 258 spectans altaria vultu fumida terribili. ... sustulit aram. Pont. 2, 3, 99 cum faceres altaria pinguia ture. 3, 1, 161 imposito sanctis altaribus igni tura fer ad magnos vinaque pura deos. fast. 2, 193 fumant altaria Fauni. 2, 711 mediis altaribus anguis exit. LIV. 2, 12, 13 rex cum ... amoveri ... ab altaribus *Mucium Scaevolam* iussisset. 10, 38, 9 admovebatur altaribus magis ut victima quam ut sacri particeps. 10, 38, 11 obtruncati circa altaria sunt. VERAN. Macr. sat. 3, 2, 3 exta porriciunto, dis danto, in altaria aramve focumve. MANIL. 1, 20 (*in imagine*) bina mihi positis lucent altaria flammis. FEST. p. 313 strebula ... ⟨quae⟩ in altaria in⟨poni solebant⟩. p. 371 victimam ... quae vincta ducatur ad altare. VELL. 2, 22, 2 superfuso ... altaribus sanguine. VAL. MAX. 1, 6, 12 Iuppiter ... monuerat ... ab ... altaribus hostiarum fuga. 2, 2, 8 imperatoribus nostris quam sanctas manus habere deberent, apud ista altaria (*i. in sacrificiis tribunorum plebis*) discentibus. 3, 3, 1 immolantemque ante altaria conatus occidere est. 5, 3, 3 a sacris perfidae mensae et altaribus nefandorum penatium avulsum. 5, 10 ext. 2 alius removisset hostiam, abiecisset altaria. 9, 7, 4 ab ipsis altaribus *Concordiae* fugere ... coactum. SEN. Med. 39 ut ipsa ... caedam dicatis victimas altaribus. dial. 1, 6, 8 inter ipsa altaria et sollemnes sacrificantium ritus ... mortem condiscite. 6, 13, 2 luctus ... cuius ... primus impetus ab altaribus publicis et fausta nuncupatione non abduxit patrem. MELA 3, 18 *Galli*, ubi devotos altaribus admovere, delibant. LVCAN. 1, 445 horrensque feris altaribus Esus et ... ara Dianae. 3, 404 structae diris altaribus arae. PETRON. 135 mensam ... posuit in medio altari, quam vivis implevit carbonibus. PLIN. nat. 10, 36 *avis* carbonem ferens ex aris vel altaribus. 15, 135 ut ... accendi ex *lauro et olea* altaria araeve debeant. VAL. FL. 1, 90 niveique greges altaria cingent. 4, 152 segnes ad iniqua altaria tauros constituit. SIL. 1, 96 inaccensi flagrant altaribus ignes. 1, 543 et vos virginea lucentes semper in ara Laomedonteae, Troiana altaria, flammae. 3, 29 irrestincta focis servant altaria flammae. 5, 65 taurus ... altaria liquit (*syn.* aras). 8, 385 flagrant altaribus ignes. 8, 432 litoreae fumant altaria Cuprae. 12, 751 Anienicolis statuunt altaria nymphis. 15, 438 ruptis linquunt altaria sacris. 16, 204 fugiens altaria taurus. HOMER. 34 sacros posuisse altaribus ignes. STAT. Theb. 1, 512 canis etiamnum altaribus ignes ... cinerem ... servabant. 1, 556 largoque refecti ture vaporatis lucent altaribus ignes (*syn.* ara). 4, 412 turea nec supra volitante altaria fumo. 5, 61 Paphon ... centumque altaria linquens. 7, 96 nec Castaliis altaribus anguis *adrepat*. 8, 302 intacto spargens altaria lacte. 10, 55 ingestis vigilant altaria flammis. 10, 616 stabat fatidici prope saeva altaria vatis. 11, 230 taurus ... insanoque ferens (insano feriens *codd. dett.*) altaria cornu. 12, 488 lacrimis altaria sudant. 12, 506 norant altaria gentes (*syn.* aris). silv. 2, 7, 17 centum Thespiacis odora lucis stent altaria. 3, 1, 31 Pharii polluta altaria regis. 3, 2, 114 quae sibi praesternat vivax altaria Phoenix. 3, 3, 24 festaque pallentes hilarent altaria lucos. IVV. 12, 119 si qua est nubilis illi Iphigenia domi, dabit hanc altaribus. 13, 89 intrepidi quaecumque altaria tangunt. TAC. hist. 2, 3 sanguinem arae obfundere vetitum; precibus et igne puro altaria adolentur, nec ullis imbribus ... madescunt. 3, 56 profugus altaribus taurus. ann. 1, 39 legatus ... sanguine suo altaria deum commaculavisset. 4, 70 quo modo delubra et altaria, sic carcerem recludant. PLIN. paneg. 1, 5 electus ... inter aras et altaria. 23, 5 plena altaribus, angusta victimis cuncta. SVET. Aug. 94 infuso super altaria mero. Cal. 13 inter altaria et victimas ... incessit. 32 admota altaribus victima. Vit. 13 inter altaria ... rapta e foco manderet. CALP. decl. 26 pueros in ipsis sacris deum et altaribus educavi. *ibid.* inter aras et altaria, ubi publica vota suscepi. FRONTO p. 154, 15 N. vitis se ante ilicem ferebat, quod ... fructum hominum conviviis et deorum altaribus crearet. APVL. met. 11, 10 *v. II 1632, 39.* Plat. 1, 1 vidisse ... cygni pullum ex altari ... volasse. Socr. 18 p. 161 *vates* simul alites et altaria et arborem contemplatus est. PS. CIC. exil. 24 a *deorum* altariis (-bus *vulgo*) impiam civium manum removi. TERT. pall. 4 p. 935 Oehl. ubi Busiris et bustuaria altaria? apol. 25 p. 224 temeraria (temporaria *cod. Fuld.*) de caespite altaria. CYPR. laps. 8 ara illa ... diaboli altare (*cf.* 15 diaboli aris. epist. 59, 12). SOL. 8, 6 ara est ... Iovi dicata, cuius altaribus si qua de extis inferuntur. 33, 12 strue altaribus superposita. SPART. Sept. Sev. 21, 9 ⟨ut⟩ Severus ... pius et dignus deorum altaribus haberetur. ARNOB. nat. 2, 76 cum ... acerras omnes turis plenas conficiatis altaribus. 7, 3 ex his rebus, quae admoventur altaribus. 7, 4. 25 ut *cibi* sacris ... adoleantur altaribus. 7, 37 sacrisque incendit altaribus tus. AVIEN. Arat. 207 ture Epidaureae fumant altaria sedis. AVSON. 152, 14 foculumque vivi caespitis vanis relinquo

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

altaribus. QVEROL. p. 30, 7 perorant ante aras atque altaria. AMM. 28, 1, 13 HYG. astr. 2, 15. CLAVD. carm. min. 27, 96 divino spirant altaria fumo. PS. AVR. VICT. orig. 3, 7 dato ture in altaria. PRVD. c. Symm. 2, 358 Roma ... altaria divum addidit et spoliis sibimet nova numina fecit. AVG. civ. 2, 22 ab urbis altaribus tam multos ac minutos deos tamquam muscas abegerunt. 3, 12. 4, 20 cur ... Fides ... accepit ... templum et altare? ... Fides ... et Pudicitia ... in aedibus propriis altaria meruerunt. 4, 23. 18, 18 ut ... hominibus mortuis ... templis, altaribus, sacrificiis ... inserviant (serm. 273, 6). MACR. sat. 3, 5, 8 ENNOD. dict. 2, 5 p. 431, 25. 12, 1 p. 461, 19 libemus litterarum numini, quod de ipsarum fluxit altaribus. ISID. orig. 20, 3, 7 infertum vinum dicitur, quod altario libatur atque offertur.

notabilia: *de altaribus exstruendis, dicandis, ornandis, sim.*: SERV. auct. ecl. 5, 66 Varro diis superis altaria, terrestribus aras, inferis focos dicari adfirmat. VERG. ecl. 5, 66 en quattuor aras: ecce duas tibi, Daphni, duas, altaria, Phoebo (*cf.* SERV. *in h. l. et in* Aen. 3, 305). 8, 64 molli cinge haec altaria vitta, verbenasque adole pinguis et mascula tura (AVSON. 356, 7). 8, 74 terque haec altaria circum effigiem duco. LIV. 31, 17, 6 ut ... iuberent ... sacerdotes victimasque adduci et altaria in medio poni. CVRT. 3, 3, 9 ignis ... argenteis altaribus praeferebatur (4, 14, 24). 5, 1, 20 argenteis altaribus utroque latere *itineris* dispositis, quae non ture modo, sed omnibus odoribus cumulaverat. SIL. 16, 430 statuesque altaria patri. HOMER. 549 festis altaria sertis exornant. STAT. Theb. 10, 597 pone heia altaria virgo, quaeramus superos. silv. 4, 8, 37 festos cumulare altaribus ignes. 4, 8, 9 sertis altaria cingat. PS. QVINT. decl. 12, 26 quod aris altaria non inposuimus. IVV. 12, 94 pro cuius reditu tot pono altaria. TAC. hist. 2, 70 exstructis altaribus caesisque victimis. CORP. VI 414b (*a. 191*) altarium cum columella ... ornavit. VIII 9015 (*a. 200*) templum ... T. Aelius ... libens altaribus dedicavit (20744 *a. 213*). VI 32416 (*saec. III med.*) Fl. Publiciae v(irgini) v(estali) ... per omnes gradus sacerdotii aput divina altaria omnium deorum ... deserviens. III 5942 (*in Castris Reginis, a. 240*) aram alt⟨ar⟩e ... d. d. SOL. 49, 6 ut altaria ... strueret. ITALA iud. 6, 28 (Lugd.) eversum altarium Bahal. IV reg. 21, 3 (didasc. apost. 21, 26) eregit altarem Bahal ... fecit altaria omni militiae caeli .... 21, 4 aedificavit altarem ... serviit altaribus .... 21, 5 aedificavit altaria. ARNOB. nat. 6, 1 quod ... non altaria fabricemus, non aras. AVR. VICT. Caes. 23, 1 in palatii penetralibus altaria constituit. VVLG. IV reg. 18, 22 abstulit Ezechias excelsa et altaria. 21, 5. 23, 12. 15 altare illud et excelsum destruxit. II par. 14, 2 subvertit altaria peregrini cultus. 23, 17. 30, 14 *saepius*. 34, 7 cumque altaria dissipasset. HIER. epist. 96, 12 quis ... tot errorum fabricatus altaria est et ararum profana tura succendit? *de altaribus iurandi loco, asylo, sim.*: VERG. Aen. 2, 515 hic Hecuba et natae nequiquam altaria circum ... sedebant (*syn.* ara). OV. met. 5, 36 nisi post altaria Phineus isset: et ... scelerato profuit ara. LIV. 21, 1, 4 Hannibalem ... altaribus admotum tactis sacris iureiurando adactum (35, 19, 3). SEN. contr. 3, 1 sanctissimum numen, quasi parum violasset inter altaria ⟨aras⟩que. 10, 5, 7 inter altaria Olynthi senis crucem posuit. VAL. MAX. 9, 3 ext. 3 Hannibal ... ut ... altaria tenens iuraret. IVV. 8, 156 Iovis ante altaria iurat. TAC. ann. 11, 9 complexi dextras apud altaria deum pepigere fraudem ... ulcisci. 16, 31 altaria et aram complexa ... inquit. STAT. silv. 3, 1, 184 tangens surgentem altaribus ignem ... iuravit. IVST. 24, 2, 8 sumptis in manus altaribus, contingens ipsa simulacra et pulvinaria deorum ... adiurat. AVG. civ. 3, 31 sanguis ... inter ipsa quoque deorum altaria fundebatur. ENNOD. opusc. 2, 132 p. 328, 8 quae diu venerata est, plena sanctitate calcat altaria. *de potestate imperatoris*: COD. Theod. 14, 4, 8 pr. (*a. 408*) nisi ... de nostris altaribus per ... rescriptum ... fuerint elicita. NOVELL. Valent. 20, 1 pr. ENNOD. opusc. 1, 2 p. 261, 14 propriis maiestas tua oblationem litterariam dignetur altaribus. *nomen astri*: GERM. 691. MART. CAP. 8, 843 Altarium.

II *de altaribus* ***dei Iudaeorum et Christianorum***: *in scriptura sacra* (*est translatio vocis* θυσιαστήριον *exceptis locis* Ios. 22, 10—34 II par. 31, 1 Is. 17, 8. 27, 9, *ubi* βωμός *legitur*): ITALA gen. 35, 1 (Hil. trin. 4, 30) fac altarium deo. exod. 17, 15 (Monac.) aedificavit Moyses altare domino. 20, 24 (didasc. apost. 49, 20) si ... facis mihi altarem (30, 1 Lugd.). 24, 6 (Ottob.) partem sanguinis effudit ad altarem. 27, 3 (Ottob.) facies coronam altario. 27, 5 (Ottob.) subtus graticulam ... altarii ... usque ad altaris medium. 27, 7 (Lugd.) ad latera altarii. 29, 12 (Lugd.) secus bassem altaris. 29, 25 (Lugd.) super altarem holocaustomatum (AVG. quaest. hept. 3, 23 p. 254). 29, 36 (Lugd.) purificabis altarem, dum sanctificas te super eum, et lenis eum ... purificabis super altarem et sanctificabis eum et erit altare sanctum sanctorum. omnis qui tetigerit altarium sanctificabitur. 30, 20 (Lugd.) accedent ad altarem. 31, 8 (Lugd.) facient ... altaria (τὰ θυσιαστήρια). 38, 23 (Monac.) vasa altaris (Lugd. arae). 28, 24 (Monac.) fecit altari interpositorium (Lugd. altario cancellum) ... ad tollendum altare (Lugd. ara). 40, 6 (Monac.) altare fructum pones (Wirc. altarium frugum). 40, 9 (Monac.) sancies altare (Lugd. Wirc. sanctificabis aram). lev. 10, 9 (Lugd. Tert. ieiun. 9 p. 285) ascendetis ad altare (I reg. 2, 28 [Aug. civ. 17, 5]). psalm. 25, 5 (Veron. Tert. pudic. 18 p. 259) altare tuum circumdabo. I reg. 2, 33 (Aug. civ. 17, 5) virum exterminabo tibi ab altari meo. III reg. 19, 10 (Optat. 6, 1 p. 144) altaria tua confregerunt (τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν. Priscill. tract. 3, 60. Aug. civ. 17, 22 suffoderunt. VVLG. destruxerunt; *repetitur locus* Rom. 11, 13, *ubi* ITALA [cod. g] *tradit* destruxerunt, [Ambrosiast.] effoderunt, [cod. d] VVLG. suffoderunt). II par. 26, 19 (Lucif. non parc. 6) in manu eius erat altare (θυμιατήριον, VVLG. turibulum). Os. 3, 4 (Aug. civ. 18, 28) sedebunt ... sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio (HIER. epist. 29, 6. 123, 13 AVG. civ. 17, 5). Matth. 5, 23. 24 (codd. g′q Aug. civ. 21, 27). 23, 18. 19. 20 (codd. a d δ e g′ h l r *cf.* HIL. in Matth. 24, 6 DIDASC. apost. 57, 35). 23, 35 (*iidem codd.*). Luc. 1, 11 (cod. b) a dextris altarii incensi (cod. d altari, codd. d f l q VVLG. altaris, cod. e in medio altaris supplicationis). 11, 51 (codd. a b d δ e f l q r Priscill. tract. 3, 60; *cf.* TERT. scorp. 8 p. 161). I Cor. 9, 13 (codd. d g Ambrosiast.; *cf.* PRISCILL. can. 62 p. 135, 21 HIER. epist. 52, 5. 11. 66, 8). 10, 18 (codd. d g Ambrosiast.). Hebr. 7, 13 (cod. r) nemo intendit altari (VVLG. altari praesto fuit, cod. d nullus praesto fuit ad aram). VVLG. *passim, cf. concordantiam.* *altaria caeli*: ITALA apoc. 6, 9 (cod. g) VVLG. vidi subtus altare ([Cypr. testim. 3, 16 Primas.] sub ara). 8, 3 (Primas.) stetit super altarium dei ... ad aram dei auream (cod. g VVLG. ante altare ... super altare). TERT. orat. 5 clamant ... animae martyrum sub altari. anim. 9 p. 312. 55 p. 388 paradisi regio ... quae subicitur altari. scorp. 12 p. 173). IREN. 4, 18, 6 nos ... offerre vult munus ad altare ... est ergo altare in caelis. HIER. hom. Orig. in Is. 1, 4 deferatur ... mihi de altario caelesti forceps ut tangat labia mea (*cf.* HIER. in Is. 6, 6. VVLG. Is. 6, 6 altare). AVG. in psalm. 25 serm. 2, 10 est caeleste altare et non amplectitur illud altare, nisi qui lavat manus in innocentibus. 42, 5 est ... quoddam sublime altare invisibile, quo non accedit iniustus *eqs.* epist. 127, 9. *apud scriptores*: TERT. orat. 11 ascendamus ad altare dei. 28 orationem ... deducere ad dei altare debemus (castit. 10). ieiun. 16 p. 295 post altare diffissum (diffusum *cod.; cf.* VVLG. III reg. 13, 3 scindetur). *ibid.* p. 296 deus ... tibi venter est ... et aqualiculus altare. coron. 9. patient. 12 nemo ... munus apud altare perficiet. adv. Marc. 4, 39 p. 263 Oehl. nemo ... sanguinis flumina ... unius altaris cruentationi adaequat. CLEM. ad Cor. 41 *victima* in Hierusalem ... offertur ... contra aedem iuxta altare. CYPR. epist. 1, 1 altari et sacrificiis deservire (67, 1). *ibid.* templo et altari et ministeriis divinis vacabant ... ab altari (altariis, altaribus *quidam codd.*) et sacrificiis non recedant. 1, 2 neque enim apud altare dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes et ministros voluit avocari. 3, 3 sic altare profanum foris conlocatur. 43, 5. 59, 18 sacerdotibus ... domini altare removentibus ... idola cum aris suis. 61, 2. 63, 5. 67, 4 altaris ministerium. PS. CYPR. Iud. incred. 9 constituit altario sacerdotem. singul. cler. 38 altariis placere debent, qui altariis vivunt. HIL. c. Const. 11 protraxerunt de altario sacerdotes. ZENO 2, 30 sacri altaris ... cancellis. PRISCILL. tract. 3, 67 polluto altario domini. OPTAT. 1, 19 altare ... in quo ... episcopi ... obtulerant ... altare contra altare erectum est (*cf. infra l. 84*). 2, 8 umbilicum altare adfirmare conatus es (*cf.* VVLG. cant. 7, 2). 2, 18 p. 52. 2, 21 p. 59. 3, 12 p. 100 cum altaria sollemniter aptarentur. 6, 1 p. 142 altaria dei ... frangere, radere, removere *eqs.* p. 143 quid est ... altare nisi sedes et corporis et sanguinis Christi? DAMAS. epigr. 12, 5 numerus procerum servat qui altaria Christi? (31, 2. 52, 4). ANON. Vales. 14, 83 diabolus ... iussit ... oratorium sancti Stephani, id est altarium, subverti. AMBR. inst. virg. 17, 108 famula ... tuis assistat altaribus. exhort. virg. 14, 94 domine ... supra haec altaria, quae hodie dedicantur ... intende. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 71 *sacerdotes* servientes altari, vivant de altari (epist. 14, 8 de altario). 52, 10 gemmis altare distinguitur (130, 14. 148, 19). 60, 12 si niteret altare. 60, 16. 69, 9 vespere in circo, mane in altario. 91 altare ecclesiae Alexandrinae. 92, 2 sicut daemones ... assidentes aris gentilium pascebantur, ita et angeli ... versabantur prope altaria. 108, 13 altare dirutum. 114, 2. 123, 5 admittatur ad altare. 125, 17. 130, 2. 147, 4 inter ostia quondam praesepis domini, nunc altaris. 147, 10. c. Lucif. 5 sacerdos ... altari reconciliat. ... qui iacere deberet in stercore ... super altarium reponis? DIDASC. apost. 26, 1. 31, 31 vidua non est conligata altario Christi. 37, 35 altar is ... dei deputatus est. PRVD. cath. 7, 203 altaris aram quod facit placabilem. perist. 3, 212 sic venerarier ossa libet, ossibus altar et inpositum. 4, 189 haec sub altari sita sempiterno ... turba. 5, 31. 515 altar quietem debitam praestat beatis ossibus. subiecta nam sacrario imamque ad aram condita *ossa.* 9, 100 altar tepescit ore, saxum pectore. 10, 49 altaris aram funditus pessumdare. ditt. 80 cornu crucis, altar, olivum (*syn.* ara). PAVL. NOL. carm. 5, 45. 6, 38 *Zacharias* intima divinis decorans altaria flammis. 14, 94 alma pio celebrans altaria cultu. 14, 98 clara coronantur densis altaria lychnis. 27, 401 altaria tuta, *syn.* sub caelite mensa (epist. 32, 6. 7. 8. 17). 31, 341 discisso nudata altaria velo. epist. 2, 2. 32, 5 p. 280, 16 (*in carm.*) circumdansque rudes festis altaribus agnos (*i. neophytos.* ALC. AVIT. hom. 6 p. 110, 15 festivis altaribus). 10 p. 286, 4 reliquiis apostolorum ... intra absidem trichora sub altaria sacratis. INSCR. christ. Rossi II p. 189, 2, 3 nunc populo spatiosa piis altaria praebet *locus* (*forte* PAVL. NOL.). AVG. psalm. c. Don. 17 sic fecerunt scissuram et altare contra altare (24. 73. 109. 284 epist. 43, 17. 18 serm. 46, 36).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de mente, cogitationibus, affectibus (*saepe non liquet translatio utrum ex notione I an ex II petita sit; quae omnia hic proponentur*): VERG. Aen. 1,26 alta mente repostum, *ubi* SERV. secreta, recondita. GLOSS. alta mente: intimo corde; intimo corde sive secreto, profundis sensibus; profundis sensibus, diligenti memoria (*ad* VERG. Aen. 1,26). CIC. Mil. 21 homo sapiens atque alta et divina mente praeditus multa vidit. OV. met. 1,76 sanctius his animal mentisque capacius altae. MANIL. 4,308. LVCAN. 6,228 tegens alta suppressum mente furorem. STAT. Theb. 3,400 ipse alta reductus mente renarrat principia irarum (*cf. IV*). AMM. 19,11,9 altis (*ad* verbis *Gardth. trahit*) mentibus. LIV. 9,7,3 ex alto animo *cod. Vps.*, -i *Voss. 1*). VAL. MAX. 9,13 ext. 1 opum magnitudine quam altiore animi sensu felicior *Xerxes*: quis enim mediocriter prudens ...? CLAVD. 5,280 sensu dolor haeret in alto abditus. CIC. fin. 5,3 memoria. VAL. MAX. 7,2 ext. 7 Aristophanis quoque altioris est prudentiae praeceptum. SIL. 16,339 (*ibid.* interior cura). QVINT. inst. 2,13,15 altissima. HEGES. 2,8,5 MACR. sat. 1,12,9. VAL. MAX. 7,3 ext. 3 si altior cogitatio demissa fuerit. VAL. MAX. 9,14 praef. doctrina. VEG. mil. 4,41 *opp.* imperitiae usus. AVG. civ. 7,8. CVRT. 6,11,28 altiore concepta consilio. STAT. silv. 2,6,51. TAC. hist. 4,14 occultato. VOPISC. Car. 13,1 Diocletianum consilii semper alti. VEG. mil. 2 praef. HEGES. 4,11 SVLP. SEV. dial. 1,5,6. 1,10,4 BENED. reg. 63,13. PLIN. nat. 14,51 litteris eius altioribus. GELL. 13,10,1 *v. IV p. 1783, 5.* VAL. FL. 7,88 *Iason* tandem obtutu consurgit ab alto. QVINT. inst. 8,3,83 ἔμφασις altiorem praebens intellectum, quam quem verba per se ipsa declarant. TAC. ann. 13,16 (*opp.* inprudentes). PLIN. epist. 4,30,1 eruditio. GELL. 1,6,9 disciplinas altiores. PORPH. Hor. epist. 2,2,143 scientia. SERV. Aen. 6 praef. ARNOB. nat. 3,12 altioris intellegentiae doctores. HIER. in Agg. 1,1 p. 741 iuxta altiorem intellegentiam, *cf.* 1,2 p. 755 ut ex his ad sublimiorem intellegentiam ... lector ascendat. in Is. 5,11/12 p. 76 in psalm. 146. LACT. opif. 14,8 tam obscurae altaeque rationis. BOETH. herm. sec. 1,2 p. 52,23. FIRM. math. 1,1,2 nimis altis ac subtilibus disputationibus. DON. Ter. Eun. 142 alta et acuta inventio *poetae*. SERV. Aen. 4,58 est etiam sensus altior. AMBR. Noe 4,10. 29,111. 30,115. SCHOL. Cic. Bob. 265,4/5 sapientia. AVG. civ. 21,12. HIER. tract. p. 375,3 secundum altiorem interpretationem. AVG. civ. 1,28 providentia creatoris (*ibid. adi.* inscrutabilis). 8,24 alta et secreta. 10,29 altiore peritia haec esse animalia beatissima (*sidera*). SVLP. SEV. Mart. 5,2 vir altioris ingenii. dial. 1,25,6. BOETH. herm. praef. 2,14 p. 225,13 altior huius libri tractatus.

alia: VERG. Aen. 10,624 sin altior istis sub precibus venia ulla latet. QVINT. decl. 325 p. 281,16 altius convicium quaestio ista habet. 296 p. 170,10 altiora sunt crimina. MART. CAP. 5,452 negatio (alia *edd.*). QVINT. inst. 3,8,42 est altior quaestio (VLP. dig. 10,4,3,13 si *exceptio* obscurior vel quae habeat altiorem quaestionem *sit. cf.* GELL. praef. 13). AMBR. off. 2,9,48 interrogatio. MAR. VICTORIN. ad Iust. 1 quae dicuntur altioris inquisitionis secreto penetra vel indaga. GELL. 14,2,25 maius ego altiusque id esse existimavi, quam quod meae aetati et mediocritati conveniret. MACR. sat. 1,7,4 altius quiddam ... cogitaturi (*cf.* θ secretum). AVSON. 205,17 consilia nullus ... altiore conditu texit data. AMM. 15,9,8 quaestiones occultarum rerum altarumque. BOETH. herm. sec. p. 198,12 res altiores. *religio, mysterium*: APVL. met. 11,11 altioris ... et magno silentio tegendae religionis. ITIN. Silv. 46,6 verba (-um *cod.*) ..., quae sunt misterii altioris (HYMN.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ambros. 1, 3, 22). *plane i. q. obscurus* (*ex graeco*): ITALA Ezech. 3, 5 (Lucif. de non parc. 9) non ad populum alti sermonis mitteris ad Israel neque ad populos multos aliae vocis aut aliae linguae (VVLG. profundi, βαθύγλωσσον LXX). VVLG. Is. 33, 19.

de animi motionibus, statu, sim.: GLOSS. altum dolorem: infixum (*ad* VERG. Aen. 1, 209). CATVLL. 68, 117 sed tuus altus amor barathro fuit altior illo. VERG. Aen. 1, 209 premit altum corde dolorem. CARM. epigr. 1183, 7. GRATT. 366 illa gravis labes et curas⟨t⟩ altior illis (*cf. p. 1779, 62 sqq.*). AMM. 21, 12, 21. 29, 5, 46. 30, 10, 4. SEN. dial. 1, 6, 4 quantum altae ac verae foeditatis alienus splendor absconderit. SEN. dial. 3, 4, 3 quaedam *irae* altae gravesque. SEN. dial. 7, 4, 4 laetitia. SEN. clem. 1, 1, 8 securitas (54, 5). SEN. nat. 6, 24, 5 interior et alterior iniuria. epist. 21, 4 oblivio. CVRT. 10, 2, 20 subest... altius malum. 10, 9, 8 alta (alia *codd.*) dissimulatione. LVCAN. 5, 434 torpor. PETRON. 128 timor. BVC. Eins. 2, 7 altius est . . . aliquid. SIL. 7, 517 error (Ps. QVINT. decl. 6, 4). STAT. Theb. 6, 499 horror. 10, 622 metus. 11, 250 odia. QVINT. inst. 10, 3, 21 animi motus. decl. 338 p. 332, 19 altior gratia premit. TAC. hist. 2, 91 iracundia. 4, 82 cupido. ann. 16, 29 pavor. PLIN. paneg. 47 pudor. CALP. decl. 12 crudelitas. PRISC. gramm. III 405, 7 mediocritatis . . . altissimae, qua superbiae calcas tumores. CARM. poet. min. V 71, 10 invidia. IVVENC. 1, 609 devoti pectoris altum servitium. AVSON. 419, 72 bonitas. AMM. 28, 1, 12 aerumnae. AVG. civ. 4, 30 per altissimam Christi humilitatem. SIDON. epist. 6, 1, 4 de apotheca dilectionis altissimae.

notanda: IVVENC. 4, 427 Iudas sceleri se subdidit alto. VVLG. II Cor. 8, 2 altissima paupertas eorum.

de hominibus: APVL. met. 6, 16 maga videris quaedam mihi et alta prorsus malefica. VOPISC. Car. 15, 1 denique ut erat altus risit et tacuit. *de animali*: ALC. AVIT. carm. 2, 118 cunctis animantibus altior astu . . . serpens.

pro substantivo: *formulae*: LVCR. 4, 73 non solum ex alto penitusque . . . verum de summis *i. rebus* (4, 200). 4, 92, *ibid.* intrinsecus. 4, 694. 863. VERG. georg. 3, 238 fluctus... longius ex altoque sinum trahit (*alii pro mari accipiunt*). Ov. am. 2, 4, 16 dissimulare *puellam*. CELS. 3, 5 p. 82 SEN. Phaedr. 1007 Med. 387. dial. 3, 19, 5 venire nequitiam. 7, 4, 4 benef. 7, 2, 3. nat. 6, 24, 3 terram ex alto moveri. epist. 11, 1 PLIN. nat. 17, 45. 20, 33 *herba* siccat . . . *stomachi* umores. 37, 93 quosdam ex alto lucidos *carbunculos*. VAL. FL. 5, 522 STAT. Theb. 9, 94. FRONTO p. 63, 23 N. quod verbum ex alto eruas. CHIRON 150. VERG. georg. 3, 505 attractus ab alto spiritus. LVCAN. 8, 690. [CLAVD. 20, 24 *pars codd.*] CHIRON 97 de alto. LVCR. 4, 268 duritiem penitus saxi sentimus in alto. SEN. Oed. 330 sunt dira sed in alto mala. dial. 1, 6, 9 nat. 3, 16, 4. 6, 27, 2 epist. 23, 5. 72, 5. 86, 6 amic. frg. 3 PLIN. nat. 17, 29. 31, 50 TERT. anim. 55. VIR. ill. 46, 1 in alto *fluminis*. CHIRON 94. 97. AMBR. in psalm. 37, 57 *opp.* foras. CLAVD. carm. min. 22, 34 *opp.* palam. AVG. civ. 6, 12 SORAN. 2, 21 (67). 30 (82) ORIBAS. syn. 4, 4. MANIL. 2, 877 fulmine rursus in altum compulsi *partus* (*sc. Typhoeus*). SEN. dial. 2, 9, 4 ut *sapiens* omnes iniurias in altum demittat (dim- *cod.*). 5, 13, 6 (alium *cod.*). nat. 3, 7, 3. 3, 8. 6, 1, 6. epist. 59, 10 *opp.* summa. 82, 4 CVRT. 8, 10, 24 COLVM. 11, 3, 62 PLIN. nat. 9, 29 QVINT. inst. 10, 7, 28 LACT. opif. 16, 7 FILASTR. 20, 1 VVLG. eccles. 12, 11 LVC. 5, 4. 6, 48 HIER. epist. 91 in Dan. 6, 19 CLAVD. carm. min. 26, 29 rapt. Pros. 2, 114.

sine praepositionibus (*cum pronominibus v. supra*): VERG. georg. 1, 142 alius . . . funda iam verberat amnem alta petens. SOL. 5, 4 in haec alta (*lacus*). altiora: SEN. suas. 2, 1 vada (vadet *AB*) altioribus internata. AMM. 14, 11, 2 altiora meditaturum (*cf.* 14, 7, 19; *ibid.* secreta). 19, 9, 3 *uxor Craugasii* sperabat documentis praesentibus altiora. 29, 2, 5 praenoscere. AMBR. exc. Sat. 1, 73 altiora et discreta perspicere. VVLG. Sirach 3, 22 altiora te ne quaesieris. BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 186, 5 altiora et subtiliora.

cum genetivo: SEN. dial. 7, 17, 4 in alto vitiorum omnium sum. PLIN. nat. 20, 238 ex alto corporis vitia extrahenda sunt. 30, 114 duritias in alto ulcerum. AVIEN. Arat. 1098 vasti . . . gurgitis alto. ITALA I Cor. 2, 10 (Paul. Nol. epist. 21, 4; *cf.* PRISCILL. can. 21) *spiritus sanctus* scrutatur etiam alta dei (profunda dei VVLG.). AVIEN. orb. terr. 372 modus est olli Serbonidis alta (aqua *cod. Ort.*) paludis. HYMN. Ambros. I 2, 26 cordis.

neutrum **altum** *pro adverbio*: STAT. Theb. 7, 762 omnes . . . per artus sulcus et incisis altum rubet orbita membris. IVV. 1, 16 ut altum dormiret.

III ***de mari*** (*cf. I et II*): SVET. frg. p. 243 (Isid. nat. 44) altum proprie mare profundum. *sequitur*: vada brevia, *graece* βραχέα. GLOSS. in altum: in mare (*ad* VERG. Aen. 1, 34). alto maris pelago *sequitur in a post* IV 15, 20. ENN. ann. 378 Vahl. isque Hellesponto pontem contendit in alto. trag. 288 mare (LAEV. carm. frg. 11 ponti maria alta. 12 CATVLL. 63, 1 LVCR. 5, 914 INSCR. column. rostr. Corp. VI 1300, 11 VERG. georg. 2, 479 SEN. nat. 6, 26, 5. OCTAVIA 881 alto saevoque mari. COLVM. 12, 25, 4 PLIN. nat. 2, 234. STAT. silv. 1, 2, 149 concolor alto vena mari. FRONTIN. strat. 2, 5, 43 FRONTO p. 208, 12 N. *al.*). ACC. trag. 335 Oceani stagna. *cf. II*. TRAG. inc. 224 (Varro ling. 7, 23) aequor (LVCR. 3, 784 VERG. georg. 4, 528 Ov. *saepe*. LVCAN. 3, 749 alta sub aequora. *al.*). CATVLL. 66, 68 (*de sidere*) alto mergitur Oceano. VERG. Aen. 12, 366 Aegaeum. catal. 13, 1 freta (Ov. am. 2, 10, 14 trist. 5, 2, 76 SEN. Phaedr. 1029). HOR. epod. 17, 55 salum (SEN. Phaedr. 332). Ov. met. 13, 904 alti novus incola ponti. LVCAN. 9, 311 vel plenior alto olim Syrtis erit pelago (AVIEN. Arat. 1304). PRISC. perieg. 108 tractu . . . alto. *comparativo*: COLVM. 12, 21, 4 quantum altiore mari hausta est *aqua*. VEG. mil. 4, 43. *superlativo*: PLIN. nat. 2, 224 altissimum mare XV stadiorum Fabianus tradit. APVL. met. 4, 29 longis itineribus atque altissimis maris meatibus. fluctus, undae *v. p. 1775, 72*.

pro substantivo (*opp.* portus, litus *sim.*; vadum *infra l. 40*): *cum praepositionibus*: in altum (*rarius poetae*. SEN. *nusquam in* trag., *semel* dial.): LIV. ANDR. carm. frg. 43 iam in altum expulsa lintre. PLAVT. Asin. 158 quam magis te in altum capessis, tam aestus te in portum refert. Mil. 117 Rud. 66. 395 Vid. frg. 12/3. PACVV. trag. 94 Id⟨ae⟩ promuntorium, quoius lingua in altum proicit (CATO Gell. 4, 17, 15 CIC. Verr. 5, 21 LIV. 32, 23, 10. 36, 15, 8. 37, 23, 1. 6. 37, 27, 7. 37, 31, 7. 44, 11, 3. SEN. dial. 2, 3, 5 proiecti quidam in altum scopuli mare frangunt. MELA 1, 16. 2, 93 *saepius*. PLIN. nat. 4, 113. 5, 23 MIN. FEL. 4, 5 *cf.* SIL. 3, 461). trag. 332 LVCIL. 843 SISENNA Macr. sat. 6, 4, 15 CIC. de orat. 3, 145 (*imag.*). Tusc. 4, 42 *imbecillitas* provehitur imprudens. CAES. Gall. 4, 28, 3. BELL. Afr. 53 vela dederunt (VERG. Aen. 1, 34 LIV. 24, 36, 7. 25, 27, 12 *al.*). VERG. Aen. 3, 11. 3, 70. 3, 454. 5, 764 CVLEX 342. HOR. carm. 3, 1, 34 iactis . . . molibus. Ov. epist. 17, 97. 20, 41. fast. 4, 291 qua se Tiberinus in altum dividit. LIV. 10, 2, 13. 21, 49, 12. 36, 44, 1 sinistrum . . . cornu in altum (impetum *cod.*) extendit. 10, 2, 13. 21, 49, 12 *passim* VITR. 2, 8, 14 SEN. suas. 6, 17 contr. exc. 8, 6 GERM. 303 VAL. MAX. 9, 4 ext. 1. 9, 8, 2 OCTAVIA 317. CVRT. 4, 2, 15 Tyrii *caduceatores* . . . praecipitaverunt in altum. 4, 3, 9 LVCAN. 8, 36. PLIN. nat. 3, 76 tantundem a Pityussis in altum Baliares (3, 78). 37, 3 anulum mersit. 9, 13. 12, 86 VAL. FL. 2, 26. 74 SIL. 17, 211 QVINT. inst. 12, 3 (*imag.*) PLIN. epist. 9, 33, 4. 9 FLOR. epit. 2, 21 (4, 11, 8) FRONTO p. 224, 14. 237, 9 N. APVL. met. 5, 14 HIL. trin. 2, 8 (*alleg.*) VVLG. II Macc. 12, 4 HIER. epist. 108, 6 SVLP. SEV. chron. 1, 48, 4 dial. 1, 3, 2 PROSP. carm. de prov. 772 (*alleg.*).

in alto (*rarius poetae*): NAEV. com. 52 in alto navem iubet destitui anchoris. PLAVT. Epid. 49 Rud. 513 Trin. 827. 832 CIC. Arat. 128 Arat. frg. 7, 1 inv. 2, 95. 98. 153 Sest. 46 (*imag.*) off. 3, 89 CAES. Gall. 4, 24, 2 HOR. epist. 1, 11, 15. 1, 18, 87 Ov. epist. 12, 119. 16, 235 LIV. 23, 41, 9. 25, 3, 11 *et saepius*. SEN. contr. 2, 1, 13 congestis in alto terris. VAL. MAX. 9, 6 ext. 1 CELS. 2, 15 p. 61. 2, 18 p. 65 levior . . . *piscis* qui in alto, quam qui in vado vixit. SEN. Herc. O. 698 medio . . . in alto (*alleg.*). epist. 77, 1 PLIN. nat. 2, 206. 6, 153 insula . . . obiacet (4, 54. 55. 5, 138. 6, 172). 13, 141 arbores in alto . . . eodem in mari visas (13, 137. 138. 142). 2, 218. 9, 61. 110. 132. 164. 13, 140. 31, 131. 32, 60 VAL. FL. 4, 268. STAT. silv. 2, 2, 139 illo alii . . . iactantur in alto (*alleg.*). MART. 10, 58, 8 iactamur in alto urbis. ENN. ann. 616 Vahl. per altum. LVCR. 3, 1030 *Xerxes* iter . . . dedit legionibus ire. VERG. georg. 1, 456. 3, 374. 4, 310 LIV. 42, 48, 10. 44, 28, 8. 45, 6, 5 MANIL. 4, 641 VAL. MAX. 1, 1 ext. 3 SEN. epist. 53, 1. VAL. FL. 1, 765 vela dedit (SIL. 16, 178). 1, 271. 4, 561. 569 AVIEN. Arat. 124 PRVD. cath. 7, 106. alto: VERG. Aen. 1, 3 et terris iactatus et alto. CIRIS 75 AETNA 440 HOR. sat. 2, 2, 31. LIV. 27, 37, 6 mergendum (CVRT. 4, 4, 4 PERS. 3, 33 SIL. 6, 666 IVL. VAL. 1, 41). 44, 29, 3 PLIN. nat. 9, 88 VAL. FL. 2, 506. 9, 41 SIL. 8, 110. 14, 564 QVINT. inst. 12, 10, 37 (*alleg.*). ex alto (*rarius poetae*): PLAVT. Men. 227 ENN. trag. 74 ACC. trag. 392. CATO agr. 106, 1 aquae marinae Q. I ex alto sumito (112, 1 PLIN. nat. 14, 126. 21, 84. 31, 64. 68). CIC. Verr. 6, 30 ubi primum ex alto sinus ab litore ad urbem inflectitur. 6, 84 Mur. 4 Caec. 88 rep. 1, 29 off. 1, 151. fin. 4, 64 emergere. CAES. Gall. 3, 12, 1 civ. 2, 23, 3. LIV. 28, 17, 15 vela . . . intulerunt quinqueremes. 28, 42, 2 Africam conspexeris. *et saepius*. VAL. MAX. 1, 8 ext. 18 SEN. Thy. 577 nat. 2, 26, 4. 6, 10, 2 CVRT. 4, 2, 7 MELA 2, 83 LVCAN. 9, 45 PETRON. 123 v. 233 PLIN. nat. 10, 194 QVINT. inst. 5, 11, 23 TAC. ann. 3, 1 HIER. epist. 100, 11. 14. 15. ab alto: VERG. Aen. 9, 123 revocat . . . pedem Tiberinus ab alto. 1, 110. 1, 160. 4, 661 TIB. 2, 5, 21 LIV. 26, 42, 8. 27, 11, 8. 27, 23, 7. 30, 10, 10. 30, 24, 9 SEN. Tro. 202 PLIN. nat. 9, 31 VAL. FL. 3, 213. 4, 483. 5, 173 FLOR. epit. 1, 43 (3, 8, 4). AVIEN. Arat. 914 ab eoo . . . alto. alto: VERG. Aen. 1, 126 alto prospiciens *Neptunus* (SIL. 7, 236). VAL. FL. 3, 429 *Mopsus* ardenti nitidum iubar evocat alto (*cf.* 3, 411 ubi puniceas oriens ascenderit undas).

n. plurali: VERG. Aen. 2, 203 tranquilla per alta. Ov. ars 3, 390 mersit in alta rates (fast. 6, 498. am. 2, 9, 32 ventus . . . rapit). VAL. FL. 1, 160 Aegaei super alta profundi (STAT. Theb. 12, 515). STAT. Theb. 6, 19 trans alta ignota (5, 486).

sine praepositionibus rarius: VERG. Aen. 3, 192 postquam altum tenuere rates (5, 164 LIV. 23, 34, 3). HOR. carm. 2, 10, 1 urgendo (*alleg.*). LIV. 25, 27, 11 petere (36, 42, 2. 36, 44, 3). SEN. Tro. 1046 prenderint. 932 (*ex coni. Gronovii*). Med. 368. VAL. FL. 2, 14 repetere. IVL. VAL. 2, 7. Ov. ars 1, 411 si quis creditur alto. SEN. contr. 7, 1, 25 damnatus alto committitur (STAT. silv. 3, 2, 6 dubio). SEN. Herc. f. 1212. [LVCAN. 8, 587 *pars codd. pro* alio]. SIL. 2, 25 alto . . . fundentem vela carinam. STAT. Theb. 4, 61 AVIEN. ora 385. *n. plurali*: VERG. Aen. 7, 362 alta petens (8, 691 VAL. FL. 4, 505. 5, 126). 10, 686 secans (SEN. Thy. 590 VAL. FL. 2, 2). VAL. FL. 4, 7 tenent (7, 129). CORIPP. Ioh. 1, 165 abscondunt alta carinae. VAL. FL. 4, 405 dant pavidae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

alta viam. VAL. FL. 3, 2 Tiphyn placida alta vocabant. *accedit genetivus*: VERG. Aen. 9, 80 pelagi petere alta. MANIL. 5, 420 alta profundi (VAL. FL. 1, 160). AVIEN. Arat. 1222 salis alta remittunt (altera mittunt *cod.*). RVT. NAM. 1, 454 dubii tramitis alta lego.

IV *i. fere q.* **remotus,** *longinquus, imprimis de tempore*: SERV. Aen. 8, 395 ex alto: argumentatione longe repetita. CINNA carm. frg. 3, 4 iam inde a Belidis natalique urbis ab anno, Cecropis atque alta ... ab origine Cadmi. SIL. 1, 26 vetustas. TAC. hist. 2, 27 quam (*seditionem*) altiore initio ... repetam. SCHOL. Cic. Gron. p. 405, 27 ἐπίδειξις. HIER. epist. 10, 2 ista tam alto repetita principio. GELL. 13, 10, 1 *Labeo* litteras ... antiquiores altioresque penetraverat. *formulae*: ACC. trag. 160 cur vetera tam ex alto adpetissis discidia, Agamemno? CIC. epist. 3, 5, 1 quae ... quoniam ex alto repetita sint (COLVM. 3, 7, 3). epist. frg. VIII 1 M. (Serv. Aen. 8, 395) si Pompeius non ex alto peteret et multis verbis me iam hortaretur (VERG. Aen. 8, 395 causas petis). FRONTO p. 173, 10 N. quorsum hoc tam ex alto prohoemium?

synonyma: *ad I*: celsus, excelsus, sublimis, editus, supernus, longus (*de statura*); *cf.* summus. *translate* exaggeratus, immodicus, grandis, enormis; *cf.* superbus, magnus, gravis, amplus, nobilis, animosus, sanctus, erectus. *ad II* (*transl.*): secretus, inscrutabilis, obscurus, interior; *ad* ex alto: penitus, intrinsecus. *opposita*: *ad I*: humilis, submissus, planus; inferior, imus; *translate cf.* vulgaris, vilis. *ad II*: vadosus: *ad formulas* (in alto *sim.*): foras, palam, summa.

adv. **altē.** GLOSS. eminenter praeclare, nobile clare; βαθέως. *legitur inde a* NAEV. PLAVT. (*semel*) CATONE, *deest apud* TER. RHET. Her. CATVLL. CAES. PROP. GRATT. FEST. VELL. (VAL. MAX. *semel*) SCRIB. LARG. ASCON. PERS. HOM. *apud scriptores legitur saepius quam adiectivum. frequentatur comparativus, primum extat apud* CATONEM.

I ὑψηλῶς: *structurae*: *cum acc.*: CATO agr. 18, 7 eo calcem cribro subcretam indito alte digitos duo. VITR. 2, 9, 7 *abies* praecisa alte circiter pedes XX. COLVM. 5, 6, 6 cribro putrem terram duos alte digitos incernemus. 5, 6, 21 arb. 9, 2 PLIN. nat. 14, 84. EDICT. Vlp. dig. 43, 27, 1, 7 quo minus pedes quindecim a terra eam (*arborem*) altius coerceas. VLP. *ibid.* 8. *cum abl.*: VITR. 7, 4, 1 in imo ⟨a⟩ pavimento alte circiter pedibus tribus ... testa trullissetur. COLVM. 5, 9, 4 putris terra digitis quatuor alte superveniat. *accedit* a, ab (*ex parte ad verba potius spectat, ut* MART. CAP. 8, 884): VITR. 7, 4, 11 *ex suppl.* COLVM. 8, 10, 2 eae perticae non altius a terra debent sublevari. PLIN. nat. 19, 5 tam non alte a tellure tolli *linum*. 14, 84 totidem pedes a terra alte.

cum verbis movendi sim.: ENN. ann. 365 Vahl. alte delata petrisque (*Scaliger*, ceterisque *cod.*) ingentibus tecta. VERG. georg. 3, 553 *Tisiphone* surgens caput altius effert. Aen. 5, 443 *dextram. sic passim cum verbis qualia sunt*: ascendere, escendere, scandere, surgere, tumescere, crescere; abire, ire, progredi. tollere, efferre, levare, erigere, aedificare. locare, ponere, sedere, stare *similibus*. *cum* volare *sim.*: HOST. carm. frg. 1 per gentis alte aetherias ... volabis (VERG. Aen. 11, 751 volans alte; *cf.* HYG. astr. 2, 8 OV. met. 15, 848. trist. 3, 4, 23 demissius *opp.* PLIN. nat. 10, 58 HYG. astr. 40 p. 69, 20). CAES. STRAB. trag. 3 ferri facem (MELA 1, 99 alte et perniciter). CIC. epist. 1, 7, 8 evolare (SVET. Aug. 94). PLIN. nat. 8, 36 supervolantes ... alte perniciterque alites. GELL. 7, 6, 11. VIR. ill. 6, 3 subvolare. spectare: CIC. rep. 6, 25 alte spectare si voles (Tusc. 1, 85 PLIN. nat. 18, 252). LVCR. 6, 647 videre. *v. p. 1784, 24.* VERG. Aen. 6, 145 alte vestiga oculis. alte ingredi *sim.*: VERG. georg. 3, 76 pecoris generosi pullus in arvis altius ingreditur (SEN. epist. 95, 70). SIL. 11, 233 tonat inde ferocibus alte incessens victor dictis (AMM. 24, 6, 4 altius contra difficultates incedens). AMM. 16, 12, 37 cornu sinistrum altius gradiens (CLAVD. 17, 315 maiore cothurno. 21, 47). BARNAB. 1, 7 honestius et altius accedere debemus ad aram illius. OV. am. 1, 12, 6 cautius atque alte ... ferre pedem. STAT. silv. 1, 1, 18 Martem non altius ... portat sonipes. CLAVD. 8, 568 cum ... inter niveas alte veherere cohortes. STAT. Theb. 6, 776 alte adsilit. *de distantia cum* abesse: PLIN. nat. 2, 70 quoniam altissime absunt *stellae*. 2, 74 illae a terra altissime absunt (13, 109).

ad totam sententiam spectat: ACC. trag. 407 ego me extollo in abietem, alte ex tuto prospectum (-ans *codd.*) aucupo. LVCR. 5, 610 sol alte ... lucens. 6, 157. VERG. georg. 2, 521 alte ... in apricis coquitur vindemia saxis. OV. met. 8, 795 quos frenis alte moderere dracones. MANIL. 1, 802. VAL. FL. 3, 131 Typhon ..., quem Iuppiter alte crine tenet. VAL. FL. 5, 101 altius (*?*, acrius *quidam*) hinc ventos recipit ratis. STAT. Theb. 1, 28. PALLAD. 3, 12, 5 quae (*vites*) altius coluntur.

de corporis partibus, sim.: NAEV. trag. 18 alte iubatos (iug- *codd.*) angues. VERG. Aen. 1, 337 alte ... suras vincire cothurno. CELS. 7, 19 p. 298 ut *tunica* alte ad ipsum inguen praecidatur. 7, 19 p. 299 altissime. HOR. sat. 1, 5, 5 altius ac nos praecinctis (PETRON. 19). 2, 8, 10 puer alte cinctus (SEN. epist. 33, 2. 92, 35 PETRON. 126). PETRON. 21 succincta (MIN. FEL. 22, 5). 126 collegit altius tunicam. QVINT. inst. 11, 3, 139. *de partibus arborum, rerum*: CATO agr. 50, 2 in vinea ficos subradito alte. COLVM. arb. 4, 2 iugata *vinea* ... altius fructum fert. LVCAN. 3, 664 robora cum vetitis prensarent altius (et artuis *codd. al.*) ulnis. *nota*: IVV. 3, 256 *plaustra* nutant alte. alte contegere *sim.*: COLVM. 2, 10, 5 quo altius *terra* largiore humo contegatur. 6, 31, 1 substernendum est. *cf. p. 1783, 44.* alte natus: EPICED. Drusi 379 nata quod alte es. *translate de dicendo, sim.*: CIC. fat. 35 licuit vel altius (*i. dicere*). DON. Ter. Andr. 832 altius, quam decet comicum characterem, dictum videtur. SIDON. epist. 9, 15, 1 v. 37 dictitasset. AMM. 21, 5, 5 altius adfecto maiora (*cf. p. 1783, 46*). PS. AVG. categ. 1 Hortensii vel altius hominis vel superius animalis vel excelsius usiae. SEN. dial. 9, 1, 14 altiusque ut spirare ita eloqui gestit. epist. 95, 10 FLOR. epit. 1, 18 (2, 2, 27). AMM. 22, 3, 12 alte. 23, 6, 7. AMM. 26, 6, 1 velut imperatoris cognatus altius anhelabat. 16, 12, 46. 18, 4, 2. 31, 7, 1. *de voce*: APVL. met. 4, 24 altius eiulans sese. 8, 18 quiritabat. PORPH. Hor. ars 81/82 ipsum altius in scaena sonante⟨m⟩, quam populi clamor est. *cf.* DIOM. gramm. I 499, 30 alte (-a *M*) producta elocutione. SVLP. SEV. dial. 2, 3, 6 adtollentibus altius vocem magistris. *proverbialiter*: LIV. 30, 30, 23 quanto altius elatus erat, eo foedius conruit. CARM. epigr. 950, 6 multos Fortuna quos supstulit alte, hos modo proiectos subito praecipitesque premit. SEN. dial. 10, 17, 4. MIN. FEL. 37, 7 miseri in hoc altius tolluntur, ut decidant altius. ANTH. 417, 7 *sim.*

longe atque alte *sim.*: LVCR. 6, 647 hisce tibi in rebus latest alteque videndum et longe cunctas in partis dispiciendum. GELL. 19, 12, 7 rubos alte atque late obortas. FRONTO p. 145, 1 N. crocum longe atque alte exprimatur (*seq. lac.*). AVG. civ. 8, 21 aether longe a terra est alteque suspensus. 9, 2 *deos* ab hominibus longe alteque (lateque *pars codd.*) seiungunt. 11, 21 alio modo ... longe alteque diverso.

alte cadere: *sive i. q.* ex alto, *ut* LVCR. 4, 301 alte aera per purum graviter simulacra feruntur, *sive cum II conferendum, ut* 6, 1178 multi praecipites lymphis putealibus alte inciderunt. VARRO Men. 272 vers. 3 alte ... in terram cecidimus. CIC. orat. 98 cadere non potest. VERG. ecl. 6, 38 altius ... imbres. SEN. Herc. O. 406 dial. 5, 23, 6. 12, 1, 2. EPICED. Drusi 111 alte cum iuvenis patriis excidit ictus equis. SEN. dial. 12, 15, 1 deiceret *fortuna*. nat. 6, 22, 2. SIL. 7, 678 manante cruore. *proverbio*: PVBLIL. H 28 humilis nec alte cadere nec graviter potest (*cf. II*). SEN. Herc. f. 201. MIN. FEL. 37, 7 *v. supra l. 21.* *cf.* SEN. Thy. 656 silva, quam supra eminens despectat alte quercus. MART. 10, 30, 18 e cubiclo ... iactatam spectatus alte lineam trahit piscis.

II βαθέως: *structurae*: *cum acc.*: CATO agr. 21, 2 inter cupam ... pertundito late digitos primoris IIII, alte digitos primoris III. COLVM. 3, 13, 8 arb. 30, 1. PLIN. nat. 19, 60 fimum III pedes alte cum terra misceri. *cum abl.*: COLVM. arb. 1, 6 tribus pedibus alte repastinabis iugerum operis *tot.* *iungitur cum* a, ab: VARRO Serv. auct. Aen. 1, 112 si ab aqua summa non alte est terra.

in re rustica sim. cum variis verbis, ut ablaqueare, repastinare, fodere *sim.*: CATO agr. 36 ablaqueato prius non alte (COLVM. 5, 5, 5. 5, 10, 17 arb. 24 *cf.* arb. 6, 4 oblaqueaveris). 61, 1 qui oletum ... altissi⟨me miscebit⟩ (*suppl. ex* PLIN. nat. 17, 127). VARRO rust. 1, 18, 8 si altius repastinaverimus (COLVM. arb. 1, 6). LIV. 40, 29, 3 dum cultores [agri] altius moliuntur terram (*de eadem re* VAL. MAX. 1, 1, 12 cultoribus ... versantibus). VITR. 5, 9, 7 fodiantur et exinaniantur quam altissime *ambulationes* (COLVM. 4, 27, 1 arb. 5, 3. 10, 5 saepe et alte. PLIN. nat. 5, 38. 21, 20 VLP. dig. 39, 2, 24, 12). COLVM. 2, 10, 33 aretur (5, 7, 4 PLIN. nat. 17, 214). 2, 10, 21 solum ... subactum (2, 2, 24 resolvi ac subigi *agrum*). 2, 2, 23 perfodere. 4, 1, 2 pastinare (4, 32, 1. 11, 3, 35). 4, 15, 3 circumfodere (5, 7, 4. 5, 9, 12). 11, 3, 56 *terram* conversam. arb. 9, 2 saepe et alte refodito (PLIN. nat. 19, 88 QVINT. inst. 10, 3, 2). arb. 29, 2 locum alte et aequaliter confodere. *de arboribus incidendis*: VERG. georg. 2, 78 alte finditur in solidum cuneis via. COLVM. arb. 10, 3 falce ... eo loco alte instar digiti mucrone ferito (*ag. de vite*). 26, 4 eradito. PLIN. nat. 16, 182 *cortex* altius fractus siccus videtur. ripae alte excisae: AMM. 18, 8, 9 ripas Tigridis alte excisas. *cum verbis movendi, sim.*: CIC. Arat. 82 Cepheus conditur alte. div. 2, 50 cum ... sulcus altius esset impressus. LVCR. 2, 196 quo magis ursimus alte derecta (*tigna in aquam*). 2, 1087 vitae depactus terminus alte tam manet. VERG. georg. 2, 231 alte ... in solido puteum demitti (MELA 1, 72 PLIN. nat. 17, 81). 3, 422 *coluber* caput abdidit alte. OV. rem. 106 radices altius arbor agit. PHAEDR. 4, 20, 2 cuniculos. COLVM. 5, 6, 8. OBSEQ. 50 hiatu terra alte subsedit. SEN. nat. 3, 30, 3 penetrare (TAC. ann. 3, 28 sed altius penetrabant custodes). 4, 2, 1 trahere. 4, 13, 6 *quos* comessatio altius mersit (epist. 53, 7 PLIN. nat. 9, 109). 6, 15 adigere (COLVM. 4, 16, 3, adf- *codd.* PLIN. nat. 17, 123). 6, 16, 1 tractas *radices*. 6, 20, 3 *tellus* altius sedit. dial. 12, 18, 1 te studiis tuis inmerge altius (acrius *codd.* STAT. silv. 2, 2, 40). epist. 110, 10 *deus* nocitura altissime pressit. OCTAVIA 416 *terra* fruges suas interius alte condidit sacro sinu (PLIN. nat. 17, 145 PLIN. epist. 8, 20, 9). COLVM. 3, 13, 8 deprimere (3, 19, 1). 4, 1, 6 demergere. 4, 22, 7 vineae altius positae (*opp.* in summo arb. 6, 4. 5). arb. 4, 3 deponere. MELA 1, 74 (*ibid.* penitus). PLIN. nat. 2, 146 *fulmen* descendit (16, 129. 21, 61). 17, 705 repetere (*?*). STAT. silv. 3 praef. 6 altius litteras intro. 5, 3, 170 permissus ... ignis.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GELL. 18, 10, 8 quae non altius occultiusque remota sunt. alte haerere, latere *sim.*: LVCR. 1, 77 alte terminus haerens (1, 596. 5, 90. 6, 66). SIL. 10, 114 haesit ... non alte cuspis in auro. SEN. dial. 7, 24, 2 thensaurus alte obrutus. nat. 7, 30, 2 tam tarde erui, quae tam alte iacent. S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278) 12 altius fundari remedia. CLAVD. 26, 196 alte factorum secreta tegi. AVG. civ. 9, 21 aliquanto altius latuit *Christus* (*cf. supra* occultissimae praesentiae). *ad totam phrasin spectat*: LVCR. 2, 446 quae nobis ... spissa videntur, haec ... quasi ramosis *principiis* alte compacta teneri (*cf.* SEN. dial. 5, 8, 8 alit se ipsa contentio et demissos altius tenet). OV. met. 5, 588 aquas ... per quas numerabilis alte calculus omnis erat. CVLEX 280 iamque imam viridi radicem moverat alte quercus humo. LIV. 21, 36, 8 in dura et alte concreta glacie (GELL. 19, 5, 5 solidius altiusque). VITR. 8, 3, 2 cum *fontes* in ardentem locum alte penitus inciderunt. STAT. Theb. 7, 816 alte praeceps humus ore profundo dissilit. 9, 438 non ... altius Hebrus Gradivo bellante rubet. 2, 376. MART. 6, 42, 13 quae Phryx et Libys altius cecidit (*ag. de marmore*). PELAGON. 263 deambulare.

de corpore eiusque partibus saepe dicitur: *cum verbis movendi, sim.*: LVCR. 4, 949 sensus abit ... alte. SALL. Iug. 11, 7 quod verbum in pectus Iugurthae altius ... descendit (LIV. 1, 41, 5 in corpus. CELS. 5, 26, 35. 5, 28, 13. 19. 7, 12, 6. 8, 2 p. 329. 330. 8, 3 p. 331 SEN. dial. 11, 18, 8 benef. 1, 1, 8 epist. 71, 31). VERG. georg. 3, 442 ubi ... imber altius ad vivom persedit. Aen. 10, 849 vulnus adactum (SEN. contr. 7, 5, 4). 11, 804 *hasta* alte bibit acta cruorem (OV. met. 10, 527 vulnus). OV. met. 6, 266 non alte percusso corde sagitta. CELS. 5, 26, 30 p. 196 si alte caro *vulnerata est* (COLVM. 6, 15, 1). 5, 28, 11 penetrare (5, 28, 12 *opp. fistulae* breves. 6, 18, 4. 7, 4, 1 SEN. epist. 94, 44 PS. SEN. mon. 171 CVRT. 4, 6, 18 SIL. 6, 580 PS. QVINT. decl. 12, 5 TAC. ann. 1, 69. 2, 36. 16, 21 FRONTO p. 102, 11 N.). 5, 28, 12 pervenire (SEN. epist. 73, 5). 5, 28, 14 *μυρμήκια* radices altius exigunt. 6, 15 si in summa parte id vitium est, ... si paulo altius. 7, 5, 1 telum insedit (7, 5, 2). 8, 3 p. 331 procedere. SEN. dial. 4, 32, 3 multi leves iniurias altius sibi demisere (epist. 67, 13 *ex coni.*). 6, 23, 1 antequam *animi* ... altius terrena conciperent. 9, 1, 3 figere (epist. 16, 1. 84, 3). 10, 7, 3 recipere (ITIN. Alex. 52). benef. 7, 19, 6 altius infectus est. epist. 78, 19 urgere. 88, 29 condere. 115, 11 teneris infusa cupiditas altius sedit. 15, 3 (?). CVRT. 6, 7, 35 an altius iram suppresserit. 7, 2, 9 alte (valde *codd.*) dissimulatio mea suppurare (superare *codd.*) potuisset. LVCAN. 9, 572 hoc nobis non altius inseret Hammon (ANTH. 398, 3). PLIN. nat. 29, 110 exulcerare. STAT. silv. 2, 6, 6 alte (ad te *cod.*) tamen, at procul intrat altius in sensus. 2, 7, 127 te ... ipsum imis altius insitum medullis. Theb. 10, 814 mucrone subisset. 11, 542 premere. QVINT. inst. 1, 8, 4 tenerae mentes tracturaeque altius *id.* TAC. ann. 4, 54 percellere. CALP. decl. 2 alte confuscatam cutem. APVL. met. 2, 32 demergo *gladium.* 3, 10 inhaerescere. 5, 23 pungere. SER. SAMM. 161 dolor alte (*post* a *ras.*) sauciat aures. AMM. 31, 2, 2 sulcantur altius genae. AVG. civ. 7 praef. quas (*opiniones*) ... animis altius et tenacius ... error infixit. *nota in imagine*: SIL. 3, 709 altius Ausoniae penetrare in viscera gentis. *sine verbo movendi vel ad totam phrasin spectans*: CELS. 5, 28, 11 ubi altius pus movetur. 7, 8 p. 283 repletum *foramen auris.* SEN. Oed. 969 fixa *manus* penitus unguibus lacerat cavos alte recessus luminum. STAT. Theb. 8, 585 latebras ... inguinis alte missile ... hausit. SEN. epist. 90, 26 sapientia altius sedet. QVINT. decl. 305 p. 195, 15 odia. PLIN. epist. 2, 3, 9. AVG. civ. 2, 28 illo nefario spiritu altius obstrictiusque possessi. MART. CAP. 9, 936 ut altius teneretur res (*sic cod. Bern.*). LVCAN. 9, 111 alte (arte *codd. al.*) conplexa dolorem. TAC. ann. 2, 82 altius animis maerebant. 4, 41 Seianus non iam de matrimonio sed altius metuens (APVL. met. 8, 31). APVL. met. 8, 15 miserantes. 9, 29 commota atque exasperata. 10, 2 agitata. MIN. FEL. 14, 3 moveor. AMM. 30, 2, 4 ingravescente altius cura. AVELL. p. 98, 12 altius censerem. APVL. met. 2, 30 altius ingemescens (SVLP. SEV. dial. 3, 9, 4). 4, 25 adsuspirans. 4, 29 fremens. 6, 28 ⟨su⟩spirans. SVLP. SEV. Mart. 3, 2 gemere. *v. l. 71.*

latius atque altius: CELS. 6, 18, 2 ulcus latius atque altius serpit.

translate: AMM. 21, 1, 12 animantis altius quiescentis. PASS. Mar. Iac. 6 p. 53, 11 Mariano ... altius in soporis tranquilla resoluto. *cf.* APVL. met. 1, 11 Socrates iam sopitus stertebat altius. PS. RVFIN. in psalm. 37, 3 peccatoris mens tanto altius tenebrascit. *de perspiciendo, intellegendo, sim. quaedam conferenda cum notione I, ut* HIER. epist. 96, 19 sensus ... eorum praegravatus faece terrena nihil altius intuetur. perspicere *sim.* (*cf. p. 1784, 65*): CIC. Verr. 1, 19 qui altius perspiciebant (asp- *cod. Lag.*). *cf.* SCHOL. Gron. p. 393, 39 interius acutius melius (LACT. inst. 5, 17, 9 parum alte). SEN. dial. 12, 9, 6 altius veritatem intuentibus (HIER. epist. 96, 1). PLIN. epist. 5, 14, 5 altissime inspexi (SIDON. epist. 7, 6, 9). COD. Iust. 6, 2, 21, 2 altius et verius ad eam (*regulam*) respicientes. *nota*: GELL. 2, 12, 3 qui penitus atque alte usum ac sententiam legis introspexerant. MART. 6, 64, 18 multo sapit altius illud, quod ... lanius ... portat. TAC. hist. 1, 7 scrutaretur. ann. 1, 32 militares animos altius coniectantibus. MIN. FEL. 26, 7 altius eruere et aperire manifestius. TERT. spect. 10 percepisse (praescripsisse *cod.*). nat. 2, 3 investigare. castit. 2 alte et impresse recogitare. coron. 10 altius Iohannes ... inquit. SPART. Geta 3, 4 quod dictum Severus altius quam quisquam praesentium accepit. IVL. VAL. 1, 16 id ... scriptum cum suspectasset Aristoteles, altius (*cod. Taur.*, altitius *Par.*) in hunc modum Alexandro refert. LACT. inst. 4, 27, 18 inquirere. AMM. 20, 5, 2 alte contemplatur vultus. 21, 14, 5 monstrare. 26, 1, 11 hoc alte considerato (SCHOL. Cic. Bob. p. 365, 20). 30, 4, 12 altius iura callere. SERV. auct. Aen. 4, 128 qui altius intellegunt (HIER. in Is. 53, 12 p. 624). HIER. epist. 46, 4 interpretari. in psalm. 50 obscurus est locus et altius retractandus. ARATOR 2, 734 altius haec memoras.

i. q. ex alto: PLAVT. Cist. 56 ut petivit suspirium alte. SEN. contr. 2, 3, 6 repetitos alte gemitus. SEN. dial. 5, 4, 2 tractos ... altius gemitus. *cf. p. 1785, 64.* [VERG. georg. 3, 241 *M R* subvectat *pro* subiectat.] CVRT. 7, 10, 14 humo alte egesta (*cf. p. 1784, 48 sqq.*).

III alte repetere *sim.*: CIC. orat. 11 ut *res* non sine causa alte repetita videatur. de orat. 3, 91 oratio. Cluent. 66 repetam paulo altius. Sest. 31 rep. 4, 4 leg. 1, 18 (*ibid.* a capite) off. 1, 50 epist. 1, 9, 4 SEN. contr. 2, 5, 14 SEN. nat. 2, 2, 2. 3, 12, 1 CVRT. 9, 6, 17 MELA 1, 2. PLIN. nat. 15, 62 curam. QVINT. inst. 5, 7, 27. 6, 2, 2. 11, 1, 62 FRONTIN. aq. 94 TAC. dial. 19. PLIN. epist. 4, 13, 10 altius et quasi a fronte. 2, 3, 3. 2, 6, 1. 4, 11, 15. 6, 4, 2 SVET. Nero 2. PORPH. Hor. carm. 2, 1, 1 historiam belli civilis. HIER. epist. 60, 8. 108, 3 *al.* CIC. Caec. 10 altius initium rei demonstrandae petisse, quam .... Cluent. 58 SEN. contr. 1, 2, 15 QVINT. inst. 6, 5, 3 FRONTO p. 217, 16 N. APVL. apol. 2, 66 FORTVN. rhet. 3, 8 (*ibid.* longius tractis). CIC. Verr. 5, 105 de quo si paulo altius ordiri ac repetere memoriam religionis videbor (SIL. 16, 602). LVCR. 4, 1182 meditata diu cadat (-et *codd.*) alte sumpta querella. VERG. georg. 4, 285 altius omnem expediam prima repetens ab origine famam. CELS. 1 praef. p. 2 etiam altius quaedam agitare. CALP. ecl. 3, 13 altius ista querar, si forte vacabis. QVINT. decl. 278 p. 134, 14 te coepturum. 329 p. 292, 21 diligenter ... et (ut *codd.*) alte exquirendum atque eruendum. TAC. hist. 4, 12 expediam. ann. 3, 25 disseram. 3, 62 exposuere. VERVS Fronto p. 132, 11 N. dicere (*opp.* corripere). FORTVN. rhet. 2, 28 syllogismus alte habet probationem, anthymema ex proximo. AVIEN. ora 76 exordiemur. *cf. cum verbis movendi*: SALL. Iug. 4, 9 ego liberius altiusque processi. PLIN. nat. 2, 85 persequi. 14, 87 hinc deinde altius cura serpit. *et* TAC. dial. 12 introspicere.

nota: *i. q.* late: MAR. VICTORIN. in Eph. 5, 31 altius patere istam sententiam (*cf.* 2 praef. late).

IV *compar.* altius *paene ad notionem* ***magis***, ***gravius*** *accedit*: *cf.* QVINT. decl. 255 p. 45, 11 *malum exemplum*, etiamsi in praesenti occasione quadam delectat, in futurum tamen altius nocet (*cf. II*). SIDON. epist. 6, 2, 3 quamquam se altius profuturum filiae paterna iactaret praerogativa.

synonyma: *ad I*: sublimius, superius, excelsius. *ad II*: interius, penitus, occultius, impresse. *ad III*: longius; *cf.* a capite, a fronte, prima ab origine. *opposita*: *ad I*: humiliter, demisse. *ad III*: ex proximo. *v. Mess.*

Altusacra *opp. ad Hyphasin fl. situm.* EPIT. ALEX. 68 (Alta Sacra *Reitzenstein*).

Altziagiri *gens Scythica.* IORD. Get. 37 Hunni ... alii Altziagiri, alii Saviri nuncupantur ...: iuxta Chersoam Altziagiri (Vltziagiri, Autziagiri *sim. pars codd.*). *Otto.*

Alva, עַלְוָה, *Γωλάμ*, *Γωλών*, *Γωλά*, *Γωλαδά*. *nom. principis Idumaeorum.* VVLG. gen. 36, 23 Alvan et Manahat (Aluhan *quidam codd.* ITALA [Wirc.] Golom). 36, 40 I par. 1, 51. *idem* I par. 1, 40 *vocatur* Alian (עַלְיָן, *Ἀλώμ*, *'Ιωλάμ*). HIER. nom. hebr. p. 3, 8 Aluham despiciens. *Plenkers.*

Alvani *in vasculo Gallico* CORP. XIII 10010, 2883 a. *cf.* Albanus?

alvāre *v.* alvearium (alveare). [*Otto.*

alvārium, -ī *n.* [*ab* alvus. *Th.*]. GLOSS. V 165, 32 alvaria vasa apium. 165, 33 alvaria alvares id est vasa apium. 165, 31 alvaria presepia. CHAR. gramm. I 106, 31 alvaria neutro genere pluraliter tantum dicuntur (*affert* VERG. georg. 4, 34) ... quamvis Cicero in Oeconomico singulariter dixerit: 'apes in alvarium (alvear- *ed. princ.*) concesserant'. *sing. habent etiam* VARRO rust. 3, 16, 11. 15 COLVM. 9, 15, 6. CAPER gramm. VII 107, 12 alvaria (alvearia *BC*), non alvinae. *traditur* alb- COLVM. *codd. passim. forma* alvar-, *non* alvear-, *genuina videtur, cf. Keil comm. in Varr. p. 228.* alvare *v. sub* alveare.

VARRO rust. 3, 2, 11 apibus, quae ad villam Sei in alvariis opus faciunt. 3, 3, 5 propter alvaria. 3, 12, 2 cocliaria atque alvaria atque etiam dolia, ubi habeant conclusos glires. 3, 16, 10 qui alvaria sua locata habet quotannis quinis milibus pondo mellis (*ibid. iterum*). 3, 16, 11 dic ..., ubi et cuius modi me facere oporteat alvarium, ut magnos capiam fructus. 3, 16, 15 in villae porticu ... alvarium *collocare.* CIC. frg. *v. supra l. l.* VERG. georg. 4, 34 seu lento fuerint alvaria (alvearia *M² al.* BEDA gramm. VII 252, 2) vimine texta. COLVM. 9, 5, 3 ubicumque fuerint alvaria (alb- *trad. fere omnibus locis*). 9, 6, 1 alvaria fabricanda sunt pro condicione regionis. 9, 7, 2. 4. 9, 9, 1. 11, 2, 90 (alvearia *editur*, albaria *Sang. cf.* 9, 15, 6 albario *Sang. et Ambr.* 9, 15, 11 alvaria *Sang.*). PLIN. nat. 1, 21, 47 de alvariis. 12, 98 in alvariis apium. 21, 70 alvaria et apes. 21, 72 genistas circumseri al-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

variis gratissimum. 21, 80. 28, 79 apes tactis alvariis fugere (8, 44 *trad.* alvearia). CORP. II 2242 (*in lamina plumbea*) alvari locum occupavit. *incertum quid significet* alvarium (alb-) *in tractatu obscurissimo* GROM. p. 316, 31. 323, 19. *cf.* p. 327. 328. 330. *Ihm.*

Alubra *fl.* RAVENN. p. 289, 2 ad partem quasi meridianam ingrediuntur in ipsum Padum Alubra, Tidone .... *Otto.*

Aluccēius *v.* Allucius.

alucinātio, -ōnis *f. ab* alucinari. PAVL. FEST. p. 24 alucinatio erratio. GLOSS. lucis alienatio. SEN. dial. 7, 26, 6 sic vestras halucinationes fero quemadmodum Iuppiter ... ineptias poetarum. GELL. 8, 3 apud Non. 121 et adsiduo oscitantem vidit atque illius quidem delicatissimas mentis et corporis alucinationes. ARNOB. nat. 4, 36 si quando animum desidem otiosis vultis alucinati[nati]onibus occupari. 6, 8 an ridendo res ipsas puerili alucinatione ludatis. SYMM. epist. 1, 1, 4 en tibi aliud alucinationis meae prodo secretum. CAEL. AVR. acut. 2, 32, 166 hallucinatio. 2, 32, 167 testante hallucinatione. 3, 18, 176 hallucinatio, sitis. diaet. pass. 37 celerrima respiratione atque hallucinatione. AMBR. **in psalm. 118 serm. 4, 13** (*v. sub* alucinor *infra l. 48*). ENNOD. epist. 2, 19 p. 61, 7 ut alucinationis nostrae concinnatio non inhumana videretur.

alucinātor, -ōris *m. ab* alucinari. PAVL. FEST. p. 75 elucum significat languidum ac semisomnum vel, ut alii volunt, alucinatorem et nugarum amatorem.

alucinor, *vetustius* **halucinor,** -ātus sum, -ārī [*orig. inc. a Graecis tractum esse videbatur Cloatio Vero (v. infra l. 28), non male, si verba graeca ἀλύκη ἀλύσσειν ἠλαίνειν sim. conferas; terminationem a verbo* vaticinari *accipere potuit. Th.*]. GELL. 16, 12, 3 CLOATIVS VERVS ... 'alucinari' factum scripsit ex eo quod dicitur graece ἀλύειν, unde 'elucum' quoque esse dictum putat, 'a' littera in 'e' versa, ⟨ob *addidi*⟩ tarditatem quandam animi et stuporem qui alucinantibus plerumque usu venit. NON. p. 121 (*sub littera* h) halucinari: aberrare et non consistere atque dissolvi et obstupefieri atque tardari honeste veteres dixerunt, ut est (*seq.* GELL. 8, 3 *v. sub* alucinatio). *suspecta sunt quae dat* FVLG. serm. ant. 52 alucinare (aluncinare *pars codd.*) dicitur vana somniari tractum ab alucitas (-tis *pars codd.*) quos nos conopes dicimus. MART. CAP. 5, 509 quia verborum veterum iam exolevit usus, non sunt audacius usurpanda illa, quae cum aetate mutata sunt. itaque 'alucinari' et 'cerritum' et 'caperatum' similiaque praetereuntes utemur his quae consuetudo recipiet. DOSITH. gramm. VII 431, 8 halucinor χασμῶμαι. GLOSS. II 15, 43 alucinatur ἀλύει. V 615, 3 alluncinor idest somnio, verbosor vel nugor. IV 85, 18 halucinares nugares. V 642, 39 halucinari aberrare (ob- *trad.*). Plac. V 23, 23 (= 71, 9. 105, 18) futura alucinentur (alluc- 23, 23) quasi luxurioso sermone incerta praedicant. AMBR. in psalm. 118, 4, 13 Graecus ἀδολεσχήσω posuit (v. 27 ἀδολεσχήσω ἐν τοῖς θαυμασίοις σου. VVLG. exercebor), quod dicit Latinus hallucinabor. ... ἀδολεσχῆσαι vulgo aestimatur vel hallucinari vel plus quam oportet aliquid loqui. ... *hic autem* ἀδολεσχία ... vel hallucinatio videtur longa quaedam esse meditatio et morosa quaedam mentis intentio. *scripturam antiquam esse* hal- *docet* GELL. 2, 3, 3 h litteram ... inserebant ... veteres nostri plerisque vocibus verborum firmandis roborandisque, ut sonus earum esset viridior vegetiorque ... sic 'lachrumas' ... sic 'halucinari', sic 'honera', sic 'honustum' dixerunt. *vix recte* l *geminatur. formae activae* alucinare FVLG. *l. 34,* halucinares GLOSS. *l. 42.*

CIC. nat. deor. 1, 72 quae Epicurus oscitans halucinatus est. ad Q. fr. 2, 9, 1 sed quemadmodum coram cum sumus, sermo nobis deesse non solet, sic epistulae nostrae debent interdum allucinari (*sic M*). Att. 15, 29, 2 ego tamen suspicor hunc, ut solet, halucinari; sed velim quaeras. COLVM. 7, 3, 26 ne fur aut bestia hallucinantem pastorem decipiat. GELL. 4, 20, 8 *stantem oscitare* iudicium esset vagi animi et alucinantis et fluxae atque apertae securitatis. 6, 17, 11 at ille oscitans et alucinanti similis: nunc, inquit, mihi operae non est. APVL. flor. 18 p. 83 quod ... mimus halucinatur, comoedus sermocinatur, tragoedus vociferatur ... histrio gesticulatur. ANTH. 19, 16 quae alucinari velut bovinator adactus sum. ITALA psalm. 118, 27 (*v. supra l. 45*). BOETH. elench. soph. 1 p. 1009A in orationibus qui nominum virtutis sunt ignari, perfacile captionibus allucinantur et ipsi disputantes et alios audientes. NOT. Tir. 58, 80 alucinor.

alucita, -ae *f.* [*orig. inc. Th.*]. FVLG. serm. ant. 52 alucinare dicitur vana somniari tractum ab alucitis (-as *pars codd.*), quos nos conopes dicimus, sicut Petronius Arbiter (frg. 11 Bücheler) ait: nam contubernalem (-ali me *trad.*) alucitae molestabant. *V.*

Alucius *v.* Allucius. [**alucus**] *v.* ulucus.

Aludda *opp. Phrygiae.* PTOL. 5, 2, 13 Ἄλυδδα. TAB. Peut. 9, 3/4 Aludda. RAVENN. p. 111, 1 Alida. *cf. Hirschfeld, PW. I 1709.*

[**Aludisas**] *nom. corruptum ut videtur.* CORP. XIII 1887 (*Lugudunі, periit*) Salvio Memori vet. leg. I M. ex optione et Isatiae coniugi eius Aludisas vet. leg. I M. genero et filiae. *Otto.*

σκαφηφόρια (scafisoria *trad.*) **alveāria** (al⟨u⟩taria *trad.*) GLOSS. III 171, 57. *cf.* 239, 51 τὰ σκαδιφόρια alutaria. *cf.* alvearius. *latinum vocabulum ut graecum obscurum.*

alveārium (alveare), -ī *n.* [*cf. c.* alveus *et c.* alvarium. *Th.*] GLOSS. III 262, 11 σμῆνος examen apum, alvearium. II 357, 21 κυψέλη μελισσῶν favus (-is *trad.*) alvearium. 431, 39 σίμβλον alvearium (III 262, 12 σίμβλον alveare). 15, 42 alvearia σμήνη (-νες *cod.*) σίμβλοι σμηνία. IV 14, 24 alvearia vasa apium (15, 18. 206, 20. V 165, 34). 307, 15 albearia vascula (V 264, 1 vasa) apium vel sina. 429, 7 albearia praesepia (*cf.* V 435, 2 ab alvearibus a praesepibus).
alveare *traditur apud* COLVM. 9, 11, 1 (*at* alvare *Sang. m. 1, item* alvare 9, 15, 5) GREG. TVR. Mart. 4, 13 GLOSS. III 262, 12. V 165, 35; alveari: COLVM. 9, 15, 6 (*at* albario *Sang. Ambr.*); alvearibus: COLVM. 9, 8, 1 (alvaribus *Sang.*) QVINT. inst. 1, 12, 7 (*an* alvaribus*?*) SOL. 26, 7 PALLAD. 7, 7, 2 PACIAN. epist. 3, 4 PAVL. NOL. epist. 34, 8 GLOSS. V 435, 2. *sing.* alvearium: PS. QVINT. decl. 13, 6 PALLAD. 7, 7, 8 AMBR. in Luc. 2, 71; alveario: PS. AMBR. serm. 43, 1. *ceterum semper plur.* alvearia (*quadrisyll.* CORIPP. Ioh. 1, 436. *gen.* alveariorum: SERV. georg. 4, 39. 250. *abl.* alveariis: HIL. in Matth. 2, 2 AVG. soliloq. 2, 6, 12 PS. RVFIN. in Ioel 3, 17). *cf. praeterea sub* alvarium.

COLVM. 9, 14, 10 ante alvearia. 11, 3, 39 alvearia curantibus. 9, 8, 1 apertis alvearibus (alvaribus *Sang.*). 9, 15, 11 si forte alvearia (alvaria *Sang.*) circumstructa et immobilia fuerint. 11, 2, 90 apibus alvearia (albaria *Sang.*) fieri debent (*reliqua v. s.* alvarium). PLIN. nat. 8, 44 armenta, alvearia, piscinae (*reliquis locis* alvar-). QVINT. *supra l. 9.* SOL. 22, 4 lapillos si quis sparserit inter alvearia. 26, 7 insidiantur alvearibus apium. PALLAD. 1, 37, 4 nova alvearia. 1, 37, 6 meliora. 1, 37, 7. 1, 38, 1 plena. 7, 7, 2 castrabuntur ... alvearia matutinis horis. *ibid.* favi de alvearibus auferantur. 7, 7, 8 alvearium ... reparare. PACIAN. epist. 3, 4 circumfluis alvearibus populosum examen. SERV. georg. 4, 250 horrea spatia alveariorum (4, 39). Aen. 1, 433. PS. AMBR. serm. 43, 1 apibus ... sunt comparandi, qui velut alveario quodam gratia matris ecclesiae continentur. HIER. epist. 98, 25 aculeoque conscientiae in morem apium noxios peccatorum fucos repellamus, plena ceris ac melle alvearia reservantes. 125, 11 apum fabricae alvearia. PS. RVFIN. in Ioel 3, 17 p. 1059B ut ... de alveariis ... videantur mella defluere. PAVL. NOL. epist. 34, 8 non de alvearibus neque pecoribus expressum dulcium nectar liquorum. AVG. soliloq. 2, 6, 12 de diversis alveariis. CASSIAN. c. Nest. 7, 5, 4 flores in alvearia congeruntur. GREG. TVR. Franc. 4, 33 in quo (*flumine igneo*) ... populi ceu apes ad alvearia mergebantur. Mart. 1, 17 pauca apium alvearia. 4, 13 *examen apium* collectum ... et in alveare reconditum. CORIPP. Ioh. 1, 436 crebris alvearia linquunt exitibus. ISID. reg. monach. 20, 3 ad hortulanum ... pertinebit munitio custodiaque hortorum, alvearia apum. HIL. in Matth. 2, 2 dulcissimum ex nobis cibum, non ex alveariis legis, sed ex truncis silvestrium arborum praebituri. AMBR. in Luc. 2, 71 ecclesiae ... gratia praefiguratur in melle silvestri, non intra alvearium legis plebis Iudaicae fetu referta.
TERT. adv. Val. 31 *ubi semen* defarinatum in consparsionis **alvearia** absconderit.

alveārius, -ī *m. ab* alveus. GLOSS. II 432, 46 σκαφηφόρος alvearius; *cf.* alvearia. *plane alio sensu* GLOSS. III 309, 36 σκαφιδοποιός alvearius.

alveātus, -a, -um *ab* alveus. CATO agr. 43, 1 sulcos, si locus aquosus erit, alveatos esse oportet. *cf.* alveolatus.

Aluēius *v.* Aluius.

? theatrum **alvendum,** gradus faciendos curavit CORP. IX 3173 (*periit*). D *supra* A *excepit is qui primus descripsit telescopio usus.*

alveolātus, -a, -um *ab* alveolus. VITR. 3, 4, 5 si ... ad libellam dirigetur *stylobates*, alveolatus (-tum *codd.*) oculo videbitur. *cf.* alveatus.

alveolus, -ī *m. ab* alveus *deminutive. neutr.* alveolum PAVL. FEST. p. 8 (*cf.* GLOSS. V 340, 25 NOT. Tir. 95, 15). alb- *codd.* GELL. 1, 20, 4. albiolo: PAPYR. *infra l. 70.* albiola: GLOSS. V 340, 56 (*cf.* 340, 25 *et* GALEN. *p. 1789, 5*). [*it.* albuolo. *M.-L.*]

vasa diversi generis ususque: GLOSS. V 340, 56 albiola pelvis rotundus. 652, 15 alveolis discis. 340, 25 albiolum (*vel* alv-) aldot (*anglos.*). VARRO ling. 5, 54 ibi inventi *Romulus et Remus*, quo aqua hiberna Tiberis eos detulerat in alveolo expositos. PHAEDR. 2, 5, 15 alveolo coepit ligneo conspergere humum aestuantem. COLVM. 8, 5, 13 totum ovorum numerum in alveolum ligneum conferat. IVV. 5, 88 illud ... vestris datur alveolis quod canna Micipsarum prora subvexit acuta (SCHOL. vasis, in quibus vos manducatis). VVLG. Dan. 14, 32 intriverat panes in alveolo (ἐν σκάφῃ, *cf. Roensch, semas. Beitr. 1 p. 7*). PAPYR. Marini 80 (*a. 564*) col. II 10 mortaria marmorea ... albiolo ligneo. *de tabella aleatoria*: PAVL. FEST. p. 8 alveolum tabula aleatoria. LVCIL. 406 naumachiam licet haec, inquam, alveolumque putare et calces. VARRO frg. Gell. 1, 20, 4 tesserae, quibus in alveolo (alb- *codd.*) luditur. CIC. Arch. 13 quantum *temporum* alii tribuant tempestivis conviviis, quantum denique alveolo, quantum pilae. fin. 5, 56 inertissimos homines ... aut alveolum poscere aut quaerere quempiam ludum. IVV. 7, 73 cuius et alveolos et laenam pignerat Atreus (SCHOL. alveolum tabulam calculatoriam, lusoriam). GELL. 14, 1, 24 cur tandem non de alea quoque ac de calculis et alveolo audent dicere, quisnam ibi ludentium vincat? *alia*: *in re militari* (*cf.* alveus *ap.* VEG. mil.): LIV. 28, 45, 16 securis rutra falces alveolos molas. *balnei*: VITR. 5, 10, 1 de frigidario in tepidarium ad eundem modum, testudinesque alveolorum ex communi hypocausi calfaciantur. *fluvii*: CVRT. 6, 4, 4 saxo, quod alveolum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

interpellat, repercussus duo itinera velut dispensatis aquis aperit *amnis.* COLVM. 11, 3, 44 in locis siccis partibus sulcorum imis disponenda sunt semina, ut tanquam in alveolis maneant. *in opere textrino*: HIER. epist. 130, 15 ad torquenda subtemina in alveolis fusa vertantur. *pro alvario*: GALEN. alfab. 216 propolis circum favus et circa ⟨al⟩violas apicolarum invenitur. *Ihm.*

Alveritae, -ārum *incolae oppidi Dalmatiae; cf. Tomaschek, PW. I 1704.* CORP. III 9938 (*in Dalmatia, ca. a. 69/70*) rem p. Alveritarum. *cf.* RAVENN. p. 211, 4 Arberie. *Otto.*

alveus, -ī *m.* [*ab* alvus, *cf. c. lituan.* aulys avilys '*alvus apium*'. *Th.*]. PROB. app. gramm. IV 198, 7 alveus non albeus. alb- *in codd. ex. gr.*: TAC. hist. 5, 19 CHIRON 307 GLOSS. II 502, 40 *et saepius. in titulis*: ACT. lud. saec. Sept. Sev. 2, 10 CORP. X 1695 (*a. 395*). 1696. 4752. 6850/51 (*aet. regis Theoderici*) INSCR. Ephem. epigr. VIII 1 n. 365 CARM. epigr. 645, 6. albium: GLOSS. V 340, 26 (*cf.* PAPYR. Marini 80 II 13 albio). alvibus *pro* alveis *ex coniectura Mommseni* CORP. VIII 828 (*saec. III*). *nota scripturam Claudianam* al⊣ei: CORP. X 797. *neutr.* alveum: CORP. VI 8718 alvea. PAVL. FEST. p. 168, 3. ITALA exod. 2, 16 (Lugd.) albea. GROM. p. 317, 27 *et* 323, 15 PS. AVG. quaest. test. I 106 ISID. orig. 20, 6, 8. *adde* alveum NOT. Tir. 95, 14 *et in* GLOSS. *saepius.* [*val.* albie, *francog.* auge. *M.-L.*] *cf. Mau, PW. I 1704; Leonhard, PW. I 1705* ('*alveus derelictus*').

vasa concava diversi generis ususque (*syn.* aula, labrum, seria, cortina, situla *al.*). GLOSS. σκάφη. πύελος. χώρημα. II 566, 2 albeus genus vasis, trog (*anglos.*). V 439, 3 lignum excavatum in quo lavantur infantes. 165, 36 quidquid aquam recipit. 340, 26 albium meelu (*anglos., i. moduli genus*). *cf.* PROB. app. gramm. IV 202, 31 alvum ventrem significat, alveum autem ⟨...⟩ cavam esse demonstrat.
CATO agr. 11, 5 corbulas amerinas XX, quala sataria vel alveos XL, palas ligneas XL. 12 cupas ... alveos ... palas. 28, 1 in alveo aut in corbula ferri iubeto. 81 id permisceto in alveo. 85 id infundito in alveum purum (*syn.* aula). 87 siliginem ... in alveum indat. *ibid.* in alvo puro misceto bene. PACVV. trag. 250 nec ulla subscus cohibet compagem alvei. LIV. 1, 4, 6 cum fluitantem alveum, quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset (*cf.* OV. fast. 2, 407 cavus alveus. 409 PS. AVR. VICT. orig. 20, 3). OV. met. 8, 652 (*versus spurius?*) erat alveus illic fagineus, dura clavo suspensus ab ansa: is tepidis impletur aquis. FEST. p. 169 *v. p. 1790, 9.* COLVM. 9, 15, 13 ubi liquatum mel in subiectum alveum defluxit, transfertur in vasa fictilia. 12, 7, 2. 12, 9, 1. 12, 22, 1 picis ... metretam adde in labrum aut in alveum. 12, 50, 2. 3. 5. 12, 56, 1 rapa in alveo aut seria componito. PETRON. 66 alveo circumlata sunt oxycomina. PLIN. nat. 16, 53 illa fit e piceae resina ferventibus coacta lapidibus in alveis validi roboris aut, si alvei non sint, struis congerie. 24, 67 si ex ea alveis factis bibant sues. PAVL. sent. 3, 6, 36 cogendorum fructuum causa comparata instrumento cedunt, velut corbes, alvei (quali *Huschke*), falces. APVL. met. 9, 23 alveo ligneo, quo frumenta confusa purgari consueverant. 9, 26 qui ad instar testudinis alveum succubabat. 9, 27. ITALA exod. 2, 16 (Lugd.) auriebant aquam quoadusque inplerent albea (δεξαμενάς, VVLG. canalibus), ut adaquarent oves. gen. 30, 38 virgas, quas purgavit in alveis aquaris (ληνοῖς, VVLG. canalibus), in quibus adaquabantur oves. SYMPH. 230 alveus est modicus, qui ripas non habet ullas (*sc. in tubo ligneo*). EPIT. Alex. 113 regem mortuum in alveum collocant tunicamque ... induunt. ITIN. Anton. Plac. rec. A 2 p. 160, 4 alveus marmoreus, ubi illa mulier infermentavit. AMM. 16, 11, 9 scutis in modum alveorum subpositis. 23, 4, 14 in alveo (*i. in cava parte*) ignem suscipit *malleolus.* 24, 4, 8 alveis arborum cavatarum invecti (*cf.* 31, 4, 5). CHIRON 307 media spina albei similis concava fiat. 328 aquam offerito in alveo. VEG. mulom. 2, 28, 3 patena quae appellatur, hoc est alveus ad hordeum ministrandum, sit munda semper. 5, 30, 2 aquam in situla vel alveo ... apponis. *apium*: alvus *non* alveus *ubique legendum apud* COLVM. PLIN. nat. (*v. sub* alvus). [PLAVT. Lip. frg. 1 *v. sub* alvus]. [VERG. georg. 2, 453 alveo *R*] TIB. 2, 1, 49 rure levis verno flores apis ingerit alveo. PS. QVINT. decl. 13, 5 inanis alvei incohata tantum opera et rudes cerae. GAIVS dig. 41, 1, 5, 2 antequam ... alveo concludantur *apes.* 41, 1, 5, 4 examen, quod ex alveo nostro evolaverit (*cf.* PAVL. dig. 41, 2, 3, 16). VLP. dig. 33, 7, 10 alvei apesque. GELL. 2, 20, 8 'apiaria' ... vulgus dicit loca, in quibus siti sunt alvei apum. *balnei*: RHET. Her. 4, 10, 14 ut ... in balneas venit ... ut in alveum descenderet. CIC. Cael. 67 alveusne ille an equus Troianus fuerit (*cf.* alvus). VITR. 5, 10, 4 quanta longitudo fuerit, tertia dempta, latitudo sit praeter scholam labri et alvei (*an* alveum?); *ibid. iterum.* FEST. p. 298 alvei ... lavandi gratia instituti. CAPITOL. Alb. 5, 6 ut parvuli ... in testudineis alveis lavarentur. *cf.* CORP. VIII 828 (*saec. III*) apodyterium ... et scalas ... cetera restaurata adq(ue) statuis, marmoribus, tabulis pictis, columnis, ⟨al⟩v⟨ib⟩us, cellarum cathedrebus ornata. VI 8718 fontem dilapsum restituit, item murum cingendum et alvea ponenda curavit. ISID. orig. 20, 6, 8 labrum ... idem est et alveum, quod in eo ablutionem fieri solitum est. *de tabula aleatoria* (*cf.* alveolus): VARRO frg. Non. p. 108 mihi puero modica una fuit ... toga ..., ecus sine ephippio, balneum non cotidianum, alveus rarus (*i. ludus*). VITR. 5 prooem. 4 tesserae, quas in alveo ludentes iaciunt. VAL. MAX. 8, 8, 2 alveo ... et calculis ... vacasse dicitur. PLIN. nat. 37, 13 transtulit alveum cum tesseris lusorium e gemmis duabus, latum pedes tres, longum pedes quattuor. SVET. Claud. 33 solitus etiam in gestatione ludere, ita essedo alveoque adaptatis ne lusus confunderetur. PS. CYPR. de aleat. 6 alveus laqueus est ille mali.

de fundo navium, tum pro ipsis navibus, lintribus: GLOSS. II 432, 44 σκάφη τὸ πλοιάριον alveum alveus cumba (*cf.* 432, 45). 359, 25 λέμβος alveum alveus. 357, 19 κύτος τῆς νεώς alveum (*cf.* 15, 40). *cf.* FEST. p. 169 naustibulum vocabant antiqui vas alvei simile ... a navis similitudine. navia ex uno ligno exculpta, ut navis, quo utuntur alveo in vindemia. [CAES. civ. 1, 54, 2 *coniect. incerta.*] SALL. Iug. 18, 5 alveos navium invorsos pro tuguriis habuere. VERG. Aen. 6, 412 accipit alveo | ingentem Aenean: gemuit sub pondere cumba (*ubi* SERV. fluminis scilicet). PROP. 3, 7, 16 quidnam fracta gaudes ... carina? portabat sanctos alveus ille viros. OV. fast. 3, 592 alveus haurit aquas. LIV. 10, 2, 12 fluviatiles naves ad superanda vada stagnorum apte planis alveis fabricatas (*cf.* TAC. ann. 14, 29). 21, 26, 9. 23, 34, 17 alvei navium quassati erant (*cf.* 1, 4, 6 *coll.* OV. fast. 2, 407. 409 PS. AVR. VICT. orig. 20, 3). VELL. 2, 107, 1 cavatum ... conscendit alveum. SIL. 14, 541 submergitur alveus undis (*cf.* 428). IVV. 12, 30 cum plenus fluctu medius foret alveus. TAC. ann. 2, 23 equi ... arma praecipitantur, quo levarentur alvei, manantes per latera. 14, 29 naves fabricatur plano alveo (*cf.* LIV. *supra l. 16*). APVL. met. 11, 16 huius felicis alvei nitens carbasus. SOL. 11, 21 ut vela incidant et praeponderatis sinibus alveos vergant *coturnices.* 52, 42 alveos navigantium. PS. SOL. add. p. 218, 30 navigant ... vimineis alveis. OPT. PORF. schol. carm. 19 alter *versus* inde descendens ad alveum navis speciem gubernaculi partis suae fine concludit. VEG. mil. 4, 44 ardentes sagittae in hosticarum navium alveos infiguntur. ANON. de mach. bell. 17 in cuius (*liburnae*) alveo vel capacitate. *in re militari* (*cf.* alveolus *ap.* LIV. 28, 45, 16): VEG. mil. 2, 25 ad fossarum opera facienda bidentes ligones palas rutra alveos cofinos, quibus terra portetur. 4, 11 liquor ex mari sumptus per alveos aliaque patula vasa diffunditur.

i. q. fossa, canalis, praecipue fluminum, rivorum: SERV. Aen. 8, 74 ex quo (*lacu*) erumpens aqua efficit fontem, qui cum fluere coeperit, alveum facit. GLOSS. II 537, 12 βάθος ποταμοῦ. 549, 32 ἡ τοῦ ποταμοῦ κοίτη ἤτοι τὸ βάθος. 414, 31 ποταμοῦ νηδὺς ἤτοι κοίτη. 514, 30 μέσον τοῦ ποταμοῦ (509, 17 σκάφη τὸ μέσον τοῦ ποταμοῦ). IV 205, 38 profundus vel torrens. V 439, 3 fluminis medius canalis. IV 307, 16 fluvii canalis (473, 49. V 165, 36 DIFF. ed. Beck p. 35, 66). 14, 14 sinus fluminis (*cf.* V 264, 2 profundum vel sinus fluminis). II 428, 11 ῥεῖθρον rivum, rivus, alveum, hic fluvius. V 341, 18 streumrad (*anglos.*). *cf.* aulon. PACVV. trag. 406 labitur ... trabica in alveos. VERG. Aen. 7, 33 adsuetae ripis volucres et fluminis alveo. 7, 303 conduntur Thybridis alveo (VAL. MAX. 3, 2, 1. 7, 3, 1 PLIN. epist. 8, 17, 1. SVET. Aug. 30 alveum Tiberis laxavit ac repurgavit. 37 curam ... alvei Tiberis. VOPISC. Aurelian. 47, 3 CLAVD. 1, 227. NOT. dign. occ. 4, 6 comes riparum et alvei Tiberis. *et passim in titulis de cura alvei Tiberis, ex. gr.* CORP. VI 31534 *sqq.* 32327. 32332. XIV 172^add. 3900. X 1696. 3870. V 5262. II 4509). VERG. Aen. 9, 31. georg. 1, 203 illum (*lembum*) in praeceps prono rapit alveus amni. HOR. carm. 3, 7, 28 Tusco denatat alveo. 3, 29, 34 medio alveo cum pace delabentes Etruscum in mare. OV. fast. 5, 637 Thybris ... medio caput extulit alveo. met. 1, 343 plenos capit alveus amnes (*cf.* 8, 559 am. 3, 6, 86 EPICED. Drusi 226). met. 1, 423 ubi deseruit madidos septemfluus agros Nilus et antiquo sua flumina reddidit alveo (am. 2, 13, 9 Nilus lato delapsus in alveo. *item de Nilo*: SEN. nat. 4, 2, 5 leni. 4, 2, 8 alto ac profundo. MELA 1, 10. 54. 3, 80 LVCAN. 10, 311 PLIN. nat. 5, 48. 53. 128 Alexandria tribus ... aditur alveis mari. PLIN. paneg. 30. 31 AMM. 17, 4, 13. 22, 15, 10 HIER. in Ezech. 30, 1 *sqq. infra p. 1791, 43* PS. RVFIN. in Am. 9, 5 MART. CAP. 6, 626 ALC. AVIT. carm. 1, 280). LIV. 5, 37, 7 Allia, Crustuminio montibus praealto defluens alveo. 10, 2, 7 gravissumas navium non pertulit alveus fluminis. 21, 5, 13 medio (44, 35, 16). 21, 27, 4 alto. 21, 31, 11 pluribus simul neque isdem alveis fluens *Druentia.* 41, 11, 3 amnem ... multorum dierum opere exceptum novo alveo avertit (CVRT. 6, 4, 5 GAIVS dig. 41, 1, 7, 5 *cf.* CORP. IX 4051 *saec. IV*). LIV. 44, 8, 6 ingentis gurgites facit et ... praealtas voragines cavatoque medio alveo ripas utrimque praecipitis. 44, 32, 10 sicco alveo transiri poterat. 44, 35, 17 descensus ripae utriusque in alveum trecentorum ... passuum erat. 44, 40, 8 iumentum ex medio alveo in suam ripam trahentes. VAL. MAX. 9, 2, 1 cineres in Anienis alveum sparsit. SEN. Thy. 72 alveo medius tuo, Phlegethon, relinquar igneo cinctus freto (*cf.* CLAVD. 5, 468). 355 unda Tagus aurea claro devehit alveo. dial. 5, 21, 3 donec C et LXXX cuniculis divisum alveum in CCC et LX rivos dispergeret et siccum relinqueret in diversum fluentibus aquis. 11, 9, 1 navigabilibus fluminum alveis (MELA 1, 68. 2, 78 PLIN. nat. 4, 10. 6, 165. 7, 21). benef. 6, 7, 3 largo ac perenni alveo currant *flumina.* nat. 3, 10, 2 nec *spiritus* — ut flumina — certo alveo fertur. 3, 7, 2. 3, 27, 8 flumina ... alveos reliquerunt (*ibid. iterum*). 6, 17, 2 facilis et liber. epist. 104, 15. 114, 5 alveum lintribus arent. 120, 7 rapido. CVRT. 5, 3, 2 clementiore alveo praeterit *Tigris campos.* 7, 10, 2 torrentem ... ripae in tenuem alveum cogunt (9, 4, 9). 8, 9, 5 iuga

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

recto alveo stringit *Ganges*. 8, 13, 8 profundo. 9, 2, 17 angustiorem. 9, 8, 30 insulam medio ferme alveo enatam (*cf.* VLP. dig. 43, 12, 1, 6 PAVL. dig. 41, 1, 65, 2). 9, 9, 9 praecipiti. *et saepius.* MELA 1, 74 magnum impetum brevi alveo traxit. 1, 112 duobus alveis in lacum et in mare profluens. 2, 30 maiore. 2, 63 suumque etiam in mari alveum servet. 3, 5 simplici. 3, 24 certo. 3, 38 recto. 3, 39 ex . . . montibus uno alveo descendit, duobus exit in Caspium (*cf.* 3, 68. 69). 3, 40 semet ipse sine alveo ferens (3, 77). 3, 41 multum distantibus alveis. *et saepius.* LVCAN. 2, 217 nec iam alveus amnem nec retinent ripae. 4, 86. 10, 311 piger (*cf.* MELA 3, 77). PLIN. nat. 3, 9 amoeno blandus alveo *Baetis*. 3, 123 fructuoso (*de Pado*). 3, 148 gemino. 4, 84 Hypanis . . . fluit manu facto alveo in Bucen, naturali in Coretum. 5, 90 dexteriore. 6, 124 continuo. 6, 130 vasto. *et saepe.* SIL. 3, 450 propere in pontum lato ruit incitus alveo *Rhodanus*. 4, 602 spumanti. 9, 188. 14, 229 STAT. Theb. 4, 819. 5, 1 (altum *P*, alvum *BM*). 9, 225 solito tunc plenior alveo. 10, 868 celer. silv. 4, 3, 75 ripas habitare nescientem *Volturnum* recti legibus alvei ligasti. QVINT. inst. 2, 1, 4 pleno. 9, 4, 7 quanto vehementior fluminum cursus est prono alveo. FRONTIN. aq. 121. 122 alveos rivorum. 124. strat. 1, 1, 6 demisso alveo Euphrates decurrit. 1, 5, 4. 2, 3, 22 et alveo suo et alluvie regionem impedierat. 2, 13, 5. 3, 7, 4 flumine averso per alveum veterem (grom. p. 20, 10). TAC. Germ. 32. hist. 3, 17 incerto alveo et praecipitibus ripis fugam impediebat *rivus*. 5, 19 Rhenum prono alveo in Galliam ruentem (*ibid.* tenuis). ann. 1, 79 Clanis solito alveo demotus. 2, 5 per ora et alveos fluminum. 2, 6 Rhenus uno alveo continuus. 11, 18 Rheni. PLIN. epist. 5, 6, 12 immensique fluminis nomen arenti alveo deserit. GAIVS dig. 41, 1, 7, 5 si . . . naturali alveo relicto flumen alias fluere coeperit (*saepius ibid. cf.* CORP. XII 107 *a. 163*). VLP. dig. 43, 12, 1, 5 *sqq.* 43, 13, 1, 1. 5. 7 (POMPON. dig. 43, 20, 3, 2 IAVOL. dig. 7, 4, 24 pr.). POMPON. dig. 41, 1, 30, 1 exsiccatus (*cf.* PROC. dig. 41, 1, 56, 1). GELL. 11, 17, 4 arbores, quae ant ripis fluminum eminerent aut in alveis eorum extarent. TERT. bapt. 4 lacu an alveo diluatur. PORPH. Hor. carm. 4, 7, 3 *flumina* intra alveum labi. SOL. 25, 5 *et saepius.* ITIN. Alex. 9. 22. 34. VOPISC. Aurelian. 47, 3 vadum alvei tumentis effodi. IVL. VAL. 1, 43. 2, 27. 28. 3, 36. 45 ARNOB. nat. 1, 36 IVST. 32, 3, 14 ITIN. Anton. Plac. rec. A 11 p. 166, 20. HIL. myst. p. 25, 18 arefacto. AVIEN. orb. terr. 1318 vastum ut late trahat agmen aquarum alveus. ora 469. 612 AVSON. 298, 17. 441, 2. Mos. 83 liquidoque sub alveo. 142. 432. 454 tacito quas (*urbes*) subterlaberis alveo. AMM. 16, 12, 57 cruore barbarico decolor alveus. 17, 13, 4. 19, 5, 4. 19, 11, 8. 21, 9, 2. 24, 1, 5. 24, 6, 2. 28, 2, 3. VEG. mil. 3, 7 aqua violentior . . . alveus latior (*ibid. iterum*). 3, 22. HIER. in Ezech. 30, 1 *sqq.* p. 357 ut siccentur alvei fluminum, hoc est Nili διώρυχες. in Is. 27, 12 ab alveo vel rivo fluminis. epist. 17, 2 (*cf.* 48, 15). 108, 12. 119, 11. VVLG. exod. 2, 5 (παρὰ τὸν ποταμόν). Ios. 4, 3 de medio Iordanis alveo (ἐκ μέσου τοῦ Ἰορδάνου). 3, 17 arentem (4, 22). IV reg. 3, 16 facite alveum torrentis huius fossas. Ezech. 30, 12 aridos, *et saepius.* RVFIN. hist. 3, 6, 21 (ὑπὲρ Ἰορδάνην). PS. AVG. quaest. test. I 106 exhausta latitudine terrae factum est velut alveum, in quod demergeretur omnis aqua. SVLP. SEV. chron. 1, 22, 3 pleno alveo ferebatur *Iordanes*. AVIAN. fab. 16, 3 tumidis subter decurrens alveus undis suscipit. MART. CAP. 1, 15 per declivis alvei praecipites lapsus. RVT. NAM. 1, 339 pronis . . . patet alveus undis (*Vmbronis fluminis*). OROS. hist. 1, 2, 33. 2, 6, 3 rapacem. 2, 6, 4. 2, 6, 6 patentibus alvei partibus. SIDON. epist. 1, 5, 5. 2, 9, 9. 7, 1, 1. carm. 2, 338 sulcabat . . . torrens alveus alvum. 7, 396 VICT. VIT. 3, 56. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 636 piger. DRAC. laud. dei 1, 64. 702 ALC. AVIT. carm. 1, 265 *et saepius.* IORD. Rom. 247. 376 LEX Visig. 8, 4, 29 CORIPP. Ioh. 6, 488 PASS. Mar. Iac. 11 p. 60, 17. 12 p. 61, 11. VITR. 1, 5, 6 fundamentum muri deprimendum est intra alveum fossae. COLVM. 4, 4, 1 ne similis sit alveo scrobis. 4, 4, 2 vitis supina velut recumbens in alveo deposita (*cf.* PLIN. nat. 17, 168). *maris, lacus*: *cf.* PLIN. nat. 6, 82. SOL. 10, 14 contra medium alveum *Ponti*. 24, 5 insula insinuata sinibus alvei recurrentis et in quibusdam aequoris spiris sita. *cf.* 19, 5. VVLG. II par. 4, 3 quasi duobus versibus alveum maris circuibant. boves autem erant fusiles. AMM. 23, 6, 15 lacum Sosingiten, cuius alveo Tigris voratus.

i. q. alvus: *cf.* GLOSS. II 15, 40 alveus γαστήρ. TERT. apol. 9 ipsorum ursorum alvei appetuntur. anim. 10 quod modicis animalibus sine necessariis membris nihilominus vivere instruxerit salvo etiam visu sine oculis et esu sine denticulis et digestu sine alveis (*cf.* resurr. 60 gulae lapsus et compitum stomachi et alvi [-ei *AC*] gurges). GALEN. alfab. 104 purgat fleuma et per alveo (*cod. Pal.*, alveum *Lucc. et Paris.*, album *Carn.*) colera nigra. *notanda praeterea*: APVL. met. 4, 18 fores ianuae repandit nobisque prompte convolantibus et domus alveo receptis demonstrat horreum. PAVL. NOL. epist. 21, 2 geminos in alveum cordis sui traxerat fontes (*cf.* alvus *in fine*). *de baptismo* (*cf.* alvus *in fine*): VICT. VIT. 3, 34 quem . . . diaconus de alveo fontis susceperat generatum. 2, 50 crispantem benedixit alveum fontis. *Ihm.*

Aluham, Aluhan *v.* Alva.

Alvi *legitur in vasculo Gallico* CORP. XIII 10010, 96. *Otto.*

Alvia *v.* Albiga.

alvaria non **alvīnae** CAPER gramm. VII 107, 12.

Alvinca(unum) *v.* Album Ingaunum.

? **alvinus,** (-a, -um). PLIN. nat. 21, 172 alvinis imposita plurimum prodesse dicitur *vicapervica* (alvi vitiis *Mayhoff*). [25, 76 *radix Nymphaeae* adversatur alvinis (*Barbarus*, et alium *codd.*, ita lieni *Mayhoff*).] *Ihm.*

Alvīnus *nom. vir. germ.* GREG. M. epist. 9, 45 Alvino episcopo Formiae.

Aluisius *v.* Aluius.

Alvitius *nom. gent.* CORP. II 563 (*in Lusitania, periit*) M. Alvitius T. fi. Iunius H<e>rmias. *cf.* Aluius?

Aluius, -a *nom. gent., cognatum cum* Allius, *cf.* Allonius. CORP. VI 1057, 2, 166 (*a. 205*) Q. Aluius Marcelli(nus) *vigil.* 11503 <d.> m. Aluiae Venustae coniugi . . . T. Cocceius Amarantus et M'. Aluius Felix filius. **Aluēius** *nom. gent.* CORP. VIII 18073 (= 2561, *in castris Lambaesitanis*) a 17 Alueius Fortunat(us) *miles.* ALVEIV *est in vasculo Gallico* CORP. XIII 10010, 3115 b. **Aluisius** *nom. gent.* CORP. V suppl. ital. 1077 (*in amphoris*), 25 C. Aluisi. 26 T. Aluisi. *Otto.*

alum, -ī *n.* (*vel* **alus,** -ī *f.*) *herba* [*cf. c.* alium, *fort. c. ind.* ālúḥ ālukám *'bulbus, radix globosa esculenta'*; *v. Froehde, Bezzenbergers Beitr. 3, 289. Th.*]. PLIN. nat. 27, 41 alum nos vocamus, Graeci symphyton petraeum (*seq. descriptio*). 1, 27, 24 alum, quod symphyton petraeum. 19, 116 alium est et in arvis sponte nascens — alum vocant — quod . . . quae devoravere aves stupentes manu capiuntur. SCRIB. LARG. 83 symphyti radix, quam quidam inulam rusticam vocant, quidam autem alum Gallicum dicunt (MARCELL. med. 17, 21). MARCELL. med. 10, 68 radicem symphyti, quod alum Gallicum dicitur. 26, 18 al[i]um Gallicum. PS. APVL. herb. 60 Graeci . . . symphyton . . ., Latini . . . consolidam, inulam rusticam, Galli alum. GALEN. alfab. 257 sinfitus, quod aliqui alum Gallicum (*sic cod. Lucc.*) dicunt. ISID. orig. 17, 11, 9 inula, quam alum (-am *trad.*) rustici vocant. *v. sub* alium *p. 1620, 43.* PLIN. nat. 26, 42 halus . . . quam Galli sic vocant, Veneti coloneam. 1, 26, 26 halus sive cotonea. MARCELL. med. 31, 29 symphyti radix, quae herba gallice halus vocatur. [*hisp.* ala. *M.-L.*] *V.*

of. Alum. *est in vasculo Gallico* CORP. XIII 10010, 2900[b]. *Otto.*

alūmen, -inis *n.* [*cf. c.* aluta. *Th.*]. ISID. orig. 16, 2, 2 alumen vocatum a lumine, quod lumen praestet coloribus fingendis. *sic ludens* VEN. FORT. carm. 5, 1, 5 detulit puppis illa reliquis forsan alumen, mihi vestri conloquii certe lumen. CHAR. gramm. I 38, 16 alumen στυπτηρία (IDIOM. gen. gramm. IV 582, 29. GLOSS. II 15, 38 *et passim*). LYD. de mag. 1, 32 ἄλουμεν κατ' αὐτοὺς ἡ στυπτηρία λέγεται. GLOSS. III 629, 50 scitis id est alumen. 595, 51 scistis alum<en> (*cf.* 606, 6 scistis stipteria). II 566, 14 locus ubi tanantur coria (*cf.* aluta). *cf.* III 550, 21 aqua stypterizusa i. aqua, qua alumen lavatur (536, 27). *trad.* alumin (*pro* -men) CORP. VIII 4508, 27 (*a. 202*). *v. Nies, PW. I 1706.*

VARRO ling. 5, 25 putidus odoribus saepe ex sulpure et alumine. QVADRIG. hist. 81 Archelaus omnem materiam obleverat alumine (*cf.* GELL. *infra l. 64*). DOM. MARS. carm. frg. 4 hircum et alumen olens. AETNA 390 spissus crebro praebetur alumine (numine *codd.*) sucus, pingue bitumen adest. VITR. 2, 6, 1 si non in imo haberent aut e sulpure aut alumine aut bitumine ardentes maximos ignes (8, 3, 1. 5. 8, 6, 2). CELS. 4, 25 alumen lana circumdatum. 4, 31 pari portione inter se mixta pix cera alumen. *et saepe* (*alia v. infra*). COLVM. 6, 31, 2 impetigines . . . aceto et alumine defricantur (*ibid. iterum*). 7, 5, 12 (*bis*). SCRIB. LARG. 57 stringit . . . dentes alumen, quo infectores utuntur, ex melle Attico, ita ut duae partes sint mellis, tertia aluminis. 58. 77. 149. 209. 212. 222 (*alia infra*). PLIN. nat. 1, 35, 32 de alumine et generibus eius. 28, 203 cum cyclamini suco et aluminis momento. 28, 244 aluminis cinere. 32, 126 aliqui malunt alumen melque misceri cineri. 33, 64 (*ter*). 33, 98 finis antiquis fodiendi *argenti* solebat esse alumen inventum. *ibid.* nuper inventa aeris vena infra alumen nullam finem spei fecit. *et passim.* GELL. 15, 1, 6 turrim ligneam . . . ardere non quisse, quod alumine ab Archelao oblita fuisset (*cf.* QVADRIG. *supra l. 49*). CORP. VIII 4508 (*a. 202*) resina pice alumin (*acc.*). SER. SAMM. 522 tectum lana subponis alumen. AMM. 20, 11, 13 *materiae* unctae alumine, ut ignis in eas laberetur innoxius. PELAGON. 228 *et passim.* CHIRON 142 *et saepe.* NOVELL. Valent. 18, 1, 1 (*a. 445*). PLAC. med. 1, 13. 16, 7. THEOD. PRISC. eup. faen. 87 ex aluminis pulvere.

genera et epitheta: *cf. imprimis* PLIN. nat. 35, 183 nec minor est aut adeo dissimilis aluminis opera, quod intellegitur salsugo terrae. plura et eius genera. in Cypro candidum et nigrius, exigua coloris differentia, cum sit usus magna, quoniam inficiendis claro colore lanis candidum liquidumque utilissimum est contraque fuscis aut obscuris nigrum. 35, 184 laudatissimum in Aegypto, proximum in Melo. huius quoque duae species, liquidum spissumque *eqs.* 35, 186 concreti aluminis unum genus σχιστόν appellant Graeci *eqs.* ISID. orig. 16, 2, 2 *alumen est* salsugo terrae efficiturque hieme ex aqua et limo et aestivis solibus maturatur, cuius species duae sunt, liquidum et spissum. GALEN. alfab. 7 alumen dicetur rotundo, dicitur et iscisum, dicitur et liquidum *eqs.* CELS. 5, 2 alumen et scissile, quod σχιστόν vocatur, et liquidum (6, 9 *et passim* scis-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sile). COLVM. 6, 13, 1 scissum alumen tritum (6, 31, 2). PLIN. nat. 23, 108. 30, 74. 31, 79 alumini quod schiston (sciston *codd.*) vocant (33, 88 alumine schisto). PELAGON. 237 alumen scissum (στυπτηρία σχιστή). CHIRON 461 *et saepius.* SORAN. 75. 137. MARCELL. med. 1, 4 scissi (*et passim*). 27, 45 aluminis schisti (27, 140. 141). THEOD. PRISC. eup. faen. 25 scissum, *et passim.* CAEL. AVR. acut. 2, 37, 197 chron. 1, 6, 184. 4, 7, 101 (2, 7, 103 schisto). CASS. FEL. 11. 32 *al. adde* GLOSS. *passim.* CELS. 5, 12 alumen rotundum. 5, 18, 11. 6, 19 *et saepius.* SCRIB. LARG. 30. 203. 206. 208. 248 PLIN. nat. 20, 88 PLIN. med. 3, 18. PELAGON. 253 (στυπτηρία στρογγύλη). SORAN. 71 MARCELL. med. 8, 9. 11, 35. 36, 10 (*cf.* 31, 7 aluminis rotundi ustulati et siccati). CASS. FEL. 11 ORIBAS. syn. 5, 5. CELS. 6, 19 alumen melinum rotundum (*cf.* 5, 1 p. 161). SCRIB. LARG. 226 aluminis melini. CELS. 5, 6 alumen liquidum (5, 2 *p. 1792, 84*). SCRIB. LARG. 86. 227. 243 MARCELL. med. 1, 21. 31, 6. 34, 26. *adde* GLOSS. III 539, 65. 565, 53 (στυπτηρία ὑγρά). *cf.* 568, 27 liparis i. alumen liquidum (597, 45. 602, 43. CASS. FEL. 4 aluminis lipari. 10). CELS. 5, 28, 12 aluminis Aegyptii. SCRIB. LARG. 47 (MARCELL. med. 10, 7) PLIN. nat. 28, 100. 164. 214. SCRIB. LARG. 55 alumen fissum *et passim apud hunc et* MARCELL. med. (8, 123 aluminis fissi atque usti). PELAGON. 166 crudi (στυπτηρία ὠμή). CHIRON 977 validum. MARCELL. med. 4, 24 aluminis infectorii. THEOD. PRISC. eup. faen. 92 alumen umectum *et persaepe.* GLOSS. III 543, 1 alumen album (*cf.* PLIN. nat. 35, 183 *p. 1792, 72 sqq.*). *Ihm.*

alument- *v.* aliment-.

Alumento pro Laomedonte a veteribus Romanis necdum adsuetis graecae linguae dictum est PAVL. FEST. p. 18. *Otto.*

alūminārius, -ī *m. ab* alumen. CORP. VI 9142 C. Terentius ... aluminarius.

alūminātus, -a, -um *ab* alumen. PLIN. nat. 31, 59 *aqua* sulpurata ... aluminata ... bituminata MARCELL. med. 25, 8 pellem lupi aluminatam lumbis dolentibus impone. *vix huc pertinet verbum* aluminare (adl-) DIOSC. 1, 68. 4, 23. *Ihm.*

Alūminōsa *nom. mul. christ.* GREG. M. epist. 9, 8 Aluminosae ancillae dei. *Otto.*

alūminōsus, -a, -um *ab* alumen. VITR. 8, 2, 8 in sulpurosum locum aut aluminosum seu bituminosum. 8, 3, 4 *fontes.* SEN. nat. 3, 2, 1 *aquas.* *nota neutr. plur.*: PLIN. nat. 31, 49 depressis puteis sulpurata vel aluminosa occurrentia putearios necant. *Ihm.*

alumnor, -ātus sum, -ārī [*ab* alumnus. *Th.*]. alumnatus *passive* APVL. met. 9, 36 MART. CAP. 9, 892. APVL. met. 10, 23 *mater puellam natam* prodidit vicinis alumnandam. 6, 23 adulescentem istum (*Cupidinem*) quod manibus meis alumnatus sim (*Iuppiter*). MART. CAP. 8, 813 me (*Astronomiam*) alumnantis erudientisque Cyllenii. 9, 892 hae ... in penetralibus (-bilibus *β*) ... virginis secretisque sanctioribus alumnatae. APVL. met. 8, 17 canes ... quos ... curiose fuerant alumnati. 9, 36 canes ... viatorum passivis (passib- *cod.*) morsibus alumnatos.

alumnula, -ae *f. ab* alumna *deminutive.* CORP. XII 1602 d. m. Aleticiae Doridis Aleticia Trophime alumnulae et sibi viva fec(it).

alumnus, -a, -um *adi.* [*olim fuit participium praesens passivum verbi* alere. *Th.*]. *v. p. 1798, 58 sqq.*

subst. **alumnus,** -ī (**alumna**). NON. p. 242 alumnos consuetudo quos alas vel educes vel eos qui alunt dici vult. p. 243 filium *v. p. 1794, 26—28.* SERV. Aen. 6, 595 elegit sermonem, quo utrumque (*filium et nutritum*) significaret, nam ʻalumnumʼ dixit. GLOSS. θρεπτός, τρόφιμος, τρόφιμος ὁ τραφεὶς ὑπό τινος, οἰκοτραφής τρόφιμος θρεπτός *cf. p. 1794, 79*; nutricius, quem quis aluit, id est nutritus, diliciosus nutricius vernaculus, et qui alit et qui alitur id est nutritor sive nutritus; quem quis aluit, id est qui nutriendus accipitur seu nutriciosus vel diliciosus aut filius non ex proprio semine sed nutritus; alumnum τροφέως; alumno: amatore sive filio; alumni: filii vel servi ab alendo dicti. alumna: ab alendo dicta, nam ⟨et⟩ quae alit et quae alitur alumna dici potest, id est [nutrix], et quae nutritur et nutrit: sed melius tamen quae nutritur. GLOSS. V 341, 50 alumnae: fosturbearn *anglos.* (*cod. Epin.*, foetribearn *Ampl.*). NON. p. 243 alumnum, dominum. Vergilius lib. XI (33): caro datus ibat alumno *v. p. 1794, 28.* SERV. Aen. 11, 33 alumnus est qui graece τρόφιμος dicitur. *schol. T* hoc loco veteres accipiunt positum a Vergilio ʻalumnoʼ pro domino. *cf.* DON. Ter. Phorm. 39. alumnus, -a *inde a* PLAVTO *usitatum, deest apud* TER. CATONEM RHET. Her. CATVLL. LVCR. CAES. SALL. NEP. TIB. (LIV. *semel*) MANIL. VITR. FEST. VAL. MAX. CELS. PHAEDR. SCRIB. LARG. ASCON. LVCAN. PERS. PETRON. HOMER. PLIN. epist.

gen. plur. alumnum PACVV. trag. 313. *dat. plur.*: alumn⟨i⟩bus CORP. V 1685 (alumn⟨a⟩bus *Mommsen, cf.* filibus natibus *Diehl, De* ʻmʼ *finali* p. 200, 4). *in titulis legitur*: alonnus CORP. III 2240. almnus III 8115. aluno V 6271, 5 (*non extat*). alom⟨n⟩us VI 33963 *cf.* INSCR. christ. Rossi I n. 56 (*a. 340*) alom(no). INSCR. Notiz. degli scavi 1897 alunis = alumni. *in codicibus quibusdam male fertur* alumpnus, *ut*: CIC. Att. 14, 17ª, 2 *cod. M.* PRVD. psych. 504 c. Symm. 2, 769 perist. 3, 570. 9, 31 (*aliis locis* alumnus). CARM. epigr. 1425 A 3 (*titulus non extat*).

epitheta alumni, -ae: abstenentissimus *v l. 15.* carus: VERG. Aen. 11, 33 STAT. Theb. 12, 361 AVSON. Mos. 232. care pientissime: CORP. III 8547. carissimus: CORP. VI 35078. VII 328ª. XII 733 *et saepe.* dulcissimo et desiderantissimo: CORP. IX 2101. dignissimus *v. l. 15.* dilecta: CARM. epigr. 430, 1. dulcis: HOR. epist. 1, 4, 8 CORP. *v. l. 18.* dulcissimus: CORP. VI 33227. 35020. XII 453. 466 *et saepe.* fidelissimo: CORP. VI 8622. grata: STAT. Ach. 1, 70. incomparabilis CORP. XII 533 *al.* indulgentissimus: CORP. II 2243. innoceti: CORP. V 6271 (*christ.*). innocentissimus: CORP. XIV 1911 *et l. 10.* carissimae et obsequentissimae: CORP. II 4351. obsequentissimo et innocentissimo: CORP. III 2335. optimus: CORP. VI 19107. X 2230. pius: OCTAVIA 406 STAT. Theb. 6, 378 INSCR. Ephem. epigr. V 441 p. 314. piissimus: CORP. III 9169. X 2466. V 4439 *al.* pientissimus: CORP. XII 35. 204 *al. cf.* notae pietatis: OV. met. 14, 443. iuveni probissimo ac fidelissimo ... alumno dignissimo: CORP. IX 2010. alumnae pudicissimae adque abstenentissimae puella⟨e⟩: CORP. XIV 1826. pulcher: STAT. silv. 3, 4, 16. rarissime: CORP. VIII 3827. pueri reberentissimi: CORP. X 3355. sanctissimae alumnae et dulci: CORP. VIII 9173. sim⟨pli⟩cissim(o): CORP. III 103 v. add. p. 969. *saepe accedunt* bene merenti *sim., ut* CORP. III 14509¹. bene laborantibus: CORP. V 1685 (*christ.*). parvus: HOR. carm. 3, 18, 4 (*de animal.*) COLVM. 9, 2, 3 CLAVD. 10, 127. tener: OV. fast. 2, 417 AVSON. 322, 23. infans: CORP. III 14277. X 7319. altilis *v. p. 1796, 25.*

de eo qui alitur, nutritur, educatur (*apud poetas etiam de filiis*): PLAVT. Merc. 809 erus atque alumnus tuos sum. :: salve, alumne. PACVV. trag. 313 desiderio alumnum (*apud* NON. p. 243 alumnum filium). VERG. Aen. 6, 595 Tityon, Terrae ... alumnum (NON. p. 243 filium, *sed cf.* SERV.). 11, 33 comes ... caro datus ... alumno. HOR. epod. 13, 11 ut cecinit grandi Centaurus alumno. epist. 1, 4, 8 dulci nutricula ... alumno. ars 239 famulus ... dei Silenus alumni. OV. met. 2, 633 divinae stirpis. 11, 99 iuveni ... alumno *Baccho* (CALP. ecl. 5, 3 CLAVD. 10, 44). 4, 524. 8, 436. 14, 443. 15, 716. fast. 6, 147 territa voce sui nutrix ... alumni. 6, 152 Ib. 579 SEN. contr. 10, 4, 25 SEN. epist. 34, 1 CVRT. 3, 6, 1 CALP. ecl. 5, 1. VAL. FL. 1, 422 Oebalius (*Pollux*). 6, 222. SIL. 4, 275 Telluris alumnus ... Mimas. 5, 145 ingens (STAT. Ach. 1, 526). STAT. silv. 1, 5, 22 Herculeus. 1, 3, 87. 2, 1, 91 clarus. 5, 3, 192 indomitus. Ach. 1, 118. 868 Theb. 4, 779. 5, 501. QVINT. inst. 1, 1, 11 (*cf. supra* praeceptores, nutrices, paedagogos). TERT. nat. 1, 16 (*supra* paedagogus et nutrix). PORPH. Hor. carm. 3, 4, 9 nutrices ... alum[i]ni[bu]s suis. COMM. instr. 1, 12, 8 datur ... nutriendus. apol. 731 si patres carnales tales detestantur alumnos, quanto magis dominus, superant cui fili legendi (*cf.* 727 adoptati), mansuetis humilibus obsequio plenis alumnis dividunturque bona, non impiis. LACT. inst. 1, 22, 28 AVSON. 322, 23. 463 (*serm. ped.*) HYG. fab. 147 p. 21, 4. 9. 112 p. 35, 18. CLAVD. 26, 358 sordenti genetrix alumno. SIDON. carm. 5, 177 Ledaeus. SEDVL. carm. pasch. 5, 271 ritu plangentis alumni. NOT. Tir. 33, 30. *lupae, sim.*: VARRO Men. 476 ubi quod lupam alumni fellarunt olim (OV. fast. 2, 417 SIL. 5, 145). OV. Ib. 231 perbibit ... suae rabiem nutricis (*sc. canis*) alumnus. GERM. 168 *caprae* (*Iuppiter.* AVIEN. Arat. 407). COLVM. 9, 2, 3 *apium.* *latius patet*: *militum*, legionum: LIV. 21, 43, 18 omnium vestrum. SEN. dial. 2, 18, 4 legionum (*Caligula.* TAC. ann. 1, 44). CVRT. 9, 2, 28 alumnum commilitonemque vestrum. TAC. ann. 2, 37 divi Augusti. *nota de pauperibus qui aluntur*: TERT. apol. 39 si qui in metallis, ... alumni confessionis suae fiunt. *translate vel in imagine*: *hypocoristicon*: PLAVT. Most. 325 ocellus meus, tuos sum alumnus, mel meum (*iuvenis meretrici dicit*). SVET. Cal. 13 obviorum ..., sidus et pullum et pupum et alumnum appellantium. *translate*: TERT. idol. 11 qua constantia exorcizabit alumnos suos *Christianus turarios*? (*cf. postea* pascit). COMM. apol. 191 in Egypto primum Israhel concrevit alumnus. *speciatim ad aetatem puerilem pertinere videtur*: CARM. epigr. 1224, 3 filius hic situs est Iuli Bassi Bassianus, quem quoniam Manes ut alumnum di rapuerunt. *cf. l. 27 sqq.*

fere i. q. famulus, servus (*cf. infra in titulis l. 76 sqq., speciatim p. 1796, 45 sqq.*): HIER. epist. 5, 2 habeo alumnos, qui antiquariae arti serviant. MART. CAP. 2, 143 in quam rem consequenter implendam alumnum suum dilectum prae ceteris convocavit *Philologia* ..., qui Labor ... vocabatur (*cf.* 2, 145 dilecta ... mancipia). SALV. epist. 2 Vrsicinus alumnus tuus *salutationem tuam* proxime ad me detulit (*cf. infra* per servum *de eodem*). DRAC. Romul. 5, 55 cuius in obsequio famulari posset alumnus. 10, 95 vestrum me misit alumnum. Orest. 610. CORIPP. Iust. 1, 252 cognatos famulos et tantos linquis alumnos? 4, 189 fidi (*cf.* 4, 197 clientes. 4, 224). 4, 337. 4, 377. CORIPP. Iust. 4, 351 pietas Augusta malos castigat alumnos. Ioh. 1, 122 gavisus alumno imperialis apex.

t. t. in inscriptionibus et apud iurisconsultos, rarus apud scriptores, de eis qui alendi educandique causa suscepti sunt. *Ruggiero, Diz. epigr. I 437; Le Blant, Inscr. chrét. n. 57 I 126 et n. 304 I 409.* *graece* θρεπτός: CORP. III 103 add. p. 969 *in tit. bilingui.* *in titulo latino pro alumnus*: CORP. IX 6164 Euaristus Nepotis ser(vus) Thyielus (Thyillo?) trepto suo fecit (*cf.* PLIN. epist. 10, 65, 1). XIII 1856 d. m. T. Flavio Floro ... veter(ano) ... threptius Val(erius) Primus Viperius et T. Fl. Protus heres. CORP. III 7912 Ianuari Aug. ex arcar. et Vitiae threptes eius (*nisi est cognomen*). *cf. etiam*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nomen Trophime: CORP. VI 34677 Belliae Trophime... alumnae. IX 3105. *nota etiam*: IX 1805 M. Cosinio Oecogeni alumno.

t. t. non certis finibus circumscribitur, sed ad varias condiciones pertinet (servos, libertos, ingenuos). pars longe maxima alumnorum profecta est ex statu servili permanetque in eo nisi accedit manumissio (*cf.* verna. *saepe servi memorantur, ut* CORP. VI 9131. 11034. 34159^c. IX 2300. X 2358. 2520. 4789. XI 1118. XIII 5752). *de receptione sollemni, quae interdum facta esse videtur, conferendus* STAT. silv. 2, 1, 76. *manumittuntur vero saepissime, ut apparet ex nominum ratione.* GAIVS inst. 1, 19 *docet iustam manumissionis causam ad eos pertinere*: iusta ... causa manumissionis est veluti si quis filium filiamve ... naturalem, aut alumnum ... manumittat. *cf.* VLP. dig. 40, 2, 13. *manumissio memoratur*: PAVL. dig. 40, 5, 38 in testamento. MARCIAN. dig. 40, 2, 14 pr. alumnos magis mulieribus conveniens est manumittere *etc.* *in titulis*: CARM. epigr. 1210, 1 una Iuvaniae domus hos produxit alumnos, libertatis opus contulit una dies. CORP. V 3382 manumiss(a) alumna ann. IIII. CODICILL. Corp. X 7457 (*a. 175*) alumnum meum manumittas.

alterum genus alumnorum memoratur: TRAIAN. Plin. epist. 10, 66, 1 qui liberi nati expositi, deinde sublati a quibusdam et in servitute educati sunt. PLIN. epist. 10, 65, 1 de condicione et alimentis eorum quos vocant θρεπτούς.

tertium genus, satis rarum, est ingenuorum: PAPIN. dig. 34, 9, 16, 1 *Cocceius Cassianus* Rufinam ingenuam honore pleno dilexerat ...: cuius filiam, quam alumnam testamento Cassianus nepti coheredem datam appellaverat, vulgo quaesitam (-um *cod.*) apparuit. *fortasse* SCAEV. dig. 34, 4, 30 pr. 36, 1, 80, 12. *ex titulis huc pertinent*: CORP. X 5198 L. Luccio L. f. Pal(atina). Vmmidio Secundo decur(ioni) L. Lucci L. fil. Ter(etina) Hiberi ... alumno. 3771 alumn(ae). *cf.* CARM. epigr. 430. CORP. X 8316 alumno suo. *possunt item referri propter nomina diversa, nisi aliis rationibus explicanda sunt, talia ut*: CORP. III 2618 alumno. VI 34775. X 6574. 4143. XII 201 ⟨al⟩umnae. XIV 806 alumnae. 2184 alumnus. *nomina diversa etiam apud alumnos libertos saepius occurrunt, ut* CORP. III 4855. VI 34031. X 2479. 2562 (*sed cf. l. 45 sqq. alumnos communes, numerum patronorum*). *aetas alumnorum indicatur inter ann. I et XLII* (CORP. III 2194). *v. Ruggiero p. 437.*

patronus, dominus, altor *memoratur*: dominus: CORP. IX 1880 (*cf.* CARM. epigr. 100). *de alumno*: poculi minister, doctus palaestrae puer. STAT. silv. 2, 1, 70 *et saepius.* INSCR. Revue épigr. du Midi de la France II n. 650 *apud Ruggiero I 439.* patronus, -a *saepius*: CORP. III 14761. V 1160. VI 8534 a. XII 729. 1805. XIV 1251. 1606. 1793. 2485 (alumna *voc. non adhibetur*). *cf.* HIER. epist. 123, 14, *ubi* patrona *et* alumna (*nutricis*) *inter se opponuntur. v. etiam p. 1796, 47.* altor *v. s. v. p. 1770, 35.* *patroni, educatores complures enumerantur*: CORP. III 8547 d. m. patrone alumne carae pientissimae Secundine posuerunt an. XVIII. CORP. XII 434 (*non extat*) alumnae ... edocatores (-ris *Ruffi*). *cf.* CORP. V 6271 (*christ.*) Virilianus et Lapadius aluno suo innoceti posuerunt. VIII 410. XIV 1911 (*in quo Ruggiero* 'altrices' *intellegit p. 438*). *cf. p. 1796, 47.* CARM. epigr. 102, 4 (*an coniuges?, ut* CORP. IX 1843. XII 822 Iul. Fortunate Val. Valerianus et Iul. Crescentina alumnae. 415 *al.* *cf.* SCAEV. dig. 34, 2, 18, 1 alumno communi). *v. etiam p. 1796, 47.* *nota* alumnum *matris et filii*: CORP. XIV 3721 ⟨Aeli⟩ae Germanae ... et Aelio ⟨...⟩no filio eius ... ⟨alu⟩mni eorum coniunx. CORP. III 1149 pro s(alute) T. Flavi Crescentis ... T. Fl. Felicianus, domus illius alumnus. *memorantur vero qui alunt, etiam* '*tatae, tatulae, patris*' *vocabulis*: CORP. V 1162 d. m. T. Cl. Graphico Ti. Cl. Primanus alumnus v. v. f. ... tatul⟨ae⟩ (*ibid. alter* parentibus). X 1949 alumni tatae (*bis*). CORP. X 2384 alumne ... pater fecit (*contra opponitur* pater IX 3105 Annia C. f. p. Restuto ser(vo) suo ... Annia Trophime, Annia Generosa alumnas patri ... p. *cf. p. 1796, 48.* parentes *servi* X 646). mater: CORP. X 7666 d. m. Ianuarius ... fecit Postumius Srtinianus (*sic*) alum⟨no⟩ ⟨et⟩ Ianuaria mat⟨er⟩ b. m.; *ceterum cum in hoc tum in aliis titulis is qui alit pater naturalis alumni fuisse potest, ut* CORP. V 2956 Fortunatus et Pri(v)ata titulum posuerunt Velagies ingenue fil(i)e et alumne Valentine. q(ui) si fato meliore filias n(on) p(eperissent?) ..., *ubi adnotat Mommsen*: '*nota opponi filiam ingenuam alumnae, ex iisdem parentibus opinor etiamtum servis genitae et postea ab iis altae*'. matronae *epitheton* CORP. VIII 9172 *vix ad alumnum spectat.* *servorum* alumni: CORP. IX 6164. XII 434 *altoris nomini appositum* ser(vus). VI 8679 Onesimus Cae⟨s⟩. ⟨n⟩(ostri) vilic. therma⟨r.⟩ bybliothec. Gra⟨ec.⟩ Crescenti alumno suo. INSCR. Jahreshefte d. öst. arch. Inst. VI 1903 Beibl. p. 50. CORP. X 7319 alumno infanti. V 4729. VI 35237. X 8102. XIV 2319. *liberti servorum* alumni *fuisse videntur*: CORP. VIII 3288. X 6174 (?). *nominantur* nutrix nutritor (?) (*cf. p. 1794, 24, sed etiam l. 38 sqq.*): CARM. epigr. 1280, 5 ⟨carmen pius hoc nu⟩trici fecit alumnus. CORP. VIII 2917 *cf.* SCAEV. dig. 33, 2, 34, 1. *huc pertinere videtur* CORP. III 2012 anna alumno infe(liciss.) no). 2450. *cf.* 2160. 2515. 12826 *Mommsen p. 1089 s. v.* *item* CORP. III 2374. V 4400 d. m. Caeciliae Procula⟨e⟩ sacerdot. XVvirali L. Acutius Caecilianus alumnus et P. Acilio Suro nutri(tori?).

saepe libertus et alumnus (*sive* a. et l.): GELL. 13, 9, 1 Tiro ... Ciceronis alumnus et libertus adiutorque in litteris studiorum eius fuit. SCAEV. dig. 33, 1, 21, 4 CORP. II 554. VI 34650. X 2466. 5227. X 5373. XI 6747 *al.* *nota* IX 345 Aproniae M. l. Iuníci M. Apronius Euangelus aug(ustalis) ... alumnae. *et infra l. 47.* *componuntur cum libertis opponunturque*: SCAEV. dig. 31, 88, 6 libertis libertabusque meis ... et Seiae alumnae meae. 30, 102, 2 VLP. dig. 43, 29, 3, 4 CORP. V 4439. X 6571. XIV 746 *al.* *cum* verna (*liberta*): CORP. VI 33981. alumnus *servus cum* servo GAIVS inst. 1, 19. *coniuncti memorantur cum* filiis: PAPIN. dig. 35, 1, 71 praef. filio fratri alumno. PAVL. sent. 5, 7, 16. GAIVS inst. 1, 19. SALV. epist. 4, 9 osculare (*soror*) ... pedes parentum tuorum quasi ancilla, manus quasi alumna, ora quasi filia. *cf. etiam* SVET. Claud. 39 *Agrippinam* filiam et alumnam et in gremio suo natam atque educatam praedicare. CORP. III 867 P. Ael. Traiano ... fil. et Ael. Libero alumno. 4459 Aur. Magno ... fil. eius et Aurelis Micuni et Valentie alumnis. VI 8710. 33227. 34360. IX 1805. XIV 543 *al.* *nota*: CORP. III 2194 alumno quem semper vice fil(i) dilexit. *alumna* soror *filii dicitur*: SCAEV. dig. 34, 4, 30 praef. alumnae suae plura legaverat *atque dicit*: fidei ... tuae, Atti, committo, ut ... Semproniam sororem tuam ... tueri velis. alumna filia CORP. V 2956. *adscripti sunt parentes*: CORP. XIV 1760 Vettia Erotis Tryphosae alumnae dulcissim(ae). Flavius Aequalis Tryphosae filiae. *cf.* V 3382. *alumna heres*: CORP. V 990, 3 alumna et heres. X 3927. coheres *nepti* PAPIN. dig. 34, 9, 16, 1. *in testamentis nominantur*: FRONTO p. 37, 13 N. quam (*pecuniam*) nescio quae ista altilis alumna accipiat. p. 183, 6 Varianis (*vel* Vananis *cod.?*) alumnis masculis feminisque sestertium deciens singulis reliquit. SCAEV. dig. 32, 41, 12. 32, 101. 33, 1, 18, 1. 33, 2, 34, 1. 33, 7, 20, 2. 34, 2, 18, 1. 36, 1, 80, 12 PAPIN. dig. 34, 1, 9 praef. 36, 2, 26, 1 PAVL. dig. 32, 27, 2. 32, 78, 3. 40, 5, 38. *familiae propriae ut* extraneus *opponitur*: PAVL. dig. 27, 1, 32 similis est matri quivis extraneus, qui pupillum heredem instituit eique et in tutore dando prospicere voluit, quales sunt alumni nostri. *cf.* VLP. dig. 29, 5, 1, 9. 10. *nomen omissum*: CORP. XIV 1476 d. m. fecit Plotius Imperatus alumno (*vix sequebatur nomen*) *et* CORP. XIV 3721.

apud scriptores memoratur praeter locos allatos (*cf. p. 1794, 64 sqq.*): APVL. met. 7, 13 procurrunt parentes affines clientes alumni famuli. FRONTO p. 134, 16 N. quod alumnus meus aegre toleraret. *nota in versibus*: EPICED. Drusi 209 laudasti, Caesar, alumnum.

nota: *alumni Caesaris*: Drusi Caesaris, *ut videtur*: CORP. VI 1964 d. m. M. Lívius Aug. l. Secundio accensus Drusí Caesaris et alumnus. Augustae: CORP. XIV 2113 M. Aurel. Aug. lib. ... pantomimo ... sacerdoti synhodi Apollinis parasito alumno Faustinae Aug. CORP. VIII 10570, 3, 28 (*c. a. 180*) rustici tui vernulae et alumni.

alumni *appellatio etiam cum* officio sive ministerio *iungitur* (*cf. p. 1794, 64 et 1797, 52*): CORP. VI 8890 Artes l. l. alumno a manu. CORP. VI 10158 d. m. hic sun(t) positi gymnici tres fratres ... patroni alumnis suis ... et Basileus fecerunt pater. 10155 Iovinus alumnus (*athleta, figurae adscriptum*). CORP. VIII 7078 alumnus ⟨f⟩isci advocati. *cf. etiam* CORP. II 2243 lib. et alumnum *caelatorem.* *fortasse* CORP. III 6084. VI 8541. 8622. 10091. X 1922. XII 725. XIII 1799.

alumnus *ad* terras, *regiones, urbes, sim. pertinet*: *nota*: CIC. Verr. 6, 123 eorum populorum civis, eorum agrorum alumnos. STAT. Theb. 12, 613. VERG. Aen. 6, 877 nec Romula quondam ullo se tantum tellus iactabit alumno. PROP. 4, 3, 67 Parthae telluris. OCTAVIA 406 Tellus ... tam piis felix parens et tuta alumnis. SIL. 3, 40. 8, 172. 424. 14, 342 ante alios telluris alumnos. 15, 531. STAT. silv. 3, 2, 62 solidae ... telluris. Theb. 10, 900 TER. MAVR. 2127. SIL. 4, 228 terrae dominantis. STAT. Theb. 5, 54 florebat dives alumnis terra. 8, 149 SOL. 38, 3. STAT. Theb. 10, 368 nemorum. OV. am. 3, 15, 3 Paeligni ruris. IVV. 11, 98 ruris (AVIAN. fab. 29, 7). CIC. Verr. 6, 169 Italia alumnum suum (TAC. hist. 1, 84 Italiae). VERG. catal. 9, 33 *Roma* alumnis (PRVD. Symm. 2, 769 CLAVD. 8, 385). CVLEX 312 Ida faces altrix ... praebebat alumnis (-us *codd.*). PROP. 2, 33, 15 fuscis Aegyptus alumnis. SEN. Herc. O. 1538 Thraciae ... Rhodopes. Ag. 810 Argos ... semper ingentes alumnos educas. MELA 2, 34 Pelle est ... inlustris. alumni efficiunt, Philippus ... *et* Alexander (*cf.* 2, 35. BVC. Eins. 1, 41 gaudete ruinae et laudate rogos: vester vos tollit alumnus. SIL. 12, 397). (CORP. VIII 14372 *videtur subesse vis activa, cf. p. 1797, 68*). VAL. FL. 3, 160 Bistoniae magnum ... alumnum. 4, 223 Calydonis (5, 573). SIL. 1, 292 largo ... dives alumno ... Ardea. STAT. silv. 1, 4, 21 mitem Tegeae ... alumnum (Theb. 7, 5). 4, 5, 48. Theb. 6, 824 insignis ... Taygeti. 7, 284 bellorum resides. 8, 483 maestae Pleuronis. 5, 462. 6, 15. QVINT. inst. 8, 1, 3 verba omnia ... huius alumnum urbis oleant (TAC. ann. 12, 11). APVL. flor. 18 p. 91 vestrae (*Carthaginiensium*) civitatis. SOL. 7, 11 diis alumnis. AVIEN. orb. terr. 1040 vatis alumni. 312 paludivagos Germania flevit alumnos. 319 AVSON. 191, 7 MART. CAP. 9, 999 ENNOD. opusc. 3 p. 351, 6. *ad nationem sive cives ipsos pertinet* (*cf. p. 1794, 24 sqq.*): OV. am. 3, 10, 23 testis (*Cres*) laudatur alumno (*a Iove*). STAT. Theb. 7, 667 Bacchum haut mentimur alumnum et ... Alciden. 11, 45 pubes Tirynthia, alumni exuvias imitata dei. *cf. etiam p. 1798, 58.* *nota*: AVIEN. orb. terr. 590 adiacet Hemum ... Dodonae vatis alumnus. *ad flumina, sim.*: PROP. 4, 2, 9 suis (*Tiberinus*) ... alumnis. VAL. FL. 8, 219. STAT. silv. 1, 4, 21 Dirces.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 7, 55 Timavi (*Livius*). Ach. 1, 629 desertoris alumni. Theb. 8, 432 Lacon, crudi torrentis alumnus. AVSON. Mos. 385. CLAVD. 8, 211 proprii. 21, 159 Oceani. SIDON. epist. 9, 13, 5 v. 110 ENNOD. epist. 2, 6 p. 45, 5. *nota* AMM. 17, 4, 14 moenibus alumnis (*Tiberis, de Roma*). *accedunt epitheta* ingens, nobilis *sim.*: SEN. Ag. 810 *v. p. 1796, 65.* VAL. FL. 3, 160 Bistoniae... magnum alumnum (*Orphea*. STAT. silv. 5, 3, 106 Theb. 3, 439 IVV. 1, 20). 8, 219 saevi. STAT. silv. 2, 2, 97 doctus. 3, 2, 20 nobilis. 3, 4, 16 pulcher. Theb. 4, 148 inmanis. 7, 5 velocem Tegees... alumnum (*Mercurium*). 10, 368 nemorum ... insignis alumnus (*Parthenopaeus*). CLAVD. 24, 280 horribiles. STAT. Theb. 10, 900 ubi infandae segnes telluris alumni Bacchus et Alcides? 10, 767 Inachus indecores pater aversetur alumnos. *locus indicatur adiectivis*: PROP. 4, 1, 37 Romanus. SIL. 9, 270 Iapyx. 11, 182 Marmaricus. 14, 51 Ephyraei. STAT. Theb. 4, 638 Lernaei. SEN. Ag. 733 agrestis. *conferenda*: TAC. ann. 15, 34 Vatinius ... sutrinae tabernae alumnus. ENNOD. carm. 1, 8 praef. p. 528, 21 mapalium. AMM. 25, 3, 20 alumnus rei p. frugi (*Iulianus*).

stirpis *alicuius, sim.*: SIL. 1, 514 Phrygiae ... stirpis alumnos (1, 106 Cadmeae. AVSON. Mos. 79 cunctos numerosae stirpis alumnos, *i. pisces.* ARATOR 2, 1001 vesanae). MART. 1, 76, 2 Antenorei spes et alumne laris. SVLPICIA sat. 18, 9 genus Ausonium ... Romulique ... alumnos. VVLG. num. 32, 14 vos ... alumni hominum peccatorum.

translate: *fere i. q. discipulus*: CIC. fin. 4, 72 Aristoteles reliquique Platonis alumni. VELL. 2, 36, 2 eorum ... velut alumnos Corvinum ac Pollionem Asinium. *huc pertinere videtur* AVSON. 404, 17 videre alumni gestio vultus mei. CIC. Att. 14, 17ª, 2 te iuvenem consulem florere laudibus quasi alumnum disciplinae meae. SACR. Leon. p. 461 apostolicae praedicationis fidelissimus [et] alumnus (*Clemens*). alumnus dei: SEN. dial. 1, 2, 12 alumnum suum (*deorum Catonem*). STAT. silv. 1, 4, 60 heu tanti pridem securus alumni (*cf. adn. Vollmeri*). AVSON. 399, 4 Paule, Camenarum celeberrime Castaliarum alumne quondam, nunc pater. CORP. VI 142 (*?, tit. mutilatus*). *nota*: PRVD. Symm. 2, 503 traduxit alumnos maiestas infida locos. PLIN. nat. 7, 43 te ne alumnum quidem eius (*fortunae*) existimas, sed partum (IVV. 6, 609 *Fortuna* suos semper producit alumnos, *i. infantes suppositos*). PRVD. psych. 504 ni ... Ratio ... hostis ab incursu claros texisset alumnos. *apud christianos*: *dei*: COMM. instr. 2, 32, 16 omnipotentis ... alumnum *Isac*. apol. 215 deus misit alumnos. CARM. epigr. 853, 1 alumnus condidit hec (domi)no. CORIPP. Ioh. 4, 283 Romanos ... tuos (*Christi*). *martyris*: PRVD. perist. 3, 570 tuos ... alumnos urbicos ... paterno amore nutrias (*Laurentius*). *rerum incorporearum*: CIC. Phil. 7, 8 ego ... pacis, ut ita dicam, alumnus (PAVL. NOL. carm. 17, 220 versos monachi⟨s⟩ [-os *codd. al.*] latrones pacis alumnos). CARM. epigr. 12, 3 ⟨heic est situs Q⟩ueinctius Gaius Protymus ..., ⟨quoius ing⟩enium declarat pietatis alumnus ⟨Gaius Queinc⟩tius Valgus patronus. SEN. suas. 2, 3 magnum est alumnum (*?, sic D*, alienum *A B*) virtutis [est] nasci Laconem. STAT. Theb. 6, 378 *Amphiaraus* tripodum comes et pius artis alumnus aetheriae. APVL. apol. 18 divitiarum. LACT. inst. 7, 15, 18 alumnum veritatis populum. PAVL. NOL. carm. 24, 670 legis atque gratiae. ecclesiae: RVFIN. apol. 1, 8 ecclesiae ... fides, cuius nos alumni sumus. PAVL. NOL. carm. 24, 307 Massilia Graium filia, alumna sanctae civitas ecclesiae. *cf.* PRVD. apoth. 492 chrismatis.

de ***animalibus*** *et rebus*: HOR. carm. 3, 18, 4 parvis aequus *Faunus* alumnis. 3, 23, 7 dulces. PLIN. nat. 11, 234 detracto illa (*mamma suis*) alumno suo sterilescit. VAL. FL. 8, 94 alumnum *draconem Medeae*. MART. 13, 41, 1 pigrae matris (*suis*). IVV. 14, 247 magistrum ... leo tollet alumnus. PAVL. NOL. carm. 18, 397. OV. met. 14, 631 *Pomona* sucos alieno praestat alumno. COLVM. 4, 27, 4 quo commodius *vites* singulos alumnos educent. PLIN. nat. 3, 131 lacus ... amnesque eorum partus aut alumni. *ad regiones sim. pertinet*: CVLEX 183 parvulus ... umoris ... alumnus. GRATT. 212 Sparta (-e *Baehrens*) quos (suos *cod.*) et Creta suos promittit alumnos. STAT. silv. 1, 3, 6 Nemeae. Ach. 1, 420 frenat celeres Epiros alumnos. AVSON. Mos. 109 celeber (*piscis*). SIDON. carm. 2, 53 feri (*elephanti*). *translate*: DRAC. Romul. 7, 82 favoris alumnus (*equus*).

activa vi *ut videtur*: CORP. VIII 14372 amatori ⟨e⟩t alumno municip. sui.

f. **alumna,** -ae (*pro t. t. in titulis et apud* ICTOS, *v. p. 1794, 76*). *dat. sing.* ⟨a⟩lumini CORP. XII 4563ᵃᵈᵈ·. *nom. plur.* alumnas CORP. IX 3105.

amāricātio, -ōnis *f. ab* amaricare. *semper translate*: *irritatio*, παραπικρασμός: ITALA psalm. 94, 9 (Veron. Aug. in psalm. 94, 13) nolite obdurare corda vestra sicut in amaricatione (παραπικρασμῷ; VVLG. irritatione; PS. PRIMAS. in Hebr. p. 706^C 'in exacerbatione' id est amaricatione). AVG. in psalm. 104, 31 non loquitur de amaricatione illorum, in quibus non est beneplacitum deo, sed de fide electorum. 104, 34 nihil hic dixit de iniquitatibus et amaricatione eorum. 105, 16 irritationem vel, sicut expressius alii interpretati sunt, amaricationem. 134, 2, 20 praecedit tentatio oculorum, amaricatio sequitur.

amāricido, -āre. *cf. c.* amaricare *et* acidare (*si vera est lectio*). DIOSC. 3, 1 primo *radices* dulces sunt, postea amaricidant.

amārico, -āvī, -ātum, -āre [*ab* amarus. *Th.*]. *vox* ITALAE (*gr.* παραπικραίνειν) *et inde a christianis nonnullis sumpta.* HIER. epist. 106, 67 in Graeco (psalm. 105, 7) invenisse vos dicitis 'καὶ παρεπίκραναν' et putatis verbum e verbo debere transferri 'et amaricaverunt'; *cui interpretationi obloquitur Hieronymus pergens et vitavit verbum in Vulgatae partibus ab ipso translatis.* GLOSS. amaricat exacerbat provocat; amaricaverunt irritaverunt; amaricatum incitatum. *excepta* GLOSS. V 490, 13 aceo amaricor, *quam proprie intellegere licet, tantum translate dicitur, scilicet sine obiecto et c. acc.* *nota lusum* AVG. c. Iul. op. imp. 6, 27 p. 1572 paradisum dei corda fidelium, quem debent amare, non debent amaricare. [*it.* amaricare, *hisp.* amargar. *M.-L.*]

ITALA deut. 31, 27 (Aug. loc. hept. 6, 69) amaricantes eratis (VVLG. contentiose egistis), quae ad deum. 32, 16 (Lugd.) in abominationibus suis amaricaverunt me (VVLG. ad iracundiam concitaverunt). psalm. 65, 7 (Aug. in psalm. 65, 14) qui amaricant (exasperant), non exaltentur in semetipsis. 67, 7 (Aug. in psalm. 67, 8. 9) qui educit compeditos in fortitudine, similiter amaricantes (eos, qui exasperant), qui habitant in sepulcris (*interpretatur* AVG. amaricant resistentes iustitiae). 105, 7 (Aug. in psalm. 105, 7) amaricaverunt (irritaverunt) ascendentes in mare. Ezech. 2, 3 — 7 (Lucif. de non parc. 9) quia amaricaverunt me (recesserunt a me) ipsi et patres eorum . . . quoniam domus amaricans est (exasperans; *cf. l. 59. 61 et* HIER. hom. Orig. in Ezech. 12 p. 985). apoc. 10, 9 facit amaricari ventrem tuum. 10, 10. HIER. nom. hebr. 12, 26 Emorraeum loquentem sive amaricantem (41, 21 AVG. in psalm. 134, 20 PROSP. in psalm. 134, 10 CASSIOD. in psalm. 134, 10 ISID. in num. 39, 2; *cf. sub* amaresco *supra l. 14*). 21, 14 *et* 44, 4 Zemeri (Zamri) iste exacerbans (lacessiens) sive (vel) amaricans (*addit* ISID. orig. 7, 6, 50 proprie enim nomen ab amaritudine praefiguratum, quod peccando amaricaverit populum). AVG. conf. 13, 17, 20 quis congregavit amaricantes in societatem unam? 13, 24, 37 in societate amaricantium populorum. in Iob p. 602, 21. in psalm. 54, 15 qui sunt dulces cibi? non omnes, qui adsunt noverunt; sed non amaricent, qui noverunt. 134, 20 nisi . . . mendacium et simulatio praecedat, non sunt amaricantes in ecclesia; inde enim amaricant, quia fingunt (*cf.* ISID. in num. 39, 2 non sunt haereses amaricantes, non schismata exacerbantium in ecclesia. *sim.* PROSP. in psalm. 134, 10). c. Iul. op. imp. 6, 27 p. 1572 paradisum dei corda fidelium, . . . non debent amaricare. serm. 352, 1, 6 quando amaricat populus, ostendimus eis Christum. PS. AVG. serm. 154, 8 non nobis ita dulcia sint pauperum spolia postmodum nimis amaricatura. PROSP. in psalm. 105, 1. *nota structuras cum* de: ITALA IV Esdr. 8, 34 ut ita amariceris de ipso (*Sangerm. Colb. Vat. al.* amarus sis de ipso). *c. dat.*: AVG. serm. 352, 1, 6 noli amaricare Moysi illi. *part. perf. pass.*

amāricātus, -a, -um *sumas pro adiect.* GREG. M. epist. 2, 38 p. 136, 18 quod Pretiosum servum dei . . . a me tristem amaricatumque repuli.

syn.: exacerbare, irritare, incitare, exasperare, lacessere. *opp.*: dulce esse, amare.

amārifico *cf. c.* amarus *et* facere. ISID. orig. 17, 8, 6 adulteratur *bdellium* . . . admixto gummi, qui non ita amarificat gustu.

Amarillis *v.* Amaryllis.

amarina LIB. gloss. *cf.* amera.

amāritās, -ātis *f. ab* amarus. GLOSS. II 15, 52 πικρία γεύσεως. VITR. 2, 9, 14 larix . . . ab suci vehementi amaritate ab carie aut tinea non nocetur.

amāriter *v. s.* amarus *p. 1824, 18.*

amāritia πικρία GLOSS. II 407, 50. [*it.* amarezza. *M.-L.*]

amāritiēs, -ēī *ab* amarus. CATVLL. 68, 18 *Venus* dulcem curis miscet amaritiem.

amāritōsus, -a, -um *cf. c.* amaritas. GARG. MART. pom. 3, 7 praesto videtur ex morsu pecorum omnia haec arbori amaritosa contingere, cum inopinata in medullas saliva consederit.

amāritūdo, -inis *f. ab* amarus. *vox, ut videtur, in carminibus non usurpata deest etiam apud* CIC. CAES. SALL. LIV. VITR. *al. pluralis saepius, praecipue sub II, invenitur.* [*francog.* amertume. *M.-L.*]

I ***proprie***: *gustus genus iniucundum, scilicet frugum, herbarum, iecoris, fellis, aquae, vini, al. ut fumi l. 62 et 82*: AVG. c. Faust. 21, 13 *si animal* incidisset in alterius elementi cibum, ipsa incongruentia faceret offensionem sensui gustantis: quae offensio vel amaritudo vel asperitas vel insuavitas vel quodlibet aliud . . . etiam venenum vocatur. MART. CAP. 4, 370 dulcedo . . . qualitas *est*, qualitas igitur amaritudo et similia. BOETH. herm. sec. 1, 2 p. 55, 17 dulcedo et amaritudo . . . et quaequae alia sensibus quinque sentimus, eadem apud omnes sunt. GLOSS. πικρία *cf.* PLIN. nat. 19, 126 pessimum . . . genus *lactucarum* cum exprobratione amaritudinis appellavere πικρίδα (21, 105 22, 66). *cum genetivo rei et absolute*: VARRO rust. 1, 66 oleas albas . . . propter amaritudinem respuit palatum. CELS. 5, 27, 2 p. 201 si *antidotum* amaritudine offendit. SEN. nat. 3, 4, 5 *mare* per multiplices terrarum anfractus verberatum amaritudinem ponit. epist. 63, 5 in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat. COLVM. 8, 5, 21 amaritudo *urinae*. 12, 19, 5 aduretur mustum et amaritudine concepta condituris fiet inutile. 12, 48, 2 donec quam minimum amaritudinis *taleolae* resipiant (*cf.* PLIN. nat. 11, 192 tantam amaritudinem, ut. 12, 28. 13, 17. 16, 152. 19, 78 plurima. 19, 90 amaritudinis . . . magna parte. 24, 125 summae. 25, 68 *al.*). COLVM. 12, 48, 4 macerato *inulae radiculas*, donec amaritudinem dimittant. 12, 57, 1 ut *aqua nitrata* omnem amaritudinem eius (*seminis sinapis*) et pallorem exsaniet. PLIN. nat. 2, 228 fons Solis . . . amaritudine infestatur. 11, 192 tantam amaritudinem *fellis equi et cervi esse*, ut a canibus non attingantur. 12, 28 *celeriter herba zingiberi* cariem sentit quamvis in tanta amaritudine. 12, 29 *piperis* (*bis*). 12, 30 *fructum* praecipua amaritudine. 12, 71 *adulteratur murra* cucumeris suco amaritudinis causa. 12, 96 *ut* excavent *vermiculi* corticem *casiae* tutum amaritudine (18, 135). 13, 17 *murra* nimiam amaritudinem adfert (16, 57). 13, 25 tanti . . . est amaritudo *unguenti exotici*. 13, 103 *mālum* execratum aliquīs odore et amaritudine. 14, 55 usque in amaritudinem carie *vinorum* indomitā. 15, 104 laurea non ingratae amaritudinis, insitae in lauris. *sic passim de herbis, fructibus, medicamentis*: PLIN. nat. 16, 21. 71. 152. 221. 18, 135. 18, 141 ut mitiget *far* amaritudinem *secalis*. 18, 282. 304. 19, 78. 19, 85. 90. 97. 20, 91. 21, 160. 22, 31 mordax *urticae*. 22, 154. 23, 11. *nota*: PLIN. nat. 23, 40 fumi amaritudine vetustatem *vini* indui persuasum habemus. PLIN. nat. 23, 40 in amaritudinem *vinum coit*. 24, 105 *cummium genera* amaritudines hebetant. 24, 125. 127. 188. 25, 68. 25, 103 gustus dulcis *agarici* mox in amaritudinem transit. 25, 121. 27, 49 ut amaritudinem fallerent. 31, 87. 32, 95 procedente hieme *myaces* amaritudinem trahunt. 33, 159. TERT. bapt. 9 aqua de amaritudinis vitio in suum commodum suavitatis Mosei ligno remediatur. paenit. 6 anim. 32. ITALA Ier. 2, 21 (Hier. epist. 122, 1) *in imagine*: ego plantavi te vineam frugiferam . . . quomodo versa es in amaritudinem vitis alienae? (*cf.* LEO M. serm. 55, 4). SOL. 46, 4 merae. PALLAD. 10, 11, 2. 11, 14, 2 *ut aqua marina reservata* salsedine vel amaritudine . . . careat. HIL. myst. p. 18, 24 quid . . . in se momenti lignum habebat . . . ut amaritudinem *aquae* aboleret . . . ? p. 19, 16 virga . . . amaritudinem adimens. p. 20, 1 ex Merra loco amaritudinis (VVLG. exod. 15, 23 vocans illum Mara, id est amaritudinem. HIER. nom. hebr. 14, 8 AVG. quaest. hept. 2, 56 *al.*). OPTAT. 6, 6 p. 153, 19 naturalem. AMBR. hex. 3, 13, 56 *amygdalorum* suci amaritudo deponitur. Hel. 6, 18. off. 3, 1, 6 ciborum temperat amaritudines Elisaeus (VVLG. IV reg. 4, 41. HIER. epist. 22, 9 farina desuper iacta amaritudinem dulcoravit). HIER. epist. 78 mansio 5. mansio 25 radicum amaritudinem pomorum suavitas conpensabit (107, 1). mansio 40 (128, 2). in Is. 14, 31/32 p. 264 fumi. hom. Orig. in Ezech. 12 p. 986 (*opp.* suavitatem). in Naum 3 p. 564 nom. hebr. 44, 4. 11, 21 AVG. in psalm. 134, 2, 8. *nota gen.*:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVG. in psalm. 51, 10 cibos amaritudinis. PS. AVG. catacl. 4, 5 quae sunt hae picridiae, olera amaritudinis . . . ? *cf. p. 1818, 47 sqq.* MARCELL. med. 5, 17 amaritudinem ... deliniant. VINCENT. LER. 25, 35 HYD. chron. II p. 35, 253 SIDON. epist. 2, 2, 18. FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 16, 18 *malefici* virus amaritudinis obscurant fraude dulcedinis.

accedit ad notionem rei, liquoris amari: PALLAD. 1, 37, 5 *de apium castris: absit* omnis amaritudo conficiendae adversa dulcedini. LACT. inst. 7, 16, 7 aquae in sanguinem aut amaritudinem mutabuntur (epit. 66 vitiabitur) HIER. adv. Pelag. 1, 26 pascha cum amaritudinibus (*cf.* LXX num. 9, 11 ἐπ' ἀζύμων καὶ πικρίδων) comedimus (epist. 78 mansio 5 ZENO 2, 65. 67 EVCHER. inst. 1, 34 *cf. p. 1819, 3 sqq.*). VVLG. Os. 10, 4 germinabit quasi amaritudo (ὡς ἄγρωστις) iudicium super sulcos agri (*cf.* DIOSC. Vind. N 153 ἀμαριτούδω). AVG. serm. 311, 17 *nutrices* circumlinunt papillas suas aliqua amaritudine. PS. HIPPOCR. epist. 4 GILD. Brit. 24 chron. III p. 39, 26 (*cf. p. 1816, 70*).

II *translate*: *res amara, tristis, affectus animi amarus, tristis, tam passive dolor, luctus, quam active ira, iracundia*: GLOSS. V 439, 9 iracundia. *cf.* HIER. in Ezech. 12, 1 p. 113 pro exasperatione quoque dici amaritudinem crebro docuimus. AVG. in psalm. 9ᵃ, 7 cum amaritudine et dolo, id est ira et insidiis. PS. RVFIN. in Os. 10, 4 amaritudo iudicii, id est vindictae severitas. *technice apud rhetores*: *cf.* QVINT. inst. 11, 3, 169 est his *verbis* diversa vox et paene extra organum, cui Graeci nomen amaritudinis dederunt, super modum ac paene naturam vocis humanae acerba. *sublucet saepius, ut solet, propria significatio, velut ex. gr.*: SEN. contr. 10 praef. 12 cui (*homini*) demptam velles . . . amaritudinem. VAL. MAX. 4, 8, 3 amaritudinem publicae confusionis privata tranquillitate mitigavit. SYMM. epist. 8, 70 me rerum tuarum amaritudo mordebat. HIER. in Am. 6, 13 fructum . . . iustitiae, qui dulcissimus est, vertit in amaritudinem. *ex frequentioribus coniunctionibus cum aliis animi affectibus nota*: SEN. contr. 10 praef. 12 amaritudinem et simulationem actionis oratoriae. PLIN. epist. 1, 16, 5 leporis dulcedinis amaritudinis amoris. 4, 11, 2 tantum bilis, tantum amaritudinis. 4, 20, 3 vim et amaritudinem. 5, 8, 10 vi amaritudine instantia. 6, 21, 5 vis . . . granditas . . . subtilitas . . . amaritudo . . . dulcedo . . . lepos. APVL. apol. 8 mendaciorum et amaritudinum. HERM. Pal. mand. 5, 2, 8 iracundiae et amaritudini. PORPH. Hor. sat. 1, 4, 52 urbanitate et amaritudine. 1, 10, 5 iocis et amaritudine. LAMPR. Alex. 20, 2 sine fastu et sine amaritudine pectoris. LACT. inst. 4, 26, 18 acerbitates et amaritudines. 6, 3, 4 amaritudines miseriasque. 6, 4, 7. AMBR. Isaac 8, 64 amaritudinibus et temptationibus. HIER. in Am. 8, 10 p. 340 planctu et amaritudine. in Ier. 2, 19 p. 849 malo et amaritudini. in Hab. 2, 12 p. 621 salsuginem et amaritudinem saeculi. p. 623 fel et amaritudinem (VVLG. deut. 29, 18). VVLG. psalm. 9ᵃ, 7 maledictione . . . et amaritudine et dolo. Eph. 4, 31 amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia. RVFIN. Orig. in Ios. 14, 2 amaritudines et asperitates. AVG. in psalm. 137, 7 tribulationem . . . et amaritudinem. CASSIAN. conl. 5, 16, 5 rancor pusillanimitas amaritudo desperatio. PS. RVFIN. in Os. 12, 14 amaritudinem et indignationem. VINCENT. LER. 25, 36 amaritudo . . . acerbitas . . . rabies. AVELL. p. 200, 10 perditio . . . amaritudo . . . acerbitas. NOVELL. Iust. 18, 3 crudelitatem et amaritudinem. EVGIPP. epist. 1 amaritudines occupationesque.

cum genetivo rei: POMP. TROG. Iust. 38, 5, 5 inter hanc decretorum amaritudinem. SEN. contr. 9, 2 (25), 28 *genus cacozeliae* amaritudinem verborum . . . petit (10, 3, 10 unius verbi amaritudinem morte pensasset. SEN. dial. 3, 4, 3 *irae* in verborum maledictorumque amaritudinem effusae. PORPH. Hor. sat. 1, 7, 28 verborum amaritudinem in eos effundunt. PS. MATTH. euang. 41, 1 cum vocis amaritudine). contr. 10 praef. 12 cui (*homini*) demptam velles, quam consectabatur, amaritudinem . . . actionis oratoriae. VAL. MAX. 4, 1 ext. 6 Alcaeum . . . amaritudine odii . . . usum (AVG. serm. 278, 14). 4, 8, 3 *v. l. 27.* 6, 1, 4 poenae. 6, 9 ext. 7 inflictorum malorum. SEN. dial. 3, 4, 3 maledictorum (SALV. gub. 3, 40 maledictionis). PLIN. nat. 36, 12 *Hipponax* destrinxit amaritudinem carminum. TAC. dial. 10 iamborum. APVL. met. 2, 10 *Fotis de savio*: cave ne nimia mellis dulcedine diutinam bilis amaritudinem contrahas. TERT. nat. 1, 4 cum in mores . . . vestros . . . omnem eloquii amaritudinem elatrent. patient. 8 si linguae amaritudo maledicto sive convicio eruperit (PORPH. Hor. epod. 6, 7). ITALA Iob 3, 5 (Aug. in Iob p. 511) conturbent eam quasi amaritudines diei. PORPH. Hor. carm. 2, 16, 26 amaritudinem vitae hilaritate interposita leniat. epod. 6, 1 cum dicacitatis amaritudine ⟨in⟩sectaretur quietos alioquin homines. sat. 1, 7, 1 amaritudinem stili poeta in eum strinxit. PANEG. 11, 20 non amaritudine . . . iniuriae deterreri. LAMPR. Alex. 20, 2 *ut convinceret* . . . sine amaritudine pectoris. ARNOB. nat. 5, 7 funeris. HIL. myst. p. 19, 16 peccatorum atque impietatis (in Matth. 33, 4 non . . . aeternae gloriae incorruptioni peccatorum amaritudo miscetur. AVG. serm. ed. Mai 59, 1. PS. ORIGEN. tract. 9 p. 101, 17 peccatorum nostrorum amaritudines fellis et aceti potio expiavit. EVGIPP. epist. 1). in Matth. 24, 8 obiurgationis. SYMM. epist. 8, 70 me rerum tuarum amaritudo mordebat. AMM. 21, 16, 17 augebat amaritudinem temporum flagitatorum rapacitas. SCHOL. Cic. Bob. p. 331, 24 stomachi. CHIRON 198 incipit haec potio amara amaritudinem morbi expellere (344). AMBR. inst. virg. 5, 34 venit . . . dominus in amaritudinem fragilitatis humanae, ut condicionis amaritudo dulcesceret. bon. mort. 6, 24 *sermo meretricis exasperat fauces* amaritudine conscientiae peccatricis. HEGES. 1, 4 delationis. VVLG. Iob 3, 20 qui in amaritudine animae sunt (7, 11. 10, 1. 21, 25 prov. 14, 10 Sirach 4, 6. 31, 39 Is. 38, 15 Ezech. 27, 31 AVG. in psalm. 85, 7. VVLG. Esth. 4, 1 animi. PS. AVG. serm. 254, 3). HIER. in Ezech. 3, 14 p. 31 in amaritudine spiritus sui abiit, quo ferebatur. 27, 28 p. 322 mentis. *ibid.* cordis (PS. AVG. serm. 254, 3 GREG. TVR. Franc. 8, 30 Mart. 1, 33). 12, 1 p. 113 vitiorum suorum. epist. 107, 4 *studiorum.* 122, 1 lacrimarum. in Hab. 2, 12 p. 621 saeculi. RVFIN. Orig. in exod. 7, 1 *populus dei* ne gustare quidem de circumcisionis amaritudine potest, neque hostiarum ferre amaritudinem valet. *ibid.* amaritudo litterae legis convertitur in dulcedinem intellegentiae spiritalis (7, 3 ISID. in exod. 21, 2). AVG. conf. 2, 1, 1 recogitationis meae. 13, 19 malitiae atque nequitiae. 13, 20 voluntatum. civ. 21, 24 p. 535 infidelitatis suae. in psalm. 40, 5 amare meliora per amaritudinem inferiorum. 43, 2 tribulationum (51, 18, *quod exscripsit* PS. RVFIN. in psalm. 51, 11). serm. 297, 2 timoris. 298, 3, 3 passionis. 391, 3 iustitiae. PS. RVFIN in psalm. 73, 13 morum. in Os. 10, 4 iudicii. AVELL. p. 35, 13 confragosae vitae. SIDON. epist. 5, 4, 2 contractae apud nos offensae amaritudinem . . . dulcare. ENNOD. dict. 26, 2 p. 502, 21 sapor sequentium amaritudinem rei praecedentis excludit. NOVELL. Iust. 51 praef. iurisiurandi. *absolute*: VAL. MAX. 2, 7, 12 *Africanus* ad firmandam disciplinam militarem aliquid ab alienissima sibi crudelitate amaritudinis mutuandum existimavit (*cf.* PLIN. epist. 1, 16, 5 quantum illis . . . amaritudinis . . . . 4, 11, 2 cui sententiae . . . tantum amaritudinis inest. HERM. Pal. mand. 5, 1, 5 omnem dulcedinem suam ex modico amaritudinis amittit. LACT. inst. 3, 19, 12 si quid forte iis amaritudinis supervenit. EVANTH. de com. 2, 6 SCHOL. Iuv. 6, 181 AMBR. bon. mort. 2, 3 HIER. hom. Orig. in Ezech. 12 p. 986 MACR. sat. 7, 3, 11). VAL. MAX. 4, 4 praef. cum illarum frons hilaris multis intus amaritudinibus sit referta (*cf.* HIER. hom. Orig. in Ier. 11 p. 854 ut amaritudine in praesenti saeculo complearis, *sim.* adv. Iov. 2, 37 p. 381 replentur amaritudine. in Am. 8, 10 p. 340 VVLG. Ruth 1, 20. Iob 3, 5 involvatur amaritudine [καταραθείη]. 9, 18 implet me amaritudinibus. thren. 3, 15 HIER. epist. 22, 7. 128, 2 AVG. serm. 130, 2. VVLG. psalm. 9ᵃ, 7 os plenum est . . . amaritudine. 13, 3 thren. 1, 20 Rom. 3, 14 AVG. in psalm. 85, 6. 99, 7 ENNOD. opusc. 2, 119 p. 324, 6). VAL. MAX. 5, 10 ext. 2 ex morte amaritudinem sentire (AVG. in psalm. 85, 6. 137, 7). 7, 2 ext. 2 quae fortuito patiamur praecipuae et intolerabilis amaritudinis iudicare. QVINT. inst. 1, 1, 20 ne studia . . . oderit et amaritudinem semel perceptam etiam ultra rudes annos reformidet (*cf.* VINCENT. LER. 25, 35 *et* HIER. epist. 107, 4). 10, 1, 117 frequenter amaritudo ipsa ridicula est. PLIN. epist. 4, 20, 3 ingenio . . . amaritudinem dolor addidit. 5, 8, 10 *oratio* vel maxime . . . amaritudine . . . placet. 6, 21, 5 *non Vergilio Romano* amaritudo . . . defuit. 7, 33, 7 Senecionem . . . inimici amaritudinem implesse. ITALA deut. 32, 32 (Lugd.) *in imagine*: uva eorum uva fellis, botrio amaritudinis ipsis (*cf.* HIER. in Mich. 1, 12 p. 443. VVLG. act. 8, 23 in felle . . . amaritudinis [χολὴν πικρίας] . . . video te. Ezech. 28, 24 non erit ultra domui Israel offendiculum amaritudinis. PAVL. NOL. epist. 40, 3. LIB. geneal. chron. I p. 161, 20ᵃ Lucifer stella amaritudinis. SIDON. epist. 9, 4, 2 *quod* ad nectar caelestium poculorum per amaritudinum terrenarum calices perveniretur. GREG. TVR. Franc. 8, 31 verba amaritudinis cum Praetextato pontifice habuit. Andr. 4 quae fletus emittis amaritudinis. BENED. reg. 72, 3 zelus amaritudinis). ITALA Iob 3, 20 (Heges. 3, 17 l. 17) quid datum est in amaritudine (πικρίᾳ) lumen? HERM. Pal. mand. 5, 2, 8 resiste omni . . . amaritudini. sim. 9, 31, 4. APVL. apol. 8 lingua . . . amaritudinum praeministra. TERT. patient. 8 reddam et ipse amaritudinis vicem necesse est. adv. Marc. 4, 21 p. 213 carnis indignitatem quanta amaritudine possunt perorantibus (PRIMAS. in apoc. p. 858ᴮ AVSON. 419, 73 MACR. sat. 7, 2, 5 SALV. gub. 7, 71). PORPH. Hor. epod. 17, 48 nec illud sine amaritudine est in superiore versu. sat. 1, 3, 40 amaritudine ⟨eu⟩m aspersit (BOETH. cons. 2, 4, 61). 1, 4, 1 civium vitia amaritudine . . . prodiderunt. 1, 4, 21 urbanissima amaritudine hoc dicitur (1, 4, 74; *cf.* SERV. Aen. 11, 857 cum ingenti amaritudine dictum est. SCHOL. Pers. 1, 123. AVG. in epist. Ioh. 7, 11 cum amaritudine blanditur). 1, 4, 52 mira . . . amaritudine Pomponi persona abusus est. 1, 10, 5 quamvis *Laberi mimi* iocis et amaritudine abundantes sint. epist. 1, 18, 1 fugiendam esse . . . amaritudinem resistentis in omnibus. LACT. inst. 1, 1, 7 virtutibus amaritudo permixta est (AVG. c. Faust. 22, 86 in psalm. 40, 5). 4, 26, 18 aceti . . . potus ac fellis cibus . . . amaritudines . . . sectatoribus veritatis pollicebatur. 6, 3, 4 *vitia homines* ad acerbas amaritudines . . . perducere (VVLG. exod. 1, 14 κατωδύνων αὐτῶν. Iob 27, 2 ad amaritudinem adduxit animam meam πικράνας μου τὴν ψυχήν. Os. 14, 1). 6, 4, 7. ira 19 cum virtus habeat amaritudinem (VVLG. sap. 8, 16 PS. AVG. serm. 14, 4 OROS. hist. 4, 12, 13. NOVELL. Iust. 22, 43 εἶχεν ἄν τι πικρὸν ἴσως ὁ νόμος *interpres prave* pro amaritudine habuisset . . . lex *vertit* ἀντὶ *pro* ἄν τι *intellegens.* OPTAT. 3, 12 p. 101, 3. 6, 6 p. 154, 2 praesentia Moysi in te amaritudo moritur. AMM. 30, 5, 6. SERV. ecl. 3, 1 cuium pecus: ab amaritudine coepit. SCHOL. Cic. Bob. p. 265, 36 magnis amaritudinis aculeis. POMP. gramm. V 154, 15 amaritudine rhetorica hoc ei obiecerat. AMBR. Isaac 8, 64 *ut ecclesia* in amaritudinibus . . . probetur. *ibid.* descendit in locum amaritudinis *anima.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ibid. in illa ... amaritudine non cognovit se anima. HIER. adv. Iov. 2, 37 in azymis ... veritatis et sinceritatis domini pascha celebratur et cum amaritudinibus comeditur. epist. 31, 1 (PS. AVG. de esu agni p. 1203 in amaritudine). *cf. p. 1817, 8.* in Mich. 7, 5—7 p. 518 per quae *uxores* mereantur amaritudinem sustinere (tract. in psalm. 114 p. 210, 16 PS. AVG. serm. 249, 1). in Soph. 3 p. 716 tuo vitio dulcem dominum atque clementem vertens in amaritudinem (in Ezech. 2, 3 p. 24 in amaritudinem convertentes. tract. in psalm. 5 p. 15, 33 VVLG. Am. 6, 13 PS. RVFIN. in psalm. 3, 5 in Am. 6, 13). in Is. 5, 20 p. 82 *diabolus* ... amaritudinis significetur nominibus. 38, 17 p. 474 pax mea omni mihi amaritudine fuit amarior. in Ier. 2, 19 p. 849 quia non habuit *timorem domini* ... amaritudini traditur. in Os. 12, 14 p. 143. in Hab. 2, 12 p. 623 *quod Nabuchodonosor* alteri homini ... amaritudinem propinarit (AVG. serm. 130, 2). VVLG. deut. 29, 18 radix germinans ... amaritudinem. IV reg. 4, 27 anima ... eius in amaritudine est (κατώδυνος; *cf.* Iob 17, 2 in amaritudinibus moratur oculus meus. 23, 2 Sirach 7, 12 Mich. 1, 12 RVFIN. Orig. exod. 7, 3 AVG. conf. 4, 6, 11 PS. AVG. serm. 107, 4). Iob 13, 26 scribis ... contra me amaritudines (κακά). 20, 25. Sirach 21, 15 non est sensus, ubi est amaritudo. Is. 38, 17 in pace amaritudo mea amarissima. Ier. 31, 21 statue tibi speculam, pone tibi amaritudines. thren. 1, 4 *Sion* oppressa amaritudine (πικραινομένη). Ezech. 21, 6 in amaritudinibus (ὀδύναις) ingemisce. Os. 12, 14 Eph. 4, 31. HIER. epist. 31, 2 laudem amaritudo comitabitur. 78 mansio 5 si post victoriam venias ad amaritudinem. *ibid.* voluptas atque luxuria amaritudine terminantur. 120, 8, 2. 121 praef. nostram amaritudinem illius nectareo melle curato. RVFIN. Orig. in exod. 7, 1 lignum, quod mittitur in hanc amaritudinem, ut dulcis aqua fiat legis. in Ios. 14, 2 amaritudines ... mortalibus infliguntur. AVG. in psalm. 51, 18 *dulcia in saeculo* cum amaritudine digeruntur. 85, 7. 101 serm. 2, 2 temporalis vitae brevisque dulcedo, quam sequatur amaritudo perpetua (PS. AVG. serm. 140, 3). PS. AVG. serm. 107, 4 *qui solent* amaritudinem in corde servare. CASSIAN. conl. 5, 16, 5 de tristitia *nascuntur* rancor ... amaritudo ... (*exscripsit* PS. RVFIN. in psalm. 43, 4). PS. RVFIN. in Os. 12, 14 *censor* se ad amaritudinem ... adactum esse testatur. MACR. sat. 7, 3, 3 nec ... semper ad amaritudinem pergit σκῶμμα. VINCENT. LER. 25, 36. AVELL. p. 200, 10 *factus es filiorum meorum* amaritudo. ARNOB. in psalm. 30 ENNOD. dict. 17, 3 p. 474, 14. 21, 24 p. 489, 24 CASSIOD. var. 10, 33, 2 NOVELL. Iust. 18, 3. FERRAND. epist. 10 esto ... princeps ... amaritudinis. ISID. in exod. 21, 2.

syn.: *ad I*: asperitas, insuavitas. acor (TERT. paenit. 6). *ad II*: *cf. p. 1817, 30 sqq.* *opp.*: *ad I*: dulcedo (*cf.* ARNOB. nat. 2, 50 *neque* contrarium insitum esse contrario potis est aut ... dulcedo in amaritudine contineri. MAR. VICTORIN. verb. script. 2 substantiae ... sibi contrariae ... ut ... dulcedo amaritudini. MART. CAP. 4, 370), suavitas. *ad II*: dulcedo, voluptas (VAL. MAX. 5, 10 ext. 2 LACT. inst. 1, 1, 7. 3, 19, 12 ira 19 *al.*), fides (PLIN. epist. 7, 33, 7), iucunditas (OROS. hist. 4, 12, 13), oblectamenta (AVELL. p. 35, 13), suavitas (AVELL. p. 200, 10). *nota opp. verbis expressam*: dulcescere (AMBR. inst. virg. 5, 34), dulcare (SIDON. epist. 5, 4, 2). *Bannier.*

Amarius f. *legitur in vasculis Gallicis* CORP. XIII 10010, 101 *cf.* 10001, 36. *Otto.*

amārizo, -āvī, -āre *ab* amarus *cf.* πικρίζω. PLIN. VAL. 2, 17 si amarizaverit *sucus*, adicies mellis coclear.

amāro, -āre *ab* amarus. *amarum reddere.* AVIEN. carm. ad Flav. 21 penitus fellitus amarans ora sapor nil dulce meo sinit esse palato. PS. FVLG. RVSP. serm. praef.: amarat nimietas *salis*, quod poterat saporari mensura.

amarola *v.* chamaedrys *et* myrobalanus.

amāror, -ōris *m.* [*ab* amarus. *Th.*]. *sapor amarus.* LVCR. 4, 224 *et* 6, 929 dilutaque contra cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror. VERG. georg. 2, 247 *de salsa tellure*: sapor indicium faciet manifestus et ora tristia temptantum sensu torquebit amaror (*sic Hyginus Gell. 1, 21, cui cod. M et* SERV. *ad loc. astipulantur, ex libro, qui fuerit ex domo atque familia Vergilii, cum* MACR. sat. 6, 1, 47 *et codd. PR non inepte* sensu torquebit amaro *exhibeant; cf. p. 1821, 28*). CAEL. AVR. chron. 3, 5, 69 *signum morbi regii*: oris amaror et sitis. *Bannier.*

Amarphal(us) *v.* Amraphel.

Amarquetias *opp.* HIL. op. hist. frg. 3, 29 (*synodus Serdicensis, a. 347*) Macedonius episcopus ab Amarquetias (a Mopsuestia).

Amarron *v.* Madon. **Amarroth** *v.* Semeron

Amarsi *v.* Minna.

Amarthath Cappadocum lingua Augustus mensis dicitur: GLOSS. V 165, 39.

possessio **Amartianas** (*sic* A^1, Armatianum *sim. cett.*), territurio Corano: LIB. pontif. p. 70, 1 Mommsen. *Otto.*

amārulentus, -a, -um [*ab* amarus. *Th.*]. GELL. 3, 17, 4 Τίμων amarulentus librum maledicentissimum conscripsit, qui σίλλος inscribitur. MACR. sat. 1, 7, 2 erat *Euangelus* amarulenta dicacitate.

Amarullis *v.* Amaryllis.

amārus, -a, -um [*cf. esse videtur c. ind.* amlah ʽ*acidus*ʼ, *theodisc.* ampfaro *anglosax.* ompre ʽ*rumex*ʼ, *fortasse c. hibern.* om *gr.* ὠμός *ind.* āmáḥ ʽ*crudus*ʼ. *Th.*]. GELL. 10, 5, 3 *cur avarus* non videri possit ab uno solum verbo inclinatum, quod est aveo, eademque esse fictura, qua est amarus, de quo nihil dici potest, quin duplex non sit? GLOSS. πικρός, crudelis vel saevus, pygras (πικράς) id est amara vel pygra (πικρά), amarum πικρόν. *cf.* SCRIB. LARG. 99 *antidotos hiera* dicitur a quibusdam πικρά, quia amara est. HIER. in Zach. 14, 3/4 p. 915 παραπικραίνεται id est amarus efficitur. NON. p. 465 amarum non solum ex sapore triste, sed ex quacumque causa terribile et infensum Maronis auctoritate dicimus. p. 241 amarum dicitur asperum (SERV. Aen. 4, 203). amarum acerbum. SERV. auct. georg. 1, 120 amaris: nocentibus. *hebraice* Mara (VVLG. exod. 15, 23 Ruth 1, 20). MART. CAP. 4, 368 secunda species est earum qualitatum, quas recte passibiles dixerimus, ut dulce atque amarum. *comp. et sup.* amarior, amarissimus *saepe leguntur. subest fere semper nota iniucunditatis, nec non hic illic depravationis vitii damni, ut* OV. met. 15, 286 *Hypanis*, qui fuerat dulcis, salibus vitiatur amaris. Pont. 1, 10, 3 curis vitiatum corpus amaris. 3, 9, 37 nisi de vitio scribam regionis amarae. AVSON. 323, 7 ne cura monendi ... dulces gustus vitiaret amaris. MANIL. 5, 691 usus aquae suco corruptus amarae. CVRT. 9, 9, 6 aquam amaram, quae corrumperet dulcem. *al.* [*val.* amar, *it.* amaro, *francog.* amer. *M.-L.*]

I *proprie*: *genus saporis*: πικρός: PLIN. nat. 15, 106 saporum genera XIII reperiuntur: dulcis suavis pinguis amarus austerus acer acutus acerbus acidus salsus *eqs.* (*cf.* VERG. georg. 2, 238 salsa ... tellus et quae perhibetur amara. CELS. 1, 3 p. 20 SEN. nat. 3, 2, 1 COLVM. 1, 5, 1. 3, 1, 9. 4, 22, 8 PLIN. nat. 1, 31, 15. 31, 18 PALLAD. 1, 5, 1. 2, 13, 1. 4. CELS. 4, 14 p. 140 quod ad cibum ... pertinet, huic nec salsis opus est neque acribus neque amaris. PLIN. nat. 32, 27). BOETH. herm. pr. 1, 2 p. 46, 29 quae dulcia sunt apud Romanos, non eadem sunt apud Scythas amara nec acida.

A *adiectivum*: **1** *de felle, ore, sim.*: PLAVT. Cas. 223 (*in imagine*) fel quod amarumst, id mel faciet *amor* (VINDIC. epist. Pentad. p. 486 cholera ... rubea amara est. p. 491 *cf.* HIER. epist. 54, 4. 78 mansio 5. 128, 2 in Is. 24, 9 p. 474 RVFIN. symb. 26 AVG. serm. 157, 1, 1). CELS. 1, 3 p. 16 si ... os amarum est. p. 19 ructus. **2** *de arboribus, herbis, frugibus*: ENN. ann. 263 Vahl. amaro (amore *cod.*) corpore buxum. CATO agr. 157, 1 brassica Pythagorea. CALV. carm. frg. 9 herbis (OV. met. 1, 632 PLIN. nat. 27, 25 HIER. in Am. 6, 12 MACR. sat. 7, 5, 7 *cf.* VERG. ecl. 7, 41). LVCR. 6, 972 *de oleastro*: qua nil est homini, quod ⟨a⟩marius frondeat esca (exscet *A*, extet *B*. VERG. georg. 2, 314 infelix ... foliis oleaster amaris. Aen. 12, 766. OV. met. 14, 525 bacis [foliis *Polle iniuria, cf.* AVG. in psalm. 134, 2, 8 quid meruit oleaster amaritudine baccarum?] oleaster amaris. PLIN. nat. 15, 24 *cf.* AVG. in euang. Ioh. 16, 6). VERG. ecl. 1, 78 salices. 6, 63 corticis (*cf.* PS. HIER. epist. 149, 1). 6, 68 apio. georg. 1, 120 amaris intiba fibris *officit*. 2, 86 amara pausia baca. HOR. sat. 2, 3, 114 foliis. 28, 8, 51 inulas (SCRIB. LARG. 83 PLIN. nat. 19, 91). OV. Pont. 3, 1, 24 messis amara *absinthiorum* (PLIN. nat. 19, 186. 27, 45. 53 HIER. in Am. 6, 12 hom. Orig. in Ezech. 12 p. 968 *cf.* LVCR. 1, 940. 4, 15 VVLG. prov. 5, 4 PAVL. NOL. carm. 11, 6). Pont. 4, 10, 18 lotos. CELS. 2, 33 p. 73 nuces; *sic praeterea* 16^{ies} *in* 3—6 (COLVM. 7, 13, 1 SCRIB. LARG. 3 PLIN. nat. 15, 26. 20, 185. 188. 195). SEN. Oed. 538 amara bacas laurus. SCRIB. LARG. 5 amygdalorum (PLIN. nat. 12, 125. 13, 8. 66. 17, 237. 252. 23, 144. 24, 34. 105. 25, 118; *sic saepe apud medicos, alios*). LVCAN. 9, 287 thymum. PLIN. nat. 12, 35 bdellium. 12, 46 *hirculus* radicis neque amarae neque odoratae. 12, 70 *murra*. 12, 97 *casia* balsamodes. 13, 112 *acini mali Punici* minus ... amaris distincti membranis. 14, 127 resina *picearum*. 15, 9 sanies olivae. 15, 111 semen *pomorum*. 16, 24 glans *haliphloei arboris*. 16, 29 inanitas *pilularum roboris* (?). 16, 139 *cupressus*. 16, 245 visci. 17, 221 fici. 18, 122 fructus papaveris. 18, 158 milium. 19, 76 *napi*. 20, 33 gingidion. 20, 67 lactucae (APVL. met. 9, 32 *lactucae veteres* in amaram caenosi sucus cariem exolescunt). 20, 76 seris. *al. sim.* AVIEN. Arat. 2, 1784 lentiscus. AMBR. hex. 3, 13, 57 poma. CLAVD. 28, 239 frondes. ISID. orig. 20, 2, 36 sardum; *alia multa apud scriptores rerum rusticarum et ad victum medicinamque spectantium.* **3** *de aqua, mari, liquore, suco, medicamentis, potione, sim.*: VARRO rust. 3, 17, 3 piscina *maritima*. CATVLL. 27, 2 *vetuli Falerni* calices amariores (RVFIN. symb. 26 *vinum myrrhatum*). LVCR. 1, 940 absinthi laticem (4, 16). VERG. ecl. 10, 5 Doris *i. mare* (STAT. Theb. 9, 370? VAL. FL. 4, 721 salis *i. maris.* STAT. silv. 2, 2, 18 mari. AVG. in psalm. 142, 11). georg. 4, 431 rorem. OV. ars 2, 335 suci (rem. 227 ars 3, 583 am. 3, 11, 8 epist. 19, 184 MANIL. 5, 691 PLIN. nat. 11, 15. 24, 125 *cf.* VITR. 8, 3, 11). VITR. 8, 3, 11 fontes (PLIN. nat. 6, 165 VVLG. Iudith 5, 15 CLAVD. 10, 69). *ibid.* tantam magnitudinem fluminis ... amaram. *ibid.* aqua (SEN. nat. 3, 2, 1 CVRT. 9, 9, 6 MELA 2, 7 PLIN. nat. 1, 31, 15. 6, 203. 24, 2. 31, 36 ARNOB. nat. 2, 59. VVLG. *saepe, imprimis de aquis* Mara. HIER. epist. 69, 6 ISID. in exod. 21, 1). CELS. 6, 5 p. 225 melle (SEN. epist. 109, 7 CALP. ecl. 3, 12 ARNOB. nat. 1, 21 HIER. hom. Orig. in Ezech. 12 p. 986 AVG. c. Faust. 21, 13 in psalm. 18, 2, 11). COLVM. 2, 2, 16 uliginis *terrae* (2, 9, 8. 4, 22, 8). 3, 1, 9 *umorem soli.* 10, 355 latices. PLIN. nat. 11, 50 cerae. 20, 6 elaterium. 24, 135 potione *chamaecissi* (VEG. mulom. 1, 11, 8. 1, 19, 2 CHIRON 190. 198 VVLG. Is. 24, 9. TERT. scorp. 5 potiunculis. FIRM. err. 16, 5 potus). 31, 18 lacum Insanum. 31, 52 Nili rigua. MART. 9, 94, 5. SOL. 5, 17 *Hime-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

raeus. 14,1 scaturrigine *fontis Exampaei.* 56,15 liquorem. SCRIB. LARG. 99 antidotos hiera. DAMAS. epigr. 9,1 pelagi fluctus (SIDON. carm. 7,395 latex *Oceani.* AVG. in Cresc. 3,66,74). HIER. hom. Orig. in Ezech. 5 p. 927 *medici dant* poculum amarissimi temperamenti. PRVD. cath. 3,176 haustus amarus (*i. vinum vetus, sim.*). AVG. in psalm. 48 serm. 1,11 bibe aeger calicem amarum, ut sanus sis. serm. 88,7. PS. RVFIN. in Am. 5,7 *quod* assumpta de marinis fluenta gurgitibus ... denuo suspensa de nubibus ... amaram salsedinem transfusione deponerent. *de cibo*: PLIN. nat. 9,100 ova *echinorum.* 32,18 pisces ad Pelen insulam et ad Clazomenas (1,32,9). VOPISC. Tac. 11,3 cibos (AVG. conf. 10,14,21). SERV. georg. 1,120 iecoris *intibae avis.* c. Faust. 21,13 *esca.* AVG. serm. ed. Mai 19,2 uni (*esurienti*) est grata, alteri (*aegroto*) est amara refectio (*sc. si cibus porrigitur*). 4 *de terra, humo, sale, sŏlo*: VERG. georg. 2,238 tellus ... quae perhibetur amara (OV. Pont. 3,8,16 terra. PLIN. nat. 17,33 PALLAD. 1,5,1). OV. met. 15,286 *Hypanis* salibus vitiatur amaris. COLVM. 3,11,9 solum (SIC. FLACC. grom. p. 156,2 PALLAD. 2,13,1). PALLAD. 2,13,4 locus. 5 *de sensibus, sapore, gustu, odore*: PROP. 2,33,30 pampineus ... amarus odor. VITR. 2,9,12 saporem *liquoris, qui inest in corporibus cupressi et pinus* (COLVM. 1,5,1 *undae putealis.* PLIN. nat. 11,16 commosis *apium* crusta est prima saporis amari. 11,17 *cibi apium.* 15,106. 21,35 odorato sapor raro ulli non amarus. 21,176 *parthenii.* AMBR. hex. 3,15,62 *aquae*). PLIN. nat. 12,120 *de adulterato balsamo*: vix ... maleficium deprehenditur gustu amariore (25,63 *herbae Mithridaticae.* 27,83 *glaucii.* 32,27 *testium.* DIOSC. 3,25 *abrotani. al.; cf.* APVL. met. 2,10 *de savio*: dulce et amarum gustulum). CYPR. GALL. exod. 554 praegravis unda ... fauces sensu (*i. sapore, gustu*) torquebat amaro (*v.* amaror *p. 1819, 66*). 6 *de fumo, i. q. acer, gr.* δριμύς: VERG. Aen. 12,588 OV. Ib. 239 ZENO 2,44,1 (*cf.* HIER. epist. 121,2).

de rebus non accuratius definitis: LVCR. 2,404 quae amara ... cumque videntur, haec magis hamatis *elementis* inter se nexa teneri. 2,464 quod amara vides eadem, quae fluvida constant. 4,634 quare ... aliis, quod triste et amarumst hoc ... esse aliis possit perdulce videri. 4,658 PLIN. nat. 22,111. TERT. anim. 17 qui redundantia fellis auruginant, amara sunt omnia. AVG. c. Faust. 21,13 quanto magis ... corpora bestiarum possunt illud habere iucundum, quod nobis amarum est. serm. 224,2,2 *Satanas facit* dulce quod amarum est. VINDIC. epist. Pentad. p. 491 ut adhibeatur, quod sit frigidum amarum et siccum. ISID. orig. 16,7,1 omne ... satis viride amarum dicitur.

B *pro substantivo*: CIC. rep. 3,13 si esset *ius* ... ut amara et dulcia. nat. deor. 3,32 *sentit animal* et dulcia et amara. fin. 2,36 *iudicant sensus* dulce amarum. CELS. 1,3 p. 20 calefaciunt omnia ... amara. 4,14 p. 140 *cf. p. 1820,27.* IREN. 1,18,1 gustationem amari et dulcis. OPTAT. 3,12 p. 101,2 de amaro fecisse dulce aut de dulci amarum (p. 101,6). AMBR. hex. 6,2,5 Helisaeus ... amara adposuit, sed postea facta sunt dulcia. VVLG. II reg. 19,35 ad discernendum suave aut amarum. prov. 27,7 amarum pro dulci sumet. Is. 5,20. HIER. in Mich. 1,12 p. 444 nec dicatis amarum dulce. AVG. doctr. christ. 4,5,8 saepe sumenda sunt amara salubria. CAEL. AVR. acut. 2,10,71 dulcia atque amara sentiunt. chron. 2,5,88. 90.

II **translate** *de sensu: acerbus, insuavis, saevus*: ISID. orig. 10,10 amarus *homo* a sapore translatum nomen habet. est enim insuavis nec novit quenquam ad consortium suum aliqua invitare dulcedine. *nota* SEN. dial. 3,4,2 amarum nos acerbumque dicimus nec minus stomachosum rabiosum clamosum difficilem asperum. quae omnia irarum differentiae sunt (CIC. Tusc. 2,18 res ... aspera, amara. LACT. inst. 4,26,19 passio *Christi* acerba et amara. AMBR. hex. 6,6,38 PHYSIOGN. 36).

A *adiectivum*: a *in imagine de rebus nonnullis supra proprie, hic translate dictis*: CIC. frg. inc. J 18 litterarum radices amaras, fructus dulces. MART. 7,25,3 nullaque mica salis nec amari fellis in *epigrammatis.* CARM. adv. Marc. 4,178 mortis amarum interius fructum dulcem. AVSON. 322,72 *pueri erudiendi* carpturi dulcem fructum radicis amarae. 323,7 addidimus nil triste senes, ne cura monendi laederet aut dulces gustus vitiaret amaris. AMBR. hex. 3,12,52 *de immaturis fructibus hominum*: acerbus ... fructus amarior esse consuevit nec potest dulce esse nisi quod ad maturitatem perfectionis adoleverit. HIER. in Am. 6,13 p. 319 *prudentiae, fortitudinis, temperantiae* fructus ... amari. epist. 71,1 *de homine a Christo quasi aurata attracto*: reliquisti amaros fluctus, salsos gurgites. 78 mansio 5 quae ad tempus pinguefacit fauces tuas, novissime ... amarius felle invenitur. 100,2 amaros *peccati* ... fluctus. 108,12 fontem ... legis amarissimum. 125,12 de amaro semine litterarum dulces fructus carpo. 128,2. RVFIN. Orig. exod. 7,1 amarum satis et peramarum est huiusmodi poculum legis (AVG. serm. 142,5). AVG. in psalm. 5,15 peccatoribus panis veritatis amarus est. VINCENT. LER. 20,25 p. 30 amaros ... turbulentosque errorum fluctus. *al. sim.*

b *imagine omissa*: 1 *subicitur infinitivus, pronomen, similia*: PLAVT. Cist. 68 an amare occipere amarum est? CIC. Tusc. 2,17 suave etiam *hoc est*? an parum est, si non amarum? PVBLIL. D 22 dulce ... fugias, fieri quod amarum potest. SEN. benef. 2,5,1 nihil aeque amarum quam diu pendere FRONTO p. 185,12 N. cum amico omnia amara et dulcia communicata velim. TERT. spect. 16 circo quid amarius? AMM. 22,9,12 haec ... laudanda ... illud amarum. RVFIN. Orig. in exod. 7,1 quid ... tam amarum, quam ut puer octava die circumcisionis vulnus accipiat? VVLG. prov. 5,4 novissima *mulieris* ... amara quasi absynthium (πικρότερον χολῆς). Ier. 2,19 amarum est reliquisse te dominum. AVG. civ. 3,29 quid Roma ... amarius ... vidit, utrum ... an ...? conf. 4,12,18 amarum erit iuste, *quod amatis*, sed amarum erit iuste, quia iniuste amatur. in euang. Ioh. 7,6 ut per id, quod dulce est, lateat quod amarum est. in epist. Ioh. 3,6 quicquid dicit Christus, amarum est illis. 9,10 totum amarum sit homini praeter illum, qui vocat. PS. ORIGEN. tract. 9 p. 101 quia ipsis Iudaeis amarum esset futurum, quod dominum suum ... occisuri erant ... amarum utique eis quod quasi ad latronem nocte venerunt. 2 *de rebus variis*: LVCIL. 833 ore salem (*i. iocum*) expi⟨r⟩avit amarum (QVINT. inst. 10,1,117). RHET. Her. 4,15,21 habet adsentatio iucunda principia, eadem exitus amarissimos adfert (VAL. MAX. 9,11,7). CIC. Tusc. 2,18 *de dolore*: res ... amara. 3,83 stirpes ... aegritudinis. fin. 1,44 vitam (OV. Pont. 1,9,21 AMBROSIAST. in Eph. 4,31 VVLG. Sirach 30,17 AVG. civ. 1,9 c. Gaud. 1,30,36). Att. 3,7,1 solitudo. RVT. LVP. 2,16 impudentia. VERG. ecl. 3,110 amores. Aen. 4,203 rumore. 10,367 dictis (10,590 OV. trist. 3,11,31 HOMER. 59 STAT. Theb. 2,660 AMM. 20,11,5 SCHOL. Cic. Bob. p. 260,1. SIL. 11,209 verbis. PS. ORIGEN. tract. 9 p. 101,4 IVVENC. 4,316 HIER. in Ier. 20,7 p. 979 SIDON. epist. 4,23,1 carm. 5,539 CAES. AREL. epist. de hum. 5 CARM. epigr. 186,5. STAT. Theb. 1,450 vocis. VVLG. Soph. 1,14. HOR. sat. 1,7,7 sermonis. HIER. epist. 27,2. PS. IVL. RVF. schem. dian. 10 p. 62 oratione). VERG. Aen. 11,337 stimulis (AVSON. 325,82). HOR. sat. 1,3,88 historias. TIB. 2,4,11 amara dies et noctis amarior umbra (AMBR. exc. Sat. 1,74. VVLG. Am. 8,10 [ἡμέραν ὀδύνης]. DRAC. laud. dei 3,679 dies ... ⟨et⟩ tempora. PROP. 1,1,33 noctes. 2,17,3. 4,3,29 OV. epist. 12,169). PROP. 1,19,20 mors (AMBR. hex. 6,4,21. VVLG. I reg. 15,32 [πικρὸς θάνατος]. AVG. civ. 19,8 p. 368 c. Gaud. 1,30,35 HIL. euang. 61). 2,16,29 donis *Eriphylae.* 2,19,6 somnus. 3,12,10 virtus. OV. ars 2,151 linguae (SEN. contr. 4 praef. 2). met. 9,437 senectae pondera (VAL. MAX. 6,2,12). 14,465 luctus. fast. 6,607 pretium pietatis. epist. 17,115 monitu nutricis (VAL. FL. 2,385 monitis. SIL. 3,171. IVST. 18,4,10 admonitio). trist. 4,10,51 fata *Tibulli.* 5,2,29 pericula ponti. 5,4,15. Pont. 1,2,39 sensu (CYPR. GALL. num. 341 *v.* amaror *p. 1819, 66*). 1,10,3 curis (STAT. Theb. 1,339 AVG. civ. 4,3 p. 149). 3,9,37 regionis. 4,14,37 scriptis. SEN. contr. 4 praef. 2 homo mentis (PS. DAMAS. epigr. 63,8) quam linguae amarioris. VAL. MAX. 2,7,9 lucis usum. 2,9,5 vinculo servitutis (6,9 ext. 5). 3,2 ext. 5 dominatione. 3,3 ext. 4 maledictorum (OPTAT. 2,25 p. 64,2 maledictionibus). 6,2,12 duas res, quae hominibus amarissimae viderentur ... senectutem et orbitatem. 6,9,12 suggillatione. 7,6 praef. necessitatis ... leges (STAT. silv. 4,7,50 MART. 5,37,15 IVV. 2,30 RVFIN. Orig. in exod. 7,1 AVG. in psalm. 35,16. NOVELL. Theod. 11,1 praef. constitutionem). 7,6,6 tempestatem. 9,1,2 sarcinam. 9,3 praef. sollicitudine. SEN. dial. 12,4,1 libidine dolendi. PERS. 4,48 si facis in penem quidquid tibi venit amarum si puteal multa cautus vibice flagellas *sc. usurarius* (*coniungit Nemethy cum* penem, *alii cum* puteal). STAT. Theb. 5,392 gelu. 8,264 tibia. 10,553 sonitu *tubae.* MART. 12,68,3 litibus. IVV. 13,247 poena. APVL. met. 5,30 nuptias. TER. MAVR. 2187 *iambus.* TERT. bapt. 9 lignum illud *Mosei* erat Christus ... amarae ... naturae venas in saluberrimas aquas baptismi ... remedians. HERM. Pal. sim. 5,1,6 ira. 6,2,5 aspectum *pastoris.* LACT. inst. 4,26,19 passio *Christi.* IVST. 12,6,13 convivium. 32,1,3. LVCIF. de non conv. 3 actus. AVSON. 404,4 concinnatio. PS. DAMAS. epigr. 70,11 crux. PS. IVL. RVF. schem. dian. 10 p. 62 insultatione. CHIRON 198 morbus (RVFIN. hist. 1,8,5). AMBR. exc. Sat. 1,41 coercitio. HIER. in Is. 5,20 p. 82 contraria dogmata veritati. 24,9 p. 474 pax mea omni mihi amaritudine fuit amarior. in Matth. 26,74/75 lacrimas (CARM. epigr. 1554,5). *ibid.* fletibus (HIST. Apoll. rec. A 26). hom. Orig. in Ezech. 12 p. 986 accipiens ... eloquia dei per naturam amarissimi peccati (amarum quippe peccatum est, quod dulcedinem sermonis exterminat), in amarum saporem omnem redigit suavitatem. VVLG. I reg. 1,10 animo (κατώδυνος ψυχῇ. 22,2. 30,6 anima. II reg. 17,8 [καταπικροὶ τῇ ψυχῇ]. prov. 31,6 [τοῖς ἐν ὀδύναις]. thren. praef. PHYSIOGN. 4). deut. 32,24 morsu *avium.* IV reg. 14,26 afflictationem. psalm. 63,4 arcum, rem amaram. Sirach 41,1 *mortis* memoria. Is. 38,17 in pace amaritudo mea amarissima. Ier. 4,18 malitia. 6,26 planctum (κόπετον οἰκτρόν. HIST. Apoll. rec. A 49). Ezech. 27,31 plorabunt te in amaritudine animae ploratu amarissimo. II Macc. 6,7 necessitate (NOVELL. Iust. 2,3 praef.). 9,5 internorum tormenta. Iac. 3,14 zelum. *similiter leguntur* severitas, deus, ultio, iudicium, offensiones, bella, bella civilia, mala, tribulationes temporales, calamitates, timor, labor, veritas *al.* 3 *de hominibus, deis*: TER. Hec. 710 amarae mulieres sunt (VVLG. eccles. 7,27). CIC. Cluent. 72 *Staienus.* Att. 14,21,3 amariorem ... me senectus facit. VERG. Aen. 10,898 hostis (DAMAS. epigr. 48,2). PROP. 2,23,9 custodis. 2,33,6 dea. 4,9,43 Iunoni. VAL. MAX. 9,2 ext. 10 SEN. dial. 3,4,2. STAT. Theb. 8,724 Astaciden. TAC. dial. 25 Caelius. HERM. Pal. sim. 6,3,2 pastor. PORPH. Hor. carm. 4,9,7 Alcaeus. sat. 1,7,7 Persius. epist. 1,18,24 hominis. PS. ORIGEN. tract. 9 p. 101,4 Iudas Iscariotes.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

IVST. 16, 1, 14 ministrum regni. AMBR. inst. virg. 5, 34 populus nationum. hex. 6, 6, 38 paedagogi. VVLG. Ezech. 3, 14 abii amarus in indignatione spiritus. Hab. 1, 6 suscitabo Chaldaeos, gentem amaram (CORIPP. Ioh. 2, 40). Col. 3, 19 nolite amari esse ad *uxores*. HIER. in Os. 12, 14 p. 142 amaritudine sua fecit amarum esse qui dulcis sum (in Zach. 14, 3/4 p. 915 Am. 6, 12 p. 319). VVLG. IV Esdr. 8, 34 *quid est* genus corruptibile, ut ita amarus sis de ipso? SEVERIN. doctr. p. 128. PRVD. psych. 295 *Golia* amarus. AVG. civ. 1, 9 p. 15. in epist. Ioh. 9, 1 exactor. PHYSIOGN. 99 VEN. FORT. carm. 4, 533. ARATOR act. 1, 442 divisor (*sc. dei, Christi, spiritus sancti*). ISID. orig. 10, 10 CORP. VI 32049.

B *pro substantivo*: PLAVT. Cist. 70 *Amor* gustui dat dulce, amarum ad satietatem usque oggerit (Trin. 259). Pseud. 63 dulce amarumque una ... misces mihi (694). Truc. 180 dicta lingua dulcia datis, corde amara (amare *P*) facitis. 346 postquam scio dulce atque amarum quid sit ex pecunia. RHET. Her. 4, 15, 21 amari iucundum sit, si curetur, ne quid insit amari. LVCR. 3, 909 illud ab hoc ... quaerendum est, quid sit amari tanto opere ... cur quisquam aeterno possit tabescere luctu. 4, 1134 medio de fonte surgit amari aliquid quod in ipsis floribus angat. HOR. carm. 2, 16, 26 laetus ... animus ... amara lento temperet risu. 4, 12, 19 nardi parvus onyx ... amara ... curarum eluere efficax. MART. 12, 34, 3 *messium* (*i. annorum vitae*) dulcia mixta sunt amaris. QVINT. inst. 8, 3, 89 est ... amarum quiddam, quod fere in contumelia est positum. TERT. pudic. 6 *caro quae* amarum aliquid *de tolerantia* ... gustaret. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 19 respondet ad haec, quae a tristi et amaro dicta sunt. IVST. 11, 4, 3 ut nihil amarius unquam sint passi. AVSON. 205, 3. 340 A *ut haberent* amara dulcedinem. PS ASCON. div. in Caec. p. 112 amariora dicturus ad Siculorum personam contulit dicta. AMBROSIAST. in Rom. 3, 14 contra bonos mali semper maledicta et amara proponunt. Sirach 29, 32 amara audiet. PS. RVFIN. in Am. 9, 11—12 vitae istius amara tolerantibus. AVG. in Iob 38 p. 601, 3 pati ... amara dei servos. DRAC. laud. dei 2, 465 plectibiles humanae mentis ... mores ... amara ministrant. VEN. FORT. carm. 2, 16, 20 mortis amara parat. 4, 7, 4 carmine ... dulci cogor amara loqui. 8, 3, 311 quotiens aliquo mens fertur amaro. Mart. 4, 544. 4, 548 excipit iratum placatus, amanter amarum.

neutrum pro adverbio, translate: APVL. met. 6, 13 subridens amarum sic inquit (AMM. 21, 9, 8). ITALA Ezech. 27, 30 (Tycon. 4 p. 45, 26) clamabunt amarum (κεκράξονται πικρόν. VVLG. amare). PS. AVG. serm. 117, 2 quando sic paenites, ut tibi amarum sapiat in animo, quod ante dulce fuit in vita.

nomina geographica: **Fontēs amārī** *Aegypti* PLIN. nat. 6, 165. **Aqua amāra** *statio Africae* TAB. Peut. 7, 5.

structurae: *aliqua re*: PLIN. nat. 12, 35 *bdellium* gustu amarum (12, 70. 21, 41. 26, 84. 27, 14. 131). 16, 139 folio. AMBR. inst. virg. 5, 34 populus nationum amarus ante peccatis. AVG. in psalm. 64, 9 saeculum ... salsitate amarum. ad, *alicui*, de: VVLG. Col. 3, 19 nolite amari esse ad *uxores*. SEVERIN. doctr. p. 128 his qui in tristitia sunt. AVG. civ. 1, 9 p. 15 peccantibus. CORP. VI 32049 marito. VVLG. IV Esdr. 8, 34 quid est ... genus corruptibile, ut ita amarus sis de ipso? *sed cf.* amarico *p. 1816, 2.* *nota acc. graec.*: SEN. Oed. 538 amara bacas laurus.

ad I: *synonyma et iuxta posita*: *cf. p. 1820, 21 sqq.; praeterea* asper (LVCR. 2, 404 AVG. c. Faust. 21, 13), tristis (LVCR. 4, 634), medicatus (SEN. nat. 3, 2, 1), frigidus, uliginosus (PLIN. nat. 17, 33 PALLAD. 1, 5, 1. 2, 13, 4), nitrosus (PLIN. nat. 24, 3), siticulosus, aridus (PALLAD. 2, 13, 4). *opposita*: dulcis *passim*. *cf.* HIER. in Is. 5, 20 p. 82 eiusdem criminis est bonum lucem et dulce contrariis vocare nominibus, cuius (*sc. criminis est*) malum tenebras et amarum vocabulis appellare virtutum. AVG. c. Faust. 21, 11 sibimet contraria ... dulce et amarum. *al.* suavis (LVCR. 4, 658). *ad II*: *synonyma et coniuncta*: *cf. p. 1821, 54 sqq.; accedunt* tristis (CIC. Tusc. 2, 18 PORPH. Hor. epist. 1, 18, 24 AVSON. 404, 4), acidus (APVL. met. 5, 30), inutilis (HERM. Pal. mand. 5, 1, 6), saevus (HERM. Pal. sim. 6, 2, 5 GLOSS. IV 471, 7), implacabilis (HERM. Pal. sim. 6, 3, 2), molestus, formidabilis (AMBR. hex. 6, 6, 38), minax, rigidus, iactans, truculentus (PRVD. psych. 295), funestus, taeter (AVG. civ. 3, 29 p. 141), durus (AVG. in Iob 38 p. 601, 3), subdolus, praeceps, timidus (PHYSIOGN. 4), trux (PHYSIOGN. 36), litigiosus (PHYSIOGN. 99). *opposita*: dulcis *passim*, suavis, iucundus *saepius*. *nota verba opposita* obdulcare (VVLG. Iudith 5, 15), indulcare (VVLG. Sirach 38, 5).

adv. **amārē**. *comp. et superl. saepius inveniuntur.* *semper translate i. q. acerbe*, πικρῶς. [PLAVT. Truc. 180 amare *falso P*]. SEN. benef. 5, 23, 2 admoneto ... non amare, non palam, sine convicio. QVINT. inst. 12, 10, 71 dicet ... graviter, severe ... amare (*inter compluria similia adverbia*). decl. 342 p. 352. SVET. Aug. 70 epistulae singulorum nomina amarissime enumerantis. Tib. 54 amarissime congestis ..., probris. GAIVS dig. 21, 1, 18 praef. ne id ... amare ab eo exigatur, sed cum quodam temperamento. PAVL. dig. 24, 1, 28, 2 non amare nec tamquam inter infestos ius prohibitae donationis tractandum est. APVL. met. 5, 31 cum tuae domus amores amare coherceas. TERT. adv. Marc. 2, 10 *ut* diabolus amarius puniretur. IREN. 2, 14, 8 alligant, *qui capiunt, animalia* amarissime. LACT. inst. 1, 21, 35 *aratorem* sibi amarissime convicantem. OPTAT. 3, 2 p. 68, 22 dei amare plorantis (PS. MATTH. euang. 40ᵉ cod. B). 7, 3 p. 173, 9 doluit. SERV. ecl. 3, 2 dicit (HIER. epist. 123, 7. SERV. auct. Aen. 10, 443 aspere et amare). SCHOL. Cic. Bob. p. 269, 18 occasiunculam ... lacessendi. VVLG. Sirach 38, 17 amare fer luctum illius. Is. 22, 4 flebo (33, 7 *superl.* HIER. in Ezech. 27, 28/29 p. 322 RVFIN. hist. 3, 23, 18 AVG. conf. 4, 6, 11 PAVL. MED. vita Ambr. 40 HIST. Apoll. rec. A 25. rec. B 45; VVLG. Matth. 26, 75 *et* Luc. 22, 62 *de Petro; affertur saepissime; qua in re nota superl.* HIL. in Matth. 32, 4 PACIAN. epist. 3, 10 PS. AVG. serm. 79, 3). Ezech. 27, 30 clamabunt. RVFIN. apol. 2, 44 nos ... pulsaverat. AVG. civ. 21, 16 p. 520 paenitendo. 22, 22 *ut canis* vehementius et amarius quam leones draconesque metuatur. PS. AVG. serm. 280, 4 rixantur. 283, 1 famem sitim amarissime tolerantes. MACR. sat. 7, 5, 3 rem iucundam amarius postulasti. somn. 1, 2, 3 quae ... amarius cavillatus est. MART. CAP. 5, 543 quod ... vituperat.

synonyma: *v.* QVINT. inst. 12, 10, 71; *accedunt* sine convicio, aspere, districte (QVINT. decl. 342 p. 352). *opp.*: cum quodam temperamento.

adv. **amāriter**. PAVL. NOL. app. exc. Bob. p. 461 egressus foras ... fleat amariter *Bannier.*

Amaryllis, -idis, Ἀμαρυλλίς (THEOCRIT. id. 3). *genet.* Amaryllidos CALP. ecl. 4, 38. VERG. ecl. 1, 5 formosam resonare doces Amaryllida silvas (*cf.* CALP. ecl. 4, 38 et fruimur silvis Amaryllidos). 1, 30 postquam nos Amaryllis habet. 1, 36 quid maesta deos, Amarylli, vocares. 2, 14 tristis Amaryllidis (-os *P*) iras. 2, 52 castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat (*cf.* OV. ars 2, 267 quas Amaryllis amabat ... nuces. 3, 183 nec glandes, Amarylli, tuae, nec amygdala desunt. GARG. MART. pom. 4, 1 ANTH. 715, 5). ecl. 3, 81 Amaryllidis irae. 8, 77. 78. 101. 9, 22 cum te ad delicias ferres Amaryllida nostras. OV. trist. 2, 537 Phyllidis hic idem (*Vergilius*) teneraeque Amaryllidis ignes bucolicis iuvenis luserat ante modis. SERV. ecl. 1, 5 de amica Amaryllide (Amaryllida *RH*, -illida *AP*). 1, 29 Romam Amaryllida *esse vult* (*cf.* GLOSS. V 115, 29. 221, 9 [Marillis]. 439, 5. 6). 2, 15 volunt quidam per Amaryllida (-dem *R*) Leriam ... intellegi. 2, 53 Amaryllidi (*dat.*, -illidae *A*, -yllidae *P*). 8, 78. *ab Amaryllide Vergiliana servae nomina traxerunt iam inde ab initiis aetatis imperatoriae, Romae saepissime, raro ceteris locis.* Amarullis *v. l. 40. 42. 47*, Amarillis *l. 48*, Amerylli s *l. 49*. CORP. VI 2245 (= 6058) Lucretia Amaryllis Isidis sacror. 2919 M. Livio Quir. Quintiano d(omo) Amiterno ... Livia Amaryllis mater filio. 4120 Amaryllidis. 5708 (*periit*) Iunia M. (mulieris) l. Amarullis. 9319 (*a. 5 a. Chr.*) Liviae Amaryllid(is). 9996 Claudia Amaryllis, Iulius Castor unctor. 11518 Amarullis *serva*. 12268 Aquillia (mulieris) lib. Amarullis. 17579 Fabia Amarylis (*sic*). 20364 Iulia Amaryllis. 21404 Livia Amaryllis. 24329 Plotiae Amaryllidi. IX 2713 (*Aeserniae*) Claudiae Amar⟨y⟩llidi l. 3097 (*Sulmone*). 6136 (*Brundisi*). INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 45 n. 183 (*Alba Fucente*). CORP. X 1209 (*Abellae*). 4952 (*Venafri*). 5591 (*Fabrater. nov.*) Annia Amarullis. IV 1507, 13 Amaryllis *serva*. 1510 Amarillis. XI 855 (*Mutinae*). 3225 (*Nepete*). V 1095 (*Aquileiae*). 2892 (*Patavi, periit*) Aletia (mulieris) l. Ameryllis. 3042. XII 4713 (*Narbone*). 5992. III 9106 (*Salonis*).

Amarynceus, Ἀμαρυγκεύς, *rex Epeorum; cf. Hiller v. Gaertringen, PW. I 1742.* HYG. fab. 97 p. 91, 14/15 Amarunceus Onesimachi filius (*sic F*).

Amarynthis Diana, Ἀμαρυνθίς, *Amarynthi in Euboea culta; cf. Jessen, PW. I 1743.* LIV. 35, 38, 3 sacrum anniversarium ... Eretriae Amarynthidis Dianae erat.

Amas *opp. Syriae*, חֲמָת; *cf.* Emath. HIER. nom. hebr. p. 24, 1 Amas: indignatio vel furor.

Amasa, -ae *nom. vir. hebr.*, עֲמָשָׂא. VVLG. II reg. 17, 25 Amasam ... constituit Absalom ... super exercitum. 19, 13 Amasae dicite. *al. indecl.* I par. 2, 17 Abigail ... genuit Amasa. HIER. nom. hebr. p. 37, 13 Amesa: populum tulit (*cf.* LXX Ἀμεσσαΐ). LIB. geneal. chron. I p. 179, 377ᵇ Amesa. 377ᵃ Abigea ... peperit Amessa. et pater Amessae .... *alius*: VVLG. II par. 28, 12 Amasa filius Adali. HIER. nom. hebr. p. 40, 18 Amasa: populum tollens vel levans.

Amasai *indecl., nom. vir. hebr.*, עֲמָשַׂי. VVLG. I par. 6, 25. 35. 12, 18. 15, 24 II par. 29, 12. אֲמַשְׁסַי: VVLG. I par. 6, 46. *Otto.*

amāsco, -ere [*cf. c.* amare. *Th.*]. DIOM. gramm. I 343, 11 item 'amo' veteres incohativo modo 'amasco' dixerunt, ... ut ... Naevius (com. 137) 'nunc primulum | amasco'. PRISC. gramm. II 428, 12 *inter incohativa* hio hisco, amo amasco (III 471, 9). *non bene* GLOSS. Scalig. V 589, 2 amasco: amare cupio. *V.*

Amaseī, -ōrum *v.* Amasia.

Amasemia, -ae *nom. mul.* CORP. X 3513 (*Miseni*) Amasemiae ... Granius Iulianus coiugi.

Amasēnī, -ōrum *v.* Amasia.

Amasēnus *fl. in Volscis, hodie* Amaseno; *cf. Hülsen, PW. I 1744.* VERG. Aen. 7, 685 Amasene pater. 11, 547 summis Amasenus abundans spumabat ripis. SERV. auct. Aen. 7, 685 Anagnienses agros inrigat (*in hunc errorem induxit Vergili versus huic antecedens, in quo est* dives Anagnia). 9, 638 Amasene pater pro Amasenus. VIB. SEQ. geogr. p. 146, 7 Amasenus Privernatium.

Amasi *genet., nom. vir.* CORP. XI †4972 (*Spoleti, a. 489*) d(e)p(ositio) s(an)c(t)i Amasi ep(iscopi).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Amasīa, -ae, Ἀμάσεια, *opp. Ponti; cf. Hirschfeld, PW. I 1743.* PLIN. nat. 6, 8 Cappadocia intus habet ... oppida ... Amasiam, quod Iris *praeterfluit* in regione Gazacena. 6, 10. CORP. III 971 (*in Dacia*) dom(o) Amas(ia). 6607 (*Alexandreae*) C. Niger C. f. Pol(lia) miss(icius) Amasia. 13263 (*in Dalmatia*) M. Cupitius M. f. Pol(lia) Paulus Amasia. 14155[11] (*in Palaestina*) C. ⟨...⟩ Col(lina) Sabinus Amasi⟨a⟩. 14214[10] (*in Moes. inf.*) dom(o) Amasia. PATR. Nic. 2, 106 Euticius Amasiae. 1, 109. 3, 108. HIER. chron. a. Abr. 2337 Amasiae Ponti episcopus. POL. SILV. prov. 9, 2 chron. I p. 541 Pontus Amas(s)ia. CONC. Chalc. a. 451 Avell. p. 301, 2 metropolis Amasiae. CONC. Const. Mansi 9, 177[D] (*imperante Iustiniano*) Amasiae. NOVELL. Iust. 28 praef. Amasia. 28, 2 Amasia *metropolis nomine non privanda.* TAB. Peut. 9, 5 Amasia (10, 1 *at* RAVENN. p. 96, 16 Bacama). RAVENN. p. 96, 1.
Amasēnī, -ōrum *incolae.* COD. Iust 11, 48, 10 (*a. 386*) Amasenorum Helenoponti. **Amaseī,** -ōrum, Ἀμασεῖς, *incolae.* GREG. TVR. Andr. 3 civitatis Amaseorum. CONC. Ephes. a. 431 Mansi 5, 587[A].

Amasiās (Amassia, Amasia), -ae *rex Iudae,* אֲמַצְיָה, Ἀμεσσίας *et* Ἀμασίας. VVLG. IV reg. 14, 1 Amasias filius Ioas. 14, 8 *sqq.* I par. 3, 12 II par. 25, 1 *sqq.* PS. CYPR. pasch. 11 HEGES. 5, 16, 97. HIER. nom. hebr. p. 44, 13 Amasia: robustus domini vel populus elatus. chron. a. Abr. 1163 Amessias (Amesias *F*) (IORD. Rom. 48 Amesias). SVLP. SEV. chron. 1, 46, 3 Amassia. 1, 46, 4 Amassiae (Amessiae *cod.*). EVCHER. instr. II p. 142, 19 LIB. gener. chron. I p. 123, 279. 280. LIB. geneal. chron. I p. 181, 429 Amassiae. LIB. gener. chron. I p. 132, 332, 42 Amessias. p. 134, 346 Amessiam. LIB. geneal. chron. I p. 180, 395. 397. p. 182, 430 Amesiae. *sacerdos:* VVLG. Am. 7, 10—14. HIER. in Am. 7, 10 *sqq.* p. 335 Amasias sacerdos interpretatur robustus et rigidus. p. 332 isti autem (*reges christiani*) cum multis Amasiis sacerdotibus suis ... Amos prophetam et sacerdotes domini necaverunt. nom. hebr. p. 51, 22 Amasia (Amessia *FH*): populus domini vel fortis domini vel populum levans. *alii:* VVLG. I par. 4, 34. 6, 45. עֲמַסְיָה, Ἀμασίας: VVLG. II par. 17, 16. *v. etiam* Maasias. *Otto.*

amāsio, -ōnis *m.* [*cf. c.* amasius. *Th.*]. SEPT. SER. carm. frg. 14 (apud Diomed. gramm. I 514, 8 *et* 10) culicellus: 'amasio (acmasio 8 *AB*, *idem* 10 amasio; amasie 8 *M qui* 10 *omisit*) Tulle'. APVL. met. 3, 22 'ain' inquit *Fotis*, vulpinaris amasio. 7, 21 festivus hic amasio ... prostratam mulierem ... incoram omnium gestiebat inscendere. ARNOB. nat. 4, 34 Iuppiter ... amasio captus ab uxore. PRVD. perist. 10, 182 *puellae* amasionum comprimuntur fraudibus. *V.*

?**Amasiris** (*genet.*) *nom. vir.* CORP. VIII 5219 (*in prov. procos., editor non vidit*) Rogatus Amasiris. *cf.* 17394: '*est, puto,* Amas⟨t⟩ris, *cf.* Amastra *n. 5195*'

Amāsis, -idis, Ἄμασις, *reges Aegypti; cf. Pietschmann, PW. I 1744.* **1** TAC. ann. 6, 28 sunt qui adseverent ... priores *aves phoenices* ... Sesoside primum, post Amaside dominantibus, dein Ptolemaeo ... advolavisse. **2** MELA 1, 59 trecentos et triginta reges ante Amasim. 1, 60 Amasi regnante. LVCAN. 9, 155 pyramidum tumulis evolsus Amasis. PLIN. nat. 5, 60 Amase regnante. 19, 12 Amasim. AMPEL. 13, 2 Amasin. FRONTO p. 219, 4 N. rex Amasis Aegyptius sapiens. p. 219, 18 Amasim. HIER. chron. a. Abr. 1451. *Otto.*

amāsiunculus, -a [*ab* amasius *vel* amasio *deminutive. Th.*]. PETRON. 45 videbis populi rixam inter zelotypos et amasiunculos. 75 suadeo ... me non facias ringentem, amasiuncula.

amāsius, -ī *m.* [*cf. c.* amare. *Th.*]. DIOM. gramm. I 343, 11 *ab* '*amare*' et 'amasios' amatores (GLOSS. V 560, 47) dicebant *veteres,* ut Plautus (*seq.* Truc. 658). ISID. orig. 10, 5 amasius *dictus* eo quod sit pronus ad amorem (GLOSS. V 615, 25). GLOSS. b II 566, 16 amatus puer. PLAVT. Cas. 590 miserrumum hodie ego hunc habebo (-beo *P*) amasium. Truc. 658 nunc ego istos mundulos urbanos amasios hoc ictu exponam atque omnis eiciam foras. GELL. 6, 8, 1 delphinos venerios esse et amasios. 19, 9, 9 discite nostros quoque ... poetas amasios ac venerios fuisse. TERT. apol. 3 quis iuvenis? quam lascivus (lucius *trad.*), quam amasius. HIER. adv. Iovin. 2, 7 p. 297[A] ab Hadriani amasio *Antinoo.* adv. Pelag. 3, 19 transite ad amasium vestrum *Origenem* (epist. 84, 3). epist. 58, 3 Veneris amasius plangebatur (PAVL. NOL. epist. 31, 3 *extr.*). 117, 6 sola vadis in comitatu propinquorum an cum amasio tuo? quaest. hebr. in gen. p. 59, 23 amasium *Iovis Catamitum.* *V.*

Amasonicus *v.* Amazonicus *p. 1833, 13.*

Amasonius *legitur in tegulis Augustae Rauric. repertis:* INSCR. Mommsen, Inscr. confoed. Helvet. 346, 5. *cf.* Amazonius *sub* Amazon?

Amassai *nom. vir. hebr.,* עֲמַשְׁסַי. VVLG. II Esdr. 11, 13 Amassai filius Azreel.

Amassia *v.* Amasias.

1. Amastra *v.* Amastris *et* Amestratus.

2. Amastra *nom. mul.* CORP. VIII 17323 (*in prov. procos.*) Amastra Pacrusis fil.

1. Amastris, -idis *f.,* Ἄμαστρις, *opp. Paphlagoniae; cf. Hirschfeld, PW. I 1749.* CATVLL. 4, 13 Amastri pontica et Cytore buxifer (*vocativo*). PLIN. nat. 6, 5 Sesamon oppidum, quod nunc Amastris. AMM. 22, 8, 16. PATR. Nic. 1, 118 Eupsychius Amastridos. *sed idem* 4, 108 Euticius Amastra (Amostra *alter cod.*). NOVELL. Iust. 29, 1 Amastridis. CONC. Const. a. 536 Mansi 8, 1145[E] episcopus Amastridis. CORP. VI 32536, 16 M. Aelius ⟨...⟩xt. Amast. *miles praetorian.* III 3467 (*Veronae, periit*) natus Amast⟨r.⟩ Pont(i). 3682. 7501 (*in Moes. inf.*) T. Fl(avius) T. f. Teretin(a) Val. Amast. 7502 natus Amastris. RAVENN. p. 100, 3 Amastra (Mastrum TAB. Peut. 9, 4). 364, 15. 18. 368, 17.
Amastriānī, -ōrum *incolae,* Ἀμαστριανοί. PLIN. epist. 10, 98 Amastrianorum civitas. 10, 99. CORP. IX 951 (*Aecis*) M. Aeli(o) Caesoniano Dionysio p(rimo) p(ilari) Amastriano ex eq(uite) R(omano). X 1973 (*Puteolis*) Dionysius Amastrianus. **Amastrēnus,** -a, -um *adi.,* **Amastrēnī,** -ōrum *incolae.* RVFIN. hist. 4, 23, 6 ecclesiae Amastrenorum (τῇ ἐκκλησίᾳ ... τῇ παροικούσῃ Ἄμαστριν); *sed* HIER. vir. ill. 27 ecclesiam Amastrinam (*sic et* -sdrinam *codd. antiquissimi*). **Amastrēnsis** *adi.* CONC. Const. a. 536 Mansi 8, 973[A] Amastrensis ecclesiae. **Amastriadēnsis** *et* **Amastridēnus** *adi.* PATR. Nic. 2, 114 Eupsicius Amastriadensis (-ianensis, -ienensis *pars codd.*). 3, 115 (*idem*) Amastridenus (-stredenus *et* -strianensis *duo codd.*). **Amastriacus,** -a, -um *adi.* OV. Ib. 329 oris.

2. Amastris *Scythes.* VAL. FL. 6, 554 peditem ... Amastrin.

Amastrus, -ī *Troianus a Camilla interfectus:* VERG. Aen. 11, 674 his addit Amastrum Hippotaden. *Cyzicenus a Nestore necatus:* VAL. FL. 3, 145 prensumque manu detruncat Amastrum.

Amasuc⟨...⟩ *videtur legendum esse in inscriptione Pompeiana* CORP. IV 2267.

amāta *virgo Vestalis.* GELL. 1, 12, 14 in libro primo Fabii Pictoris, quae verba pontificem maximum dicere oporteat, cum virginem capiat, scriptum est. ea verba haec sunt: sacerdotem Vestalem, ... uti quae optima lege fuit, ita te, amata, capio. 1, 12, 19 Amata inter capiendum a pontifice maximo appellatur, quoniam quae prima capta est hoc fuisse nomen traditum est. *de* GRAN. LIC. p. 21 *erravit Froehner, Philologus XV (1860) p. 302.*

1. Amāta, *Latini regis uxor, quae tamen* Amita *vocatur a* DIONYS. ant. 1, 64. VERG. Aen. 7, 343. 401. 581. 734. 12, 56. 71. OV. fast. 4, 879 Turnus an Aeneas Latiae gener esset Amatae bellum erat. *claudit semper hexametrum.* SERV. Aen. 6, 90 Amatam fuisse mortalem. 7, 51 PS. AVR. VICT. orig. 13, 5.

2. Amāta *v.* Amatus.

Amatallat *nom. mul. punicum.* CORP. VIII 21683 (*in Mauretan. Caesar.*) Aurel(iae) Amatallat. *v. quae editor adnotat.*

1. Amath *v.* Emath.

2. Amath *opp. Palaestinae i. q.* Amaad *q. v.* HIER. nom. hebr. p. 24, 24 Amath (Amat *B*, Amad *FH*): populus adhuc. sit. et nom. p. 95, 1 Amath in tribu Aser. LXX Ios. 19, 26 Ἀμάδ (*cod. Alex.*). ITALA Lugd. Aniel (LXX Ἀμιήλ).

Amatha *opp. Palaestinae; cf. Benzinger, PW. I 1751.* HIER. sit. et nom. p. 91, 29 est et alia villa in vicinia Gadarae nomine Amatha (EVSEB. Ἐμμαθᾶ), ubi calidae aquae erumpunt.

Amathaeus, -ī *filius Chanaan,* חֲמָתִי. VVLG. gen. 10, 18 Amathaeum. ISID. orig. 9, 2, 25 Amatheus. LIB. geneal. chron. I p. 167, 155 Amattheus (Amatheus *TFG*), id est delinquens. LXX: Ἀμαθί. HIER. nom. hebr. p. 2, 25 Amathi (Amath B^1, Amethi *FH*): indignatio mea. LIB. gener. chron. I p. 100, 129 Amathi. CHRON. Alex. chron. I p. 100, 102 Amathium (*accus.*). *cf.* Emath.

Amathas *discipulus Antonii monachi.* HIER. vita Pauli 1 Amathas et Macarius. chron. a. Abr. 2372.

1. Amathi *indecl.,* אֲמִתַּי, Ἀμαθί, *pater Ionae prophetae.* VVLG. IV reg. 14, 25 Ion. 1, 1. HIER. in Ion. proleg. p. 389/390 Amathi enim nostra lingua veritatem sonat (*cf.* nom. hebr. p. 44, 15. 52, 9). LIB. gener. chron. I p. 124, 280. CHRON. Alex. chron. I p. 124, 277 Amathei (*genet.*). ISID. orig. 7, 8, 19 Amathi, ... quem resuscitavit Helias.

2. Amathi *v.* Amathaeus. *Otto.*

amathia, -ae *f.,* ἀμαθία. PAVL. PELL. 66 nosse cavere decem specialia signa amathīae. *V.*

Amathīa, Ἀμάθεια, *Nereis; cf. Wernicke, PW. I 1751.* HYG. fab. praef. p. 10, 19 Amathia (Aemathia *F*).

Amathīm *nom. hebr.* HIER. nom. hebr. p. 24, 18 Amathim (Amachim *H*): indignatio (id est bilis) eorum. *unde sumpserit ignoratur.*

Amathītēs *v.* Emath. **Amathōn** *v.* Amathus.

1. Amathūs, -ūntis *f.,* Ἀμαθοῦς, *opp. Palaestinae; cf. Benzinger, PW. I 1752.* *acc.* Amathunta *et* Amathuntem. HEGES. 1, 9, 20 in Amathunta. 1, 19, 26 per Gadaram et Amathuntem. HIER. sit. et nom. p. 91, 27 Aemath urbs quae cecidit in sortem Ruben. sed et nunc Amathus (EVSEB. Ἀμμαθοῦς) villa dicitur trans Iordanem in vigesimo primo miliario Pellae ad meridiem. AVELL. p. 751, 5 iaspis ... invenitur ... apud Amathunta, non quae in Cypro est. RAVENN. p. 84, 11 Amathunte. **Amathūsiī,** -ōrum *incolae.* AVELL. p. 751, 5 Amathusiorum generatio multiplex (*cf.* EPIPHAN. epit. γένος πολὺ καλούμενον Ἀμαθούσιον *et* HIER. in Is. 54, 11. 12 p. 639). LIB. gener. chron. I p. 100, 129 Amathi (*filius Chanaan*), unde Amathusi. *adi.* **Amathūntīnus,** -a, -um. CONC. Const. a. 536 Mansi 8, 1073[A] episcopus Amathuntinus (ἐπίσκοπος Ἀμαθούντων).

2. Amathūs, -ūntis *f.,* Ἀμαθοῦς, *opp. Cypri; cf. Hirschfeld, PW. I 1752.* *acc.* Amathunta. CATVLL. 36, 14 *Venus* quae ... Ancona ... colis quaeque Amathunta quaeque Golgos. VERG. Aen. 10, 51 est Amathus, est celsa mihi Paphus. OV. met. 10, 220 fecundam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Amathunta metallis (10, 531). PLIN. nat. 5,130 Amathus. SERV. Aen. 10, 51 Amathus et Paphos Cypri insulae civitates sunt Veneri consecratae (GLOSS. V 549, 23). TAB. Peut. 10, 3 Amathus. RAVENN. p. 393, 17. PROB. app. gramm. IV p. 195, 5 nomina generis feminini, quae ... ablativo casu -o littera terminantur: ... Amathus. Amathus *Aeriae filius*: TAC. ann. 3, 62 *delubrum* vetustissimum Paphiae Veneri auctor Aerias, post filius eius Amathus Veneri Amathusiae ... posuissent. SERV. auct. Aen. 10, 51 Amathus ab Amathonte. *cf.* STEPH. BYZ. *s. v.* Ἀμαθοῦς. *adi.* **Amathūsius,** -a, -um. SYMM. epist. 1, 8 vers. 11 Amathusium renidens ... Dione. Amathusia *Venus*: CATVLL. 68, 51 duplex Amathusia. CIRIS 242 OV. am. 3, 15, 15 TAC. ann. 3, 62 (*v. supra p. 1827, 6*). *adi.* **Amathūsiacus,** -a, -um, Ἀμαθουσιακός. OV. met. 10, 227 Amathusiacasque bidentes. **Amathūntiī,** -ōrum *incolae.* SCHOL. Verg. Veron. Aen. 3, 705 (*ex Velio Longo*) Opuntii et Amathuntii.

Amathūsa, Ἀμάθουσα, *vetus nomen Cypri insulae.* PLIN. epist. 5, 129 *Cyprum* vocatam antea ... Cerastim Xenagoras et Aspeliam et Amathusam (*sic A*, Amatusam *cett.*) et Macariam *tradit. cf.* STEPH. BYZ. Ἀμαθοῦς ... ἐκλήθη ... ἀπὸ τῆς Κινύρου μητρὸς Ἀμαθούσης. *Otto.*

Amathūsiacus, -sius *v.* 1. *et* 2. Amathus.

Amathustus, Amathystus *v.* Amethystus.

amātio, -ōnis *f. ab* amare. PAVL. FEST. p. 28 amatio (-utio *boni codd.*) ab amore denominatum. CHAR. gramm. I 169, 33 *ab* 'amare' appellatio 'amatio', nomen 'amator'. PRISC. gramm. III 454, 11 'amatu' ... pro amatione vel pro amore id est pro ipsa re accipitur. GLOSS. V 637, 15 amatio amor. PLAVT. Capt. 1030 neque in hac *fabula* subigitationes sunt neque ulla amatio. Cas. 328 tua mihi odiosa est amatio. Merc. 793 te ... di deaeque perduint cum tua amica cumque amationibus. Poen. 1096 acerba amatiost. Rud. 1204 uxor complexa collo retinet filiam. nimis paene inepta atque odiosa eius amatiost. *V.*

Amatistus, -a *v.* Amethystus.

Amatius, -a *nom. gent. cf. etrusc.* amϑni (CORP. inscr. etrusc. I 4209—4211 *al.*); Amitinum, Amitinenses; Amantius; Am(m)ius; *W. Schulze, Eigennamen 121*; Amita *regis Latini uxor, v.* 2. Amata. C. Amatius Herophilus: APPIAN. civ. 3, 2 Ἀμάτιος ἦν ὁ ψευδομάριος· Μαρίου γὰρ ὑπεκρίνετο υἱωνὸς εἶναι. 3, 3. 3, 36. LIV. perioch. 116 *traditur sic*: Chamates humillimae sortis homo. VAL. MAX. 9, 15, 1 Herophilus equarius medicus. CIC. Phil. 1, 5 fugitivo illi. CORP. VI 200, 3, 12 (*a. 70*) C. Amatius Primigenius. 8885 Amatia L. l. Calliste. 9405, 7. 11519. 12683. 22730. XIV 44 (*Ostiae*) Amat(ii) Rufinian(us) hon(oratus *corporis stuppatorum*), Firmus hon. IX 2578 (*Boviani Vndeciman.*). 1153 (*Abellini*) Amatiae Q. f. Maxim. ... P. L. Freis filiei fecerunt. 2042 (*Puteolis*). 2043 Amatiae C. f. C. n. Ofiliae Marcianae. 7211 (*in Sicilia*) L. Amatio L. f. Fab. Maximo Memoriano ... IIviro <pr>a<ef.> imp. Antonini IIviri<...>. XI 2265 (*Clusi*) Amatia M. l. Salvia. XIII 2949 (*in prov. Lugudun., a. 250*) C. Amatio C. Amat(ii) Patern(i) fil(io) <P>aternino ... Matern(ius) Eucharistus et Pat<e>r(nius) Pollio Sill<...> off(iciales) eius. III 11711 (*in Norico*) Amat(ia) Kalandina. VII 354? VIII 9321 (= 20960, *in Maur. Caesar.*) Amatia Africana. PAPYR. Greec in the British Museum II p. 212 (*a. 168*) Ἀματίας Πρείσκας τῆς καὶ Λουκίας. *cogn. et nom. singulare*: CORP. VI 19821 Ti. Iulius Amatius. XIII 1584 (*in Aquitania*) Ter(entio?) Amatio. CONST. Sirmondi 6, 1 (*a. 425*) Amatio v(iro) ill(ustri) praefecto praet(orio) Galliarum. PAPYR. Marini 74, 5, 4 (*saec. V/VI*) Amatius, Flavianus et Constantius v(iri) d(evoti). **Amatiānus** *cogn.* CORP. III p. 2328[70] (*a. 139*) Q. Flavius Q. f. Pal. Amatianus Capua. n. 6395?

? **Amato,** -onis *nom. barb.; cf.* Amatu. INSCR. Rhen. Bramb. 57 Smertuccus Amatonis f.? *Otto.*

amātor, -ōris *m. ab* amare (VARRO ling. 8, 57). DON. Ter. Andr. 1, 1, 49 (76) amator fingi potest, amans vere amat (*cf.* CIC. Tusc. 4, 27 *p. 1828, 13*). MART. CAP. 4, 368 non enim sequitur ut ... qui amat 'amator' *sit.* GLOSS. ἐραστής, φιλητής. *iungitur passim cum personarum vocabulis ut* homo, senex, praetor, grammaticus, deus (*etiam* delphinus GELL. *p. 1828, 50*); *adiectivi vice est iunctum cum* animum SEN. epist. 82, 1 *p. 1829, 32*, oculos APVL. met. 5, 24 *p. 1828, 36*.

de amore feminarum vel puerorum: PLAVT. Amph. 106 quantusque amator sit *Iuppiter eius* quod complacitum est semel. Asin. 178 amator lenae. 185 novos. 221. 758. 921 surge, amator, i domum (*quater*). Bacch. 737 celerem oportet esse amatoris manum. 1042 ut amator perieret. 1163 amator ... fieri. Capt. 73 Cas. 152. 459. 564 stultitia magna est ... hominem amatorem ullum ad forum procedere. 591. 682 senex quisquam amator. 969. Cist. 143 amatorem aibat esse peregrinum sibi. 314. 369 est tibi amator. Curc. 201. 214 Epid. 244. Men. 128 amatores mariti. 203. 268 magnus amator mulierum es. Merc. 16 more <a>matorum. 33. 35. 313 pictum amatorem. 741 amatori seni. 976 novos amator (Truc. 135. 724; *cf.* Asin. 185), vetus puer. Mil. 239. 245. 384. 440. 625 umbra es amantis magis quam amator. 1431 quis erat igitur? :: Philocomasio amator. Most. 169. 225 illum amatorem tibi proprium futurum in vita. 286. 328. Poen. 1310 tune hic amator audes esse? Pseud. 41. 177. 210. 306. 311. 371 amatorem esse inventum inanem quasi cassam nucem. 415 de damnosis aut ... de amatoribus. 733. Trin. 254 fit ... inops amator. Truc. 14. 40. 46. 47. 166 summus. 170 amator similest oppidi hostilis. 172 longe aliter est amicus atque amator. 229. 231. 236. 239. 241 quando sterilis est amator ab datis. 555 frg. Nerv. 4 CAECIL. com. 137. TER. Andr. 718 amicum amatorem *puellae.* Eun. 665 amatores ... mulierum (HIER. epist. 22, 12. 72, 3) esse eos maxumos. 794. 935 (*cf.* Eun. perioch. 5) Haut. 389. 453 Hec. 59. 835 LVCIL. 247. 344. SCIP. min. or. frg. Gell. 6, 12, 5 adulescentulus cum amatore. AFRAN. com. 323. 379 omnes haberent nunc amatores anus. RHET. Her. 4, 51, 65 avari, ambitiosi, amatoris *naturam.* CIC. Verr. 4, 148 tuus antiquissimus non solum amicus, verum etiam amator. Cael. 49 hic ... adulter an amator. Pis. 65 Cato 10. Brut. 330 ut adultam virginem ... ab a[r]matorum impetu ... prohibeamus. Tusc. 4, 27 aliud ... est amatorem esse, aliud amantem (*cf. p. 1827, 63*). 4, 65 rep. 4, 3. LVCR. 4, 1177 lacrimans exclusus amator (HOR. sat. 2, 3, 259). NEP. praef. 4 laudi in Creta (Graecia *trad.*) ducitur adulescentulis plurimos habuisse amatores. HOR. carm. 3, 4, 79 amatorem ... Pirithoum. 3, 18, 1 Faune, nympharum fugientum amator. sat. 1, 2, 55 Marsaeus, amator Originis *mimae.* 1, 3, 38. epist. 1, 1, 38 vinosus, amator. TIB. 1, 5, 47 dives (OV. am. 1, 8, 31 SEN. contr. 2, 7, 1). TIB. 1, 8, 29 det munera canus amator. PRIAP. 3, 6. PROP. 1, 7, 13 neglectus. 2, 3, 16 blandus. 2, 16, 12. 2, 20, 35. 2, 21, 4. 14. 2, 25, 17 (amor qui *trad.*). 3, 14, 32 caecum versat amator iter. 3, 16, 13 (CORP. IV 1950). OV. epist. 15, 244 verus. am. 1, 4, 39 fiam manufestus amator. 1, 8, 58. 66 pauper. 68. 3, 11, 13. 3, 12, 11. ars 1, 722 qui fuerat cultor, factus amator erat (2, 564). 2, 310. 2, 738 tantus amator ego. 3, 209. 481. 497. 591 rem. 17. 160 fast. 2, 356. 3, 693 ludis amatorem. trist. 2, 285. 372 LIV. 39, 13, 2. 3. 39, 42, 9. 39, 43, 3 SEN. contr. 7, 5, 9 *et passim. adnoto*: CVRT. 6, 10, 16 amatoris et scorti. PETRON. 113 Tryphaena me alloquebatur tamquam familiarem et aliquando gratum sibi amatorem. 126 vetus. MART. 14, 171 istius pueri Brutus amator erat. 14, 193 ussit amatorem Nemesis lasciva Tibullum (14, 207 Iovem). IVV. 2, 168. 6, 548. VLP. dig. 11, 3, 1, 5 *servus* amator existerit. APVL. flor. 16 p. 64 leno periurus et amator fervidus et servulus callidus. Plat. 2, 13 amatores corporum. apol. 12 geminam esse Venerem deam, proprio quamque amore et diversis amatoribus pollentes. met. 5, 24 deus amator. *ibid.* caput ... istos amatores tuos oculos gerit. 6, 11 amatoribus *de mare et femina.* CAPITOL. Alb. 11, 7 mulierarius inter primos amatores. FIRM. math. 3, 6, 23 puerorum amatores aut mulierum scaenicarum. AVSON. 360 p. 218, 12 esse Appuleium in vita philosophum, in epigrammatis amatorem (*cf.* HILARIAN. curs. temp. p. 156, 4). VVLG. sap. 8, 2 amator (ἐραστής) factus sum formae illius. Ier. 3, 1 fornicata es cum amatoribus (ποιμέσι, *cf.* HIER. epist. 36, 13) multis (*spiritaliter accipiendum, item* ἐρασταί 4, 30. 22, 20. 22. 30, 14 φίλοι. Ezech. 16, 33 τοῖς ἐκπορνεύσασιν. 16, 36. 37. 23, 5. 9. 22 Os. 2, 5. 7. 10. 12. 13. 8, 9. *proprie* 3, 20 τὸν συνόντα). AVG. civ. 16, 25 demonstravit Abram non se amatorem servum, sed liberum fuisse genitorem. PHYSIOGN. 32. 41 *saepe.*

de tesseris lusoriis CORP. XI 6728, 14 *et* 20, *in quibus legitur* amator XXX *et* amator XI, *v. Bücheler, Rhein. Mus. 52, 1897, 393.*

de bestiis: GELL. 6, 8 *tit.* super amatore delphino et puero amato (*cf.* 6, 8, 4). APVL. met. 3, 23 quam pulchro ... matronae perfruentur amatore bubone. VVLG. Ier. 5, 8 equi amatores et emissarii (ἵπποι θηλυμανεῖς) facti sunt.

de amicitia, favore, vel amore familiari, de partium studio: LVCIL. 779 favitorem tibi me, amicum, amatorem putes. CIC. Att. 1, 14, 6 Messala ... nostri laudator, amator, imitator. 1, 20, 7 Paetus, vir bonus amatorque noster. epist. 9, 15, 4 apud amatorem tuum, familiarem meum. CORP. IV 45 amator(em) vest(rum) faciat(is) aed(ilem). 1658 (*cf.* add.) Vetti vere amator coctor (*interpretatio non certa*). PETRON. 94 amatorem invenisti. TEST. porcelli p. 242 optimi amatores mei vel consules vitae. CALP. decl. 21 fuit ille amator et cultor suorum. FRONTO p. 5, 9 N. quin etiam, quod est amatorum proprium, currere ad me vis et volare. AVR. Fronto p. 26, 18 N. omnis qui umquam amatores fuerunt, vicisti amando. APVL. Socr. 12 p. 146 *daemones* osores et amatores quorundam hominum (AVG. civ. 8, 17. 9, 3. 7). SPART. Hadr. 17, 8 fuit et plebis iactantissimus amator. LAMPR. Alex. 63, 6 ab amatoribus Maximini. AQVILA rhet. 20 ille amator patriae egregius. ITIN. Anton. Plac. rec. A 33 *Gazae incolae* amatores peregrinorum (45). LVCIF. moriend. 2 deum habere amatorem. HIER. in Os. 1, 2, 13 p. 20 quomodo ... decipiant haeretici amatores suos. VVLG. II Macc. 14, 37 vir amator civitatis (ἀνὴρ φιλοπολίτης). 15, 14 hic est fratrum amator (φιλάδελφος). I Petr. 3, 8 fraternitatis amatores (φιλάδελφοι). HIER. epist. 49, 2 aut amatores mei aut invidi. 18, 15 *Ieremias* amator populi sui. 62, 2 amatores eius et obtrectatores. GENNAD. vir. ill. 70 Hilarius ... paupertatis amator. AVG. civ. 8, 1 (*sec. Platonem*) verus philosophus est amator dei (*cf.* 8, 5. 8, 8. 8, 11. catech. rud. 25, 49 *syn.* dilector. serm. ed. Mai 14, 2. 15, 1. 126, 5 *passim; etiam in allocutionibus* AVELL. p. 591, 5. 653, 17. 654, 23). VINCENT. LER. 4, 6 verus Christi amator et cultor. VICT. TONN. chron. II p. 196, 12 synhodi Calchedonensis amator simulque defensor. BOETH. c. Eut. 8 p. 217, 90 mei amator. CASSIOD. hist. 5, 32 p. 1009[C] divinos amatores. 9, 12 p. 1128[C] filius patris amator. IORD. Get. 55, 282 ex populo amatores sibi clientesque consocians. CONC. a. 589 (Mansi IX 1012[C]) amator vester Syagrius. ILDEF. vir. ill. 3 sectae. *in titulis*: CORP. V 5933 colent manes amatores ipsius (*i. gladiatoris*). *item de gla-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

diatore 3466 Aurelia marito b. m. et amatores huius. *cf. et* X 2132. CORP. XI 6362 patr(ono) col(oniae) . . . cives amici et amatores eius. XIV 2937 patrono coloniae amatores regionis macelli. CORP. VIII 2400 amatoris civium. 20869 amatori re⟨i⟩p. ⟨e⟩t civium. IX 2243 amatori civium simplicissim(o). XIV 2466 amator municipi. VIII 12459 amatori ordinis aeque Maxulae *oppidi.* 14372 amatori ⟨e⟩t alumno muncip. sui. CORP. VI 99 deorum omnium amator Gemellus Aug. lib. ⟨P⟩oppaeanus. III 1898, 13 omnium amatori suorum et amico. XII 1982 amicorum amator. VIII 7174 amatori sanguinis sui et remuneratori familiae suae. CARM. epigr. 1837, 5 (*saec. V*) pauperum amator (INSCR. christ. Rossi I 62 *a. 341* CORP. VI 31997). 714, 1 fidaei patrieque semper amator. 1405, 10 (*de puero*) cunctorum gaudens blandus amator eras. *semel nominatur collegium* amatorum Romuliorum (*Otricoli*) INSCR. Notiz. degli scavi 1898 p. 406.

de amore in res (*etiam in libros, scriptores, sim.; cf.* GLOSS. amator pecuniae φιλάργυρος, πλεονέκτης. amator verborum φιλόλογος, amator servorum φιλόδουλος): CIC. Brut. 66 amatores huic (*Catoni*) desunt, sicuti . . . et Thucydidi. Tim. 51 qui intellegentiae sapientiaeque se amatorem profitetur. Att. 1, 10, 4 quamvis acrem (quam in sacrum *M*) amatorem inveneris *bybliothecae tuae.* 14, 10, 2 pacis isti . . . amatores (OV. am. 2, 6, 26 placidae pacis amator eras. rem. 20 DRAC. laud. dei 3, 151). CAES. carm. in Ter. 2 puri sermonis amator. VARRO rust. 3, 4, 2 amatores invenit multos *ornithonis genus.* NEP. Att. 18, 1 antiquitatis. VERG catal. 2, 1 Corinthiorum amator iste verborum. HOR. epist. 1, 10, 1 urbis amatorem Fuscum salvere iubemus ruris amatores. 1, 20, 8 cum plenus languet amator *libri.* MANIL. 5, 250 Crater, um[m]oris amator. PAVL. FEST. p. 75 *s. v.* elucum: nugarum amatorem. SEN. contr. 1, 5, 9 adeo nullum sine amatore vitium est. 1, 8, 15 Plancus, summus amator Latronis (7, 3, 8. 10, 4, 25). VAL. MAX. 8, 7 ext. 2 amatorem sapientiae (LACT. inst. 4, 8, 3. RVFIN. hist. 4, 12 ἐραστῇ. 4, 16, 3 AVG. civ. 8, 1 *passim*) id est graece φιλόσοφον. SEN. benef. 4, 24, 2 non recipit sordidum virtus amatorem. epist. 82, 1 animum recti ac boni amatorem. 92, 33 corporis . . . non amator, sed procurator. LVCAN. 8, 364 indomitus bellis et mortis amator (*alia vi* SEDVL. carm. pasch. 4, 93 *diabolus*). 9, 562 virtutis (AVG. civ. 10, 28). PETRON. 84 litterarum amatores (SOL. 9, 14). PLIN. nat. 36, 50 hoc marmor (*Luculleum*) ab amatore nomen accepit. MART. 1, 96, 4 amator ille tristium lacernarum. 7, 97, 10 o quae gloria, quam frequens amator *libri.* QVINT. inst. 1, 5, 59 grammaticum veterum amatorem. 9, 3, 14 vetustatis . . . amator unice Vergilius fuit. 10, 1, 44 sunt . . . lenis et nitidi et compositi generis non pauci amatores. 10, 1, 88 Ovidius . . . nimium amator ingenii sui. 10, 1, 93 Lucilius quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, ut. 10, 1, 104. 10, 3, 30 tantus amator secreti (HIER. epist. 82, 8) Demosthenes. 11, 1, 89 eius gentis. 11, 1, 92. 12, 10, 2 suos . . . haec operum genera . . . ut auctores, sic etiam amatores habent. 12, 10, 21 istius nominis. FLOR. epit. 1, 1, 5 fluminis amator et montium, apud quos erat educatus. FRONTO p. 149, 14 N. vocis modulatae amatores. APVL. Plat. 2, 3 virtutum. 2, 22 sapientia amatorem boni (AVG. civ. 14, 6. 7) adulescentem facit. *ibid.* turpium voluptatum. DOCTR. apost. 3, 5 noli fieri . . . amator pecuniae (φιλάργυρος). IREN. 2, 25, 2 veri (VINDIC. med. 1). PORPH. Hor. sat. 2, 3, 21 Corinthiorum vasorum. GALLICAN. Avid. 3, 4 castitatis (HIER. epist. 48, 18). VOPISC. quatt. tyr. 2, 1 cum amatore historiarum Marco Fonteio. FIRM. math. 3, 3, 11 venatores . . . et ferarum amatores. 3, 11, 15 palaestrarum. 3, 11, 18 armorum. 4, 11, 5 erunt . . . amatores navium et athletarum. AVSON. 335 p. 199, 50 amatorem primum philosophiae. TYCON. 3 p. 16, 13 vitae *spiritalis.* AMM. 30, 9, 4 munditiarum. ANON. Vales. 12, 70 fabricarum. PELAGON. 27 apud Tuscos amatores asturconum. HIER. in Agg. 1, 1 p. 737 Dareus amator erat coitus. VVLG. sap. 15, 6 malorum (ἐρασταί). II Tim. 3, 4 voluptatum (*cf.* AVG. civ. 14, 16) amatores magis quam dei (φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι). HIER. epist. 53, 5 legis divinaeque sapientiae. 77, 2 praesepis dominici. 79, 2 pudicitiae. 96, 14 *imperitiae.* 98, 22 solitudinis. 100, 3 continentia amatores sui nec debilitat nec occidit. 112, 19 vis amator esse verus septuaginta interpretum? 149, 1 amatoribus litterae adversariisque veritatis. ITALA II Tim. 3, 2 (Aug. civ. 14, 7) amatores pecuniae (φιλάργυροι, VVLG. cupidi); *item* SEVERIN. doctr. p. 127. RVFIN. Adamant. 1, 1 veritatis (hist. 4, 17, 9 φιλαλήθη. VICTRIC. 24). hist. 4, 16, 3 non philosopho, sed philocompo, id est non amatore sapientiae, sed amatore iactantiae (*cf.* GLOSS. II 559, 6). SEVERIN. doctr. p. 127 boni consilii. AVG. civ. 14, 18 *turpitudinis.* lib. arb. 1, 4, 9 boni (civ. 15, 4). 2, 14, 37 *veritatis et sapientiae* (*opp.* invidos). conf. 6, 15, 25 coniugii. in euang. Ioh. 32, 3 corporum . . . animorum . . . dei. 49, 2 vitae temporalis (*cf.* epist. 127, 1 *syn.* dilectores). 79, 2 mundi (*hoc passim*). serm. ed. Mai 14, 4 saeculi. epist. 110, 6 iustitiae. mor. Manich. 2, 9, 17 tenebrarum. serm. ed. Mai 132, 2 tu, *spiritus,* es . . . mentis amor et amator. CARM. adv. Marc. 4, 170 operum . . . bonorum. VINCENT. LER. 20, 25 tenax et fidelis et fixus catholicae fidei . . . amator. CASS. FEL. 27 p. 146 lavacrorum amatores, quos Graeci filolutruntas appellant. SALV. gub. praef. 3 rerum magis quam verborum. DRAC. laud. dei 2, 432 vitae melioris (3, 96; *cf.* 3, 83). CASSIOD. hist. 8, 7 p. 1114^D quietis. ORIBAS. syn. 6, 10 balnei. *in titulis:* CARM. epigr. 461, 6 (*de servo*) cultor domini rerumque et amator. 481, 2 *grammaticus* Musarum semper amator. 521, 2 veri⟨tatis⟩. 1375, 12 (*a. 533*) iustitiae cultor, pacis amator (1371, 3. 1335, 3). INSCR. christ. Rossi II p. 112, 75 fidei dilectus amator.

f. **amātrīx,** -īcis; *cf.* PRISC. gramm. III 456, 28. 494, 29. 215, 25 'amator' et 'amatrix' illius. PLAVT. Asin. 511 satis dicacula es amatrix. Poen. 1304 amatricem Africam. MART. 7, 69, 9 Sappho . . . amatrix. APVL. apol. 78 amatricem (*convicium*). *item* 85. AVSON. 324 Cupidinem cruci adfigunt mulieres amatrices. SERV. Aen. 4, 133 amatrix ad eum quem amabat debuit festinare. 4, 329 dixit quasi amatrix. 4, 534. ecl. 8, 68 nympha amatrice. CARM. epigr. 255, 6 servatrix, amatrix *Venus.* AVG. epist. 211, 16 spiritualis pulcritudinis amatrices. serm. 142, 3 suaeque potestatis amatrix facta fuerat anima. CONC. Chalc. Leo M. epist. 98, 3 amatricem dei imperatricem. SALV. eccl. 3, 1 filiorum . . . una *parte* mundi amatrice, alia religionis. HIST. Apoll. 17 tu, regina, amatrix studiorum. ARATOR act. 2, 1162 mortis amatrix *serpens.* INSCR. Ephem. epigr. VIII (ad Corp. II) 43 Fortunatae ser(vae) fidelissimae conservatrici et amatrici domini. INSCR. christ. Rossi I 62 (*a. 341*) fuit amatrix pauperorum. CORP. V 6286 (*a. 487*) amatrix pauperum. *adi.:* MART. 7, 15, 4 amatrices . . . aquas *Hylae* (10, 4, 6). AVELL. p. 496, 12 plenam et dei amatricem caritatem. *V.*

Amātor, -ōris *cogn. vir.* CORP. XIV 256, 35 (*Ostiae*) L. Volusius Secularis Amator *honoratus corporis fabrum navalium. idem videtur esse* v. 133 Volusius Seclaris. X 1513 (*Neapoli*) Macrobio Amatoris s(ervo?). XI 6690, 2 Q. Acutius Amator. *cf.* Acutia Amatrix. III 6010, 13 (*in vase*) Amator. XIII 2063 (*Luguduni*) Iulius Amator. 2685 (*Augustoduni*). 3269 (*in Gall. Belg.*). 3358? 7062 (*in Germ. sup.*) Iulio Amatori. 10010, 103 (*in vasculis Gallicis*). VII 1336, 57. 58 (*in patellis*). VIII 3381 (*in prov. Num.*). 18371 C. Aurelii Amatoris. SVLP. SEV. dial. 3, 1, 4 Amatore subdiacono. INSCR. christ. Hisp. 400 (*a. 614*) *episcopus.* MARTYROL. Hier. 9 Kal. Mart. 12 Kal. Apr. Kal. Mai. 6 Kal. Dec. **Amātrīx,** -īcis *cogn. mul.* CORP. XIII 2046 (*Luguduni*) Acutiae Amatricis . . . C. Cantius ⟨F⟩luentinus coniugi. *cf.* Q. Acutius Amator. *Otto.*

amātōrculus, -ī *m. ab* amator *deminutive* (PRISC. gramm. II 105, 7). PLAVT. Poen. 236 vix aegreque (ut aegre *Non.*) amatorculos invenimus.

amātōrius, -a, -um [*cf. c.* amare, amator. *Th.*]. GLOSS. ἐρωτικός. II 566, 22 amatorius: puellarum amator (*hunc usum subst. non probat ullum exemplum*). CIC. fin. 1, 61 amatoriis levitatibus dediti. Tusc. 3, 72 quod in amatorio sermone dici solet. 4, 71 Anacreontis . . . tota poesis est amatoria. 4, 73 frueretur voluptate amatoria. OV. *tit.* ars amatoria (*cf.* EVTYCH. gramm. V 473, 5). SEN. contr. exc. 3, 7 *Ovidius* hoc saeculum amatoriis non artibus tantum sed sententiis implevit. PLIN. nat. 28, 19 incantamentorum amatoria imitatio. PROB. Verg. ecl. 10, 18 historiam. GELL. 19, 11 *tit.* versus (APVL. apol. 9 *bis.* 87). APVL. apol. 85 epistula⟨s⟩ (100 HIER. epist. 147, 4). met. 2, 18 militiae. 7, 23 lasciviam (ARNOB. nat. 6, 22 lascivias). PORPH. Hor. carm. 2, 12, 25 oscula. sat. 1, 5, 15 cantica. SPART. Hadr. 14, 10 carmina. DON. Ter. Andr. 2, 1, 6 (306) gemitu. Eun. 2, 1, 107 (187) hoc amatorium est, odisse urbem sine amica. HIER. epist. 46, 11 cantationes. 21, 13 amatoria bucolicorum versuum verba. AVG. c. Faust. 15, 5 p. 425, 4 canticum. PHYSIOGN. 37 ingenium. THEOD. PRISC. log. 34 fabulas. *de philtris:* PLIN. nat. 8, 83 caudae huius animalis creditur vulgo inesse amatorium virus (*cf.* SOL. 2, 36 villus amatorius). 9, 79 amatoriis . . . veneficiis infamis est *echenais piscis.* SVET. Cal. 50 creditur potionatus a Caesonia uxore amatorio . . . medicamento. PAVL. sent. 5, 23, 14 abortionis aut amatorium poculum (PROSP. chron. I p. 403, 297). MARCIAN. dig. 48, 8, 3, 2 *venenum.* SCHOL. Iuv. 6, 611 philtra: res amatorias. *saepe neutr. pro subst.* **amātōrium,** -ī. *seq. gen.:* PS. QVINT. decl. 15, 7 *v. l. 69.* GLOSS. φίλτρον. χαριτήσιον. SEN. epist. 9, 6 Hecaton ait: ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herba, sine ullius veneficae carmine: 'si vis amari, ama'. PLIN. nat. 13, 142 *fruticem* efficacem in amatoriis. 20, 32 amatorium inesse staphylino. 25, 25 nec abortiva dico ac ne amatoria quidem. *ibid.* amatorio periisse. 25, 160. 27, 57. 125. 28, 34. 101. 106 amatorium . . . tam praesens ut. 28, 117 iocinere amatoria dissolvi. 30, 141. QVINT. inst. 7, 3, 10 amatorium, venenum. 7, 3, 30 *bis.* 7, 8, 2 marito uxor amatorium dedit. *ibid.* dicentis amatorium venenum esse. 8, 5, 31 decl. 385 *passim.* PS. QVINT. decl. 15, 7 meretrix dedit . . . amatorium sui. PROB. Verg. georg. 3, 282 hippomanes . . . quod datur amatorium. IREN. 1, 13, 5 amatoria et adlectantia. 1, 23, 4 amatoria . . . et agogima . . . apud eos studiose exercentur. AMM. 29, 2, 3 ludibriosa subderent amatoria. GALEN. alfab. 93 amaturium (*sic codd. Pal. et Carn.*, -orium *Lucc.*). RVFIN. hist. 4, 7, 9 de amatoriis (φίλτροις). *carmen:* CYPR. hab. virg. 80 non sunt amatoria cantanda nec turpia. ISID. reg. monach. 5, 5 amatoria turpia cantare.

adv. **amātōriē.** PLAVT. Merc. 581 nunc tu sapienter loquere atque amatorie. CIC. Phil. 2, 77 *epistula* erat . . . scripta amatorie. EVANTH. de com. 1, 3 amatorie lascivientibus. DON. Ter. Andr. 1, 5, 10 (245) amatorie . . . exsiluit in gemitus. 1, 5, 32 (267) amatorie et familiariter non addidit 'quae'. 2, 1, 1 (301) Phorm. 1, 3, 8 (160). Hec. 3, 1, 39 (319) satis amatorie (SERV. Aen. 4, 606). SERV. ecl. 2, 18 et rustice et amatorie ex floribus facit comparationem. Aen. 4, 328 et amatorie et amare. *V.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Amatria *v.* 1. Amantes.

Amātrīx *v.* Amator. **Amatthar** *v.* Amthar.

amātū *abl. v. p. 1827, 24 et 1831, 12.*

Amatu, Amatunius (?) *nom. barb.; cf.* Amato. CORP. III 10726 (*in Pannon. sup.*) Amatu f. Voltaronius filius, Opalo Hostius filiu, filia Moiota. XIII 10010, 14 (*in vasculis Gallicis*) Amatu? (*pro* Amatus?). III 10741 (*in Pannon. sup.*) Q. Ebonici ... et Amatuni Maximi f.

Amaturi *legitur in lagona* CORP. XIII 10008, 9. *potest intellegi* A(...) Maturi. *Otto.*

amāturio, -īre [*ab* amare. *Th.*]. CHAR. exc. gramm. I 561, 21 *verba qualitatis* meditativae sunt ut amaturio, parturio. *similia* DIOM. gramm. I 346, 3 MACR. gramm. V 649, 30 CONSENT. gramm. V 376, 5. PRISC. gramm. II 429, 13 amatu amaturio. MAX. VICTORIN. gramm. VI 200, 2 SEDVL. gramm. suppl. 7, 19. *V.*

Amātus, -a *cogn.* CORP. X 1575 (*Puteolis*) P. Cossutio ⟨. . f.⟩ P. n. Amat⟨o⟩. 3744 (*Atellae*) Cossutiae A. l. Amatae ossa heic sita sunt. IV 2486 Amatus. V suppl. ital. 635 (*Veronae*) Caeciliae Amatae. XII †2661 (*Albae Helvorum*) Amats. 4095? 4912? XIII †2477 (*in Gallia Lugudun., a. 630/31 ut videtur*) hoc ergo Amatus studuit conscrivere carmen. †2478 (*idem, a. 632/33*) hic tua, venerabilis Amate, requiescunt membra sepulcro. 10010, 3062 d? III 1734 (*in Dalmatia*) Tifatiae Amatae. 14116, 2? II 5463 (*in Hispan. Baet.*) Amatus ac⟨tor⟩. VIII 505 (? *cf.* 11681). 5210 (*cf. p. 1650*). GREG. TVR. Franc. 4, 42 prorumpentibus Langobardis in Galliis Amatus patricius ... contra eos abiit ... ceciditque. *nom. equi:* TAB. devot. Afr. (Journal des savants 1903) p. 262 Fariu Ama⟨t⟩u cadant. *vide etiam* 2. Amata.

Amavante *v.* Ammaus. **Amaude** *v.* Amudis.

Amaurēnsis *incola oppidi Mauretaniae Caesariensis nobis ignoti.* NOT. Maur. Caes. 35 Vrbanus Amaurensis pr(es)b(y)t(er). *Otto.*

amaurosis *f.*, ἀμαύρωσις. ORIBAS. syn. 8, 54 amaurosis est generaliter quam plurime impedimentus visui sine aliqua manifesta passione in oculis apparente. caligo autem oculorum modicus inpedimentus fit sub aliquibus incertis causis factus. *V.*

Amaus *v.* Emmaus. **amaxa** *et cognata v. s.* ham-.

1. Amazōn (*genetivum sing. non inveni*) *f.*, Ἀμαζών; *cf. Toepffer, PW. I 1754.* *nom.* Amazon (*cf.* ROMAN. Char. gramm. I 118, 21); *sed* Amazo DRAC. Orest. 344 (*sic B*, Amazon *A*). Amazon *ante vocalem* (*vel h*) *in senario* SEN. Ag. 218 Tro. 243. *acc. sing.* Amazonem (*apud poetas* Amazona), *nom. plur.* Amazonĕs, *acc. plur.* Amazonas (*sed* Amazones HIER. adv. Iovin. 2, 37; *v. etiam* CLAVD. 11, 32). *masc.* IORD. Get. 51 SCHOL. Stat. Theb. 4, 394. Amazona, -ae *v. infra p. 1832, 21, plur.* Amazonī *p. 1832, 31. nom. propr. p. 1832, 32. v. etiam* Vnimamma. SALL. hist. frg. 3, 73 campi Themiscyrei, quos habuere Amazones, ab Tanai flumine, incertum quam ob causam, digressae. VERG. Aen. 11, 660 Thraeiciae ... pictis bellantur Amazones armis. OV. met. 15, 552 Amazone natus (*Hippolytus*). PAVL. FEST. p. 24 Amazonum regina. SEN. Tro. 243 saeva Amazon (*Penthesilea*). 673 ferox ... Amazon (*eadem*). Ag. 218 picta pharetras et securigera manu peltata Amazon (*eadem*). Herc. O. 1185 Scythico sub axe genita ... Amazon (*Hippolyte*). CVRT. 6, 4, 17 Amazonum campi. 6, 5, 24 gens Amazonum circa Thermodonta amnem Themiscyrae incolentium campos. MELA 1, 12. 13 Amazonas. 1, 88 (SOL. 40, 2). 90. 105. 116 Sauromatae ... primi Maeotidae Gynaecocratumenoe regna Amazonum (*cf.* PLIN. nat. 6, 19 Sauromatae Gynaecocratumenoe, Amazonum conubia). 3, 39 Amazones, sed quas Sauromatidas adpellant. PLIN. nat. 5, 115. 118 ab Amazone condita ... Zmyrna. 6, 35 Amazonum gens (SOL. 17, 3 MART. CAP. 6, 665). 6, 39 Amazones et Sauromatides. 7, 201 Penthesileam Amazonem securim *invenisse.* 34, 48 Amazonem (*i. signum*). 34, 53 fecerant Amazonas (*i. signa*). 34, 54. 75. 82. 36, 18. VAL. FL. 5, 89 Mavortia ... Amazon. STAT. Ach. 1, 760. MART. 9, 101, 5 *Hercules* peltatam Scythico discinxit Amazona (*Hippolyten*) nodo. TAC. ann. 3, 61 Amazonum. 4, 56. HYG. fab. 112 p. 100, 4 cum Penthesilea Amazone. 250 p. 138, 12 *al.* SVET. Iul. 22 magnamque Asiae partem Amazonas tenuisse quondam. AMPEL. 8, 18 (VIB. SEQ. geogr. p. 159, 1). TERT. apol. 26 regnaverant ... Amazones ante virgines Vestales. PORPH. Hor. carm. 4, 4, 20 ab Amazonibus. IVL. VAL. 3, 44 ad Amazonas ire. 3, 45. 3, 50 genus Amazonum. IVST. 2, 1, 3 Amazonum regna. 2, 4, 11 inustis infantium dexterioribus mammis, ... unde dictae Amazones. 2, 4, 33 cum omni Amazonum nomine. 42, 3, 7. LACT. inst. 1, 9, 5 Amazonem (Amazonam *H M V*, *cf. p. 1832, 21*) bellatricem (*Hippolyten*). LAMPR. Comm. 11, 9 Amazone (Amasone *B P*) *v. p. 1832, 71.* VOPISC. Aurelian. 34, 1 de Amazonum genere. AMBROSIAST. in Col. 3, 8—11. AVSON. 366, 6 Thraeiciam sexto spoliavit Amazona balteo (*Hercules Hippolyten*). DICT. 3, 15. 4, 2 AMM. 22, 8, 17. 18 Amazones veteres. 22, 8, 27 Amazones ad usque Caspium mare porrectae circumcolunt Tanain. CLAVD. 11, 32 tu si nivalis per iuga Caucasi saevas petisses pulcher Amazonas (Amazones *B II*). RVFIN. Clement. 9, 24 MACR. sat. 1, 17, 18. VIB. SEQ. geogr. p. 151, 24 Thermodon Colchos et Amazonas dividit. SERV. Aen. 1, 243. 1, 490 Amazones dictae sunt vel quod ..., vel quod .... has autem iam non esse constat, utpote extinctas partim ab Hercule, partim ab Achille. 7, 803. 11, 651 Amazonum ... quas Titianus unimammas vocat, nam hoc est Amazon, quasi ... (auct.:) sine mamma. 11, 655. 659. SERV. auct. Aen. 11, 842. 858. OROS. hist. 1, 2, 50 regio ... Amazonum. 3, 18, 5 procax Amazon. MART. CAP. 9, 925. SIDON. carm. 9, 95 Amazon (*Hippolyte*). 13, 11. 15, 142. DRAC. Romul. 2, 119 Lycastum zelat Amazon. SCHOL. Iuv. 2, 1 Sarmatae ultimi ultra Pontum sunt, vicini Amazonum, unde Sauromatides (Sauromatibus *P*, Sauromatae *S*) appellantur (*cf.* MELA 3, 39 PLIN. nat. 6, 39). FVLG. aet. mund. p. 166. IORD. Get. 51 hic ... Amazonas (-nes, -n(a)e *pars codd.*) commanentes (*acc. absol.*) confortati (-tae *pars codd.*) sunt. 55. 107. ISID. orig. 18, 4, 5 apud Amazonas ... a regina sistro vocabatur feminarum exercitus. SCHOL. Stat. Theb. 4, 394. 5, 146. 7, 174. GLOSS. III 509, 64 Amazones gens Scytharum. V 39, 1 (*cf.* Penthesilea). TAB. Peut. 9, 5—10, 1 Amazones. RAVENN. p. 29, 18. 174, 12. 417, 3. *mulieres bellicae:* VERG. Aen. 11, 648 exultat Amazon (*Camilla; cf.* SERV. auct. Aen. 11, 842). CLAVD. 18, 240 *de Eutropio eunucho* anus ... Amazon. Amazones *in imagine libidinis:* OV. ars 2, 743 quicumque meo superarit Amazona ferro. 3, 1 arma dedi Danais in Amazonas. *aliter* HIER. adv. Iovin. 2, 37 habes (*Ioviniane*) in castris tuis et Amazones ... venientes contra se viros ad pugnam libidinum provocantes. in Ier. 16, 2 p. 951 tribuit indulgentiam Amazonibus suis, ut usque ad decrepitam senectutem bella libidinum experiantur. *cf. etiam* FREDEG. chron. 2, 62 cum duas germanas de lopanar electas ex genere Amazonas. *aetatis posterioris* Amazona, -ae. HYG. fab. 30 p. 64, 19 Hippolyten Amazonam. 241 p. 134, 16 Antiopam Amazonam. TERT. adv. Marc. 1, 1 Marcion ... Amazonā (*sic Montepess.*, Amazonior *Vind.*, *Leidens.*) audacior. AVELL. p. 753, 16 Amazonarumque (Amazanorumque *ex* Amazonorumque *corr. cod.*). IORD. Get. 44 Amazonarum (Amazonum *A*). ... cum Amazonarum (Amazonum A^2B) viris. 51 Amazon(a)e *pars codd.* SCHOL. Stat. Theb. 3, 352 sedibus Amazonum (Amazonarum *M*, Amazonibus *L*, Amazona *Pa*). 5, 145 scuta Amazonarum (Amazonum *L Pb*), quae peltas appellant. Ach. 1, 16 pugna ... Amazonae (*Penthesileae*). SCHOL. Hor. carm. 3, 7, 18 ISID. orig. 11, 2, 22. MYTHOGR. 1, 63 Amazonam (*Hippolyten*). Amazonī *pro* Amazones: CHRON. Alex. chron. I p. 97, 58, 6 Amazoni. Amazon, Amazo, Amazona *nom. mul.* CORP. VI 32508 Luciliae Amazoní ... Doryphorus publicus coniug(i). 34382. XIV 1514 (*Ostiae*) Amazo mater. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 113 n. 429 (*Miseni*) Didia Amazon. CORP. VI 11520 Amazone Daphnicus coniugi. **Amazonis,** -idos, Ἀμαζονίς. VERG. Aen. 1, 490 ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea. PROP. 3, 14, 13 qualis Amazonidum nudatis bellica mammis Thermodontiacis turba lavatur aquis. VAL. FL. 4, 602 inclita Amazonidum magnoque exorta Gradivo gens ibi. IVL. VAL. 3, 56 nomine Amazonidos quae dicitur inclyta Memphis. AVIEN. orb. terr. 855 Sarmata, bellica quondam gentis Amazonidum (Amazoniae *A*) suboles. 951 gentis Amazonidum. 993 munus Amazonidum. CLAVD. 35, 62 qualis Amazonidum peltis exultat ademptis pulchra cohors. SERV. Aen. 1, 490 Amazonidum autem derivatio est pro principalitate. PRISC. periheg. 646 sanguis Amazonidum fortis. 748 inter Amazonidas. Amazonis *carmen Domiti Marsi:* MART. 4, 29, 8 saepius in libro numeratur Persius uno, quam levis in tota Marsus Amazonide. *adi.* **Amazonius,** -a, -um, Ἀμαζόνιος. VERG. Aen. 5, 311 Amazoniam pharetram (HYG. fab. 273 p. 148, 23). HOR. carm. 4, 4, 20 securi (*cf.* SERV. Aen. 1, 243. OV. Pont. 3, 1, 95). OV. epist. 4, 2 viro (*Hippolyto*). 20, 119 Amazonio caelatus balteus auro (HYG. fab. 14 p. 49, 4 Amazon⟨i⟩um balteum. CLAVD. 34, 37 Amazonios cinctus). SEN. Herc. O. 1450 malum (*Hippolyten*). Phaedr. 232 genus (*de Hippolyto*). Ag. 736 Lacaena cultu, ferrum Amazonium gerens. SIL. 8, 430 Thermodon. STAT. silv. 5, 1, 131 Amazonia latus intercludere pelta. Theb. 4, 394 Amazoniis ululatum Caucason armis. 5, 144 tumultu. 9, 611 catervae. 12, 578 sepulcris. Ach. 1, 353 Amazonio conubia pellere ritu. 1, 833 pectine (*de saltantibus*). CAPITOL. Alb. 2, 4 litteras *Commodi* ... signatas ... signo Amazonio (Amazoniae *plerique*). *cf. infra p. 1832, 70.* CLAVD. 18, 499 ducant pensa viri mutatoque ordine rerum vivat Amazonio confusa licentia ritu (*in paucis* sistro). 20, 264 Amazonii ... Ponti. Amazoniae *i.* Amazones. COMMENT. Lucan. 3, 205 Pitanan: civitas Lydiae, quam Amazoniae condiderunt (ab Amazonis condita *B*). *cf.* CAPITOL. Alb. 2, 4 (*supra p. 1832, 60*). Amazonia *terra Amazonum:* LIB. gener. chron. I p. 98, 88, 3 Amazonia (Amazoni *B*). CHRON. Alex. chron. I p. 98, 62, 3 Amazonia. Amazonius: *Commodus et mensis ab eo sic appellatus.* LAMPR. Comm. 11, 8 menses quoque in honorem eius ... pro Decembri Amazonium (*immo pro Ianuario; cf.* CASS. DIO 72, 15, 3) ex signo ipsius (*cf. supra p. 1832, 60*) adulatores vocabant. 11, 9 Amazonius autem vocatus est ex amore concubinae suae Marciae, quam pictam in Amazone diligebat. Amazonius mons; *cf. Hirschfeld, PW. I 1790.* PLIN. nat. 6, 10 Thermodon ... praeter ... radices Amazonii montis lapsus. *cf.* Ἀμαζόνια ὄρη APOLL. RHOD. 2, 979. Amazonius, -a *cogn. et signum.* CORP. VI 1667 Fl. Amazonius u(rbis) p(raefectus?) curavit. 3451 Aurelia Amazonia. 11521 Amazonius. XII 752 (*Arelate*) Amazoni servi. VI †31950 Aurelio Agapito Dracontio eq. R. coniugi ... Aurelia Amazonius fecit. SYMM. epist. 9, 11, 1 suggestionibus Amazonii. 9, 11, 2. CONC. Const. a. 550 Mansi 9, 174ᴮ Amazonio ... episcopo Edessae. *cf.* Amasonius. *equus:* CORP. VIII 12504, 19 (*Carthagine*) Amazonius. *adi.* **Amazonicus,** -a, -um, Ἀμαζονικός. PLIN. nat. 3, 43 parmae. 12, 23 peltae ... Amazonicae (SOL. 52, 47 MART. CAP. 6, 639 SVET. Nero 44. NON. p. 555 peltae scuta Ama-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

zonica). LAMPR. Comm. 11, 9 babitu. AMM. 22, 8, 22 bello. GLOSS. bipennis: (biceps) securis Amazonica (IV 489, 2 Amagonicarum) NOT. Tir. 77, 74 Amazonicus. Amazonicus Taurus, Amazonici montes: MELA 1, 109 *montes* Taurici Moschi Amazonici ... ut aliis aliisve adpositi gentibus ita aliis aliisque dicti nominibus. PLIN. nat. 5, 99 *Taurus* plurimis se gentium nominibus hinc et illinc inplet, ... a laeva Parihedrus, Moschicus, Amazonicus ... appellatus (SOL. 38, 12). Amazonicum flumen: IVL. VAL. 3, 45 Amazonico (a machonico *trad.*) flumine locum omnem, quo consistimus (*Amazones*), ambiente. Amazonicus *nom. vir.* MART. 4, 42, 16 'talis erat' dicis 'noster Amazonicus'. CORP. X 6093 (*Formis, periit*) Amazonicus Augg. lib. INSCR. Notiz. degli scavi 1893 p. 255 (*Tarenti*) Serasini⟨us⟩ Amasonicus. CORP. V 4057 (*Mantuae*) Cl(audius) Amazoni⟨c⟩us v(ir) e(gregius). **Amazonium** *opp.*, Ἀμαζόνειον. MELA 1, 105 in eo (*campo*) fuit Themiscurum oppidum, fuere et Amazonum castra, ideo Amazonium vocant. PLIN nat. 6, 10 *oppida* Amazonium (Amazonius *codd.*), Themiscyra, Sotira.

2. Amazon *locus in Graecia.* LIB. pontif. p. 56, 26 (*donum Constantini*) in Mengaulum: massa Amazon. *Otto.*

amb- *praep. in compositione v.* am-.

Amba *cogn. mul.* CORP. III 8032 (= 1593 *Daciae*) Claudia Amba. *diversum* Ambus *quod vide.*

Ambaci Vener *in gemma* INSCR. Leblant pierres gravées n. 350.

cum ne: *cf.* SALL. Iug. 14, 20 *p. 1849, 71.* SVET. Aug. 31 ambirentque multi, ne filias in sortem darent. *cum* ut: VITR. 6 praef. 5 ceteri architecti rogant et ambiunt, ut architectent⟨ur⟩. VAL. FL. *v. supra l. 31.* SVET. Iul. 18 ut legibus solveretur. VITA Cypr. 16. HIER. epist. 15, 5 *haeretici*. AVG. serm. dub. 391, 5 SVLP. SEV. Mart. 20, 5 (*cf. ibid.* exspectans). dial. 2, 7, 2. *cum* quomodo: SCHOL. Cic. Gron. p. 421, 22 ambiebat Deiotarus quomodo perveniret ad partem regni. *cum inf.*: STAT. silv. 1, 2, 254 ambissent laudare diem. TAC. ann. 2, 43 donec ultro ambiretur delatum ab Augusto consulatum accipere. CARM. c. pag. 63 (abieras *cod.*). SERV. ecl. 6, 6 tua facta describere. HEGES. 5, 16 l. 119 nostri aput Parthos ambiunt conferri sibi honorem. PS. RVFIN. in Os. 8, 11—14. AVG. epist. 26, 2 ambis inhaerere *mundo*. 118, 10. conf. 8, 6, 15 quo ambimus pervenire. CASSIAN. inst. 4, 3, 1 AVELL. p. 543, 25. SIDON. epist. 2, 7, 1 me ... onere laxari. *ibid.* se ... arbitrum legi. 9, 14, 2 audire plus ambiens. FAVST. REI. serm. 27 p. 332, 30 (*alleg.*). SEDVL. op. pasch. 2, 7 p. 205, 1 Christum ... tuis ambias dolis interfici. epist. 1 p. 9, 5 (*ibid.* optet). VITA Caes. Arel. 1, 15. *cum*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gerundivo: OROS. hist. 2, 8, 6 quem (*numerum bellatorum*) habendum vix quisquam ambire ausus esset. *cum praepositionibus*: ad: LIV. 2, 3, 6 *legati* tamquam ad id, quod agi videbatur, ambientes. AVG. civ. 5, 12 non illis artibus ad honores et gloriam, sed dolis atque fallaciis ambiebant. 8, 25 per daemonum quasi medietatem ... ad benevolentiam ... deorum (9, 9). util. cred. 1, 19 catholicum nomen, ad quod ambiunt (COD. Theod. 7, 21, 2 ad honores. 9, 26, 1. SALV. epist. 7, 3 turpiter). SCHOL. Cic. Bob. p. 309, 23 cum maxime ambiret ad obtinendum tribunatum. *cum* in: COD. Theod. 8, 4, 18 nullus ambiendi et transfugiendi in alterius militiae ordinem habeat facultatem. COD. Iust. 12, 19, 7 pr. in locum praecedentis ambire. *cum* de: STAT. Theb. 12, 456 ambitur saeva de morte. *liberius accedit* pro: PS. QVINT. decl. 17, 16 ambiunt[ur] cuncta moriendi spatia pro vita.

synonyma: *ad IA*: circumire. *ad IB*: cingere, circumdare. *ad IC*: amplecti. *ad II*: circumire, petere, rogare, supplicare, orare, blande appellare. *ad p. 1850, 18 sqq.*: exorare, invocare, adire (deum). *ad p. 1850, 46 sqq.*: adfectare, optare. *opp.*: vitare.

adv. part. praes. **ambienter**. *cum ambitione, inde etiam i. fere q. strenue*: SIDON. epist. 7, 9, 3 ut omnes non aspernanter audirent, quod deinceps ambienter exponerent (expeterent *codd. al.*). ENNOD. opusc. 3 p. 375, 14 portitorem ... doni ambienter amplexus est. p. 379, 1 *rex* te videre ambienter optabat. CASSIOD. var. 5, 2, 1 amate iam cognitum, quem requisistis ambienter ignotum. in psalm. 62 praef. ubi misericordiam domini expetit ambienter. 74, 8 lex domini pulchre calix dicitur, quae ambienter ebibita atque recondita *eqs.* ALC. AVIT. epist. p. 78, 11. GREG. TVR. Franc. 5, 14 ambienter iurans. 5, 49 ille ambienter collegit, quem execrare debuerat. VITA Nicet. 5. 17. *v. Mess.*

? **Ambio,** -onis *cogn. vir.* CORP. VI 19302 (*periit*) C. Herenni C. l. Ambionis (Amphionis *coni. editor*).

Ambiomarcis *v.* Abiamarcae.

Ambiorīx, -īgis *nom. vir. gall.* *dux Eburonum* (*v. Klebs, PW. I 1799*): CAES. Gall. 5, 24, 4. 5, 26, 1 *et passim*. HIRT. Gall. 8, 24, 4. 8, 25, 1 LIV. perioch. 106. 107 FRONTIN. strat. 3, 17, 6 FLOR. epit. 3, 10, 7 OROS. hist. 6, 10, 1. 2. 17. 6, 11, 15 NOT. Tir. 115, 16. DIO 40, 5, 1 *sqq.* *Ἀμβιόριξ, -ιγος*. PLVT. Caes. 24 *Ἀβριόριγος*. *alii*: CORP. XIII 1210 Am⟨bi⟩orici ⟨Me⟩rcantilli f(ilio). 2891 Am⟨mi⟩us Celsus ⟨A⟩mbiorig⟨i⟩s.

Ambira *rex ad litora Indiae* OROS. hist. 3, 19, 11. *cf.* Ambi (ambigeri *duo classes codd.*) regis IVST. 12, 10, 2.

Ambirēnus, -ī *cogn. vir. gall.* CONST. veteran. 33 (*Aquinci, a. 105*) Ambireno Iuvenci f. Rauric(o).

Ambirodacī, -ōrum *gens Hisp.* CORP. II 4306 ⟨...⟩ Vxamens(is) Ambirodacus.

(**ambis,** -is) *vox gallica*. NOM. Gall. chron. I p. 613, 6 ambe: rivo. inter ambes: inter rivos. *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 122.*

[**Ambisagrus**] *vix recte intellegitur* CORP. V 790.

Ambisasius *cogn. vir.* CORP. V 4889 (*Sabinis; ex scheda*) ⟨A⟩mbisasius ⟨v. s.⟩ l. m.

Ambisavus *cogn. vir.* CORP. III 13406 Titus Ambisavi f.

ambisinister *v. s.* ambidexter *p. 1837, 62.*

Ambisontēs *gens Raetica.* PLIN. nat. 3, 137 (*tropaeum Alpium*) Ambisontes. *cf.* *Ἀμβισόντιοι* PTOL. 2, 13, 2 *cum adn. Muelleri.*

[**Ambissovi**] *legitur in titulo falso* CORP. XIII 100*.

vīcō **Ambitarviō** supra Confluentes *genitum esse Caligulam Plinius scripsit* SVET. Cal. 8. *hodie* Zerf? *v. Ihm, PW. suppl. I s. v.* *V.*

ambitio, -ōnis *f.* [*cf. c.* ambire. *Th.*]. GLOSS. *κενοδοξία, δυσωπία, δυσώπησις, παροιμία* (*? v. Goetz*), *δεκασμός*; desiderium cupiditas adulatio; cupiditas aut honor[e]; ambitiones: *φιλοτιμίας περιδρομαί ἐπιθυμίαι †καὶ υκιστρον.* PAVL. FEST. p. 16 ambitio est ipsa actio ambientis (*antecedit* ambitus). CAPER gramm. VII 107, 15 ambitio, quando fit; ambitus, cum factus est. *cf.* DIFF. ed. Beck p. 36, 71 *sub* ambitus *p. 1857, 72.* DON. Ter. Andr. 373 magnarum rerum desiderium et appetitus ambitio dicitur. SCHOL. Cic. Bob. p. 241, 5 ambitio est favoris alicuius supplex et cum lenocinio humilitatis adfectatio gratiosa. SVIDAS *ἐξ ἀμβιτίωνος, ἐκ περιδρομῆς τι πράττων, παρὰ Ῥωμαίοις.* *legitur inde a* PLAVT. CATONE; *non exhibent* TER. (RHET. Her. *et* VARRO *semel*) CATVLL. (LVCR. *semel*) CAES. VERG. TIB. PROP. GRATT. GERM. CVRT. SCRIB. LARG. MELA ASCON. VAL. FL. SIL. HOMER. STAT. MART. FLOR.

I *i. fere q.* ***circuitus*:** **A** *de motu*: TERT. nat. 1, 7 fama quantacumque ambitione diffusa est, ab uno aliquando ore exorta sit necesse est. MACR. somn. 1, 17, 16 *plurima* saecula in una eas (*stellas*) cursus sui ambitione consumere. **B** *motus notione deminuta vel deperdita*: MIN. FEL. 4, 6 ut me ex tribus medium lateris ambitione protegerent. TERT. anim. 25 tota ventris ambitio pulsetur. HIER. epist. 65, 19 uteri. MACR. somn. 1, 20, 26 saxeum vas in hemisphaerii speciem cavata ambitione curvatum. GREG. TVR. vit. patr. 14, 2 omnem ambitionem horti. TERT. pall. 4 latioris purpurae ambitio et Galatici ruboris superiectio. SOL. 35, 8 PS. SOL. add. p. 218, 30. HIER. epist. 66, 1 foliorum. in Ezech. 4, 16, 12 p. 156 coronam: diadema feminarum, quo capillorum stringitur ... ambitio. AVELL. p. 43, 18 basilicas ... marmorum ambitione vestitas. *sententiarum*: IVL. VICT. rhet. 27 p. 448, 3 (CATONIS *dictum?*) ipsarum quoque sententiarum ne diu circumferatur, quod Cato ait, ambitio, sed ita recidatur.

II *accedente notione* ***petendi,*** *supplicandi*: *in honorum petitione* (*saepe inter ambitionem latiore sensu dictam et honorum petitionem non distinguitur, in quibusdam exemplis ad affectus ipsius notionem accedit*): *iungitur cum adiectivis* (*v. etiam p. 1854, 13 sqq.*): summa: CIC. Verr. 2, 131; tanta: CIC. Verr. 3, 133 LIV. 3, 35, 1; miserrima: CIC. off. 1, 87 HOR. sat. 1, 4, 26. 1, 6, 129; maior: CIC. off. 1, 108; magna: LIV. 35, 24, 4; levis: CIC. epist. 13, 7, 4 OV. fast. 1, 303; mala: SALL. Catil. 4, 2 HOR. sat. 2, 3, 78. 2, 6, 18; prava: SALL. Iug. 96, 3 HOR. sat. 1, 6, 52 SEN. benef. 2, 5, 1 TAC. ann. 16, 28; perniciosa: PS. CIC. in Sall. 2, 6; sollicita: OV. trist. 4, 10, 38; iuvenilis: SEN. contr. 1, 1, 11; impotens: SEN. Thy. 350; insana: SEN. dial. 9, 3, 2; inmatura: SEN. dial. 10, 6, 1; numquam quieta: SEN. dial. 12, 4, 2; caeca: SEN. benef. 7, 26, 4 AVG. serm. ed. Maï 109, 2 PETR. CHRYS. serm. 152 p. 605B; iners: SEN. epist. 68, 3; instabilis: SEN. epist. 73, 3; non concitata: SEN. epist. 85, 7; humanissima: PLIN. nat. 34, 17; perversa: QVINT. inst. 10, 7, 21; stolida: TAC. hist. 1, 88; vetus: TAC. hist. 2, 99; praepostera: TAC. ann. 16, 17; turpis: PLIN. epist. 3, 1, 2; prava et inscia verae maiestatis: PLIN. paneg. 63; nimia: LAMPR. Alex. 28, 4; clandestina: AMM. 20, 5, 7; vana: HIER. epist. 22, 41; fidelis: HIER. epist. 148, 1; fallax: AVG. civ. 5, 12; infamis: OROS. hist. 5, 4, 7; indigna: MARCELL. chron. II p. 103, 15; foeda: PAVL. PETRIC. Mart. 3, 31; grandis: HIER. epist. 2, 548.

PLAVT. Trin. 1033 ambitio iam more sanctast, liberast a legibus. Persa 556 perfidia et peculatus ex urbe et avaritia si exulant, quarta invidia, quinta ambitio, sexta obtrectatio (*similiter cum aliis vitiis coniungitur hac notione sive latiore* RHET. Her. 2, 21, 34 CIC. Tusc. 4, 26 SALL. hist. frg. 1, 11 HOR. sat. 1, 4, 26. 2, 3, 78 epist. 2, 2, 207 SEN. dial. 3, 21, 3. 4, 10, 7. 11, 13, 2 epist. 47, 17. 56, 10. 69, 4. 71, 37. 75, 11. 14. 78, 13. 100, 10. 123, 13 PLIN. nat. 7, 5 HIL. in psalm. 122, 6 HIER. epist. 22, 8 AVG. civ. 22, 22 *al.*). CATO or. Fronto p. 100, 4 N. numquam (-quos *cod.*) ego pecuniam meam neque sociorum per ambitionem dilargitus sum (SALL. Catil. 52, 26 Iug. 85, 9 TAC. hist. 4, 68 LAMPR. Alex. 28, 4 AVG. civ. 18, 45). TITIN. com. 11 ubi ambitionem virtuti videas antecedere. LVCIL. 1066 aurum atque ambitio specimen virtutis utrique est. GRACCH. or. frg. Gell. 15, 12, 1 ambitioni meae conducere. CIC. de orat. 1, 1 ambitionis occupatio. 1, 78 in ambitione. 1, 94 obruimur ambitione et foro (LIV. 7, 39, 12 procul ambitione ac foro). 3, 7 ambitionis labore. Verr. 3, 131 hic magistratus a populo summa ambitione contenditur. 3, 137 ambitionis tollendae. 3, 133 agr. 2, 91. Sull. 1 ambitionis invidia. 11 ambitio et forensis labor. Mur. 55 remoti a studiis ambitionis. 72. Planc. 45 ambitionis nostrae tempora. 50. 52. Mil. 42 quam timida sit ambitio quantaque et quam sollicita sit cupiditas consulatus. Phil. 5, 37. 11, 19. off. 1, 87 miserrima ... est ambitio honorumque contentio. 1, 108 in ... Scipione ambitio maior, vita tristior erat. ac. 1, 11 ambitio ... honores. Tusc. 5, 89. Cato 49 libidinis ambitionis contentionis. Att. 1, 1, 4 (*a. 65*) Domiti, in quo uno maxime ambitio nostra nititur. *et infra.* 1, 17, 6 propter ambitionem. 1, 17, 5. 9, 14, 2. ad Q. fr. 3, 1, 12 cohortaris ad ambitionem et laborem. 3, 5, 3. epist. 5, 20, 7 ambitione *uti*. 7, 1, 4 cum et aetas et ambitio me hortabatur. 10, 25, 3. 11, 27, 2. Q. CIC. pet. 19 hominum ad ambitionem gratiosissimorum. 32. 47 LVCR. 5, 1130 SALL. Catil. 3, 4 (*cf.* 3, 5 honoris cupido). 11, 1 primo magis ambitio quam avaritia animos hominum exercebat. 4, 2. 10, 5. 52, 22 Iug. 63, 6. 96, 3 hist. frg. 2, 42 (*ibid.* largitio). 5, 23 PS. CIC. in Sall. 2, 6 HOR. sat. 1, 6, 7. OV. ars 3, 541 nec nos ambitio nec amor nos tangit habendi. fast. 1, 303 trist. 4, 10, 38. LIV. 3, 35, 1 exarsit (35, 10, 1). 4, 25, 13 tollendae ambitionis causa. 4, 25, 12 ambitione artibusque. 5, 1, 3 annua. 7, 15, 13. 35, 24, 4. SEN. contr. 7, 1, 15 non ambitioni, non inertiae veniam peto. VELL. 2, 126, 2 summota ... campo. 2, 126, 5 superatur aequitate gratia, ambitio virtute. VAL. MAX. 8, 15, 11. SEN. dial. 4, 10, 7 multi furiis ambitionis agitati. 5, 2, 2 viritim singulos occupat. 6, 23, 3 sine ambitione. 9, 3, 2. 9, 15, 1. 10, 2, 1. 10, 17, 5. 10, 20, 1. 11, 6, 2. 12, 4, 2 benef. 2, 27, 4 nat. 1 praef. 6. 4 praef. 1. epist. 9, 11 ambitionis aut gloriae. 104, 9 ambitionis furor. 13, 17. 22, 10. 42, 4. 56, 9. 73, 3. COLVM. 1, 1, 19 civilis. PERS. 5, 177 cretata. PETRON. 4 PLIN. nat. 2, 26 (*ibid.* gloria). TAC. hist. 1, 15. ann. 15, 21 cohibe[bi]tur. 4, 62. PLIN. epist. 1, 14, 4 honestam quietem huic nostrae ambitioni dicam an dignitati ... praetulit. 8, 6, 3 ambitio ergo et procedendi libido. 5, 14, 2. SVET. Cal. 22 et ambitione et licitatione maxima. FRONTO p. 170, 13 N. SPART. Pesc. 4, 3 non ambitione ... sed virtute. VOPISC. Aurelian. 15, 6 popularis (IVST. 1, 1, 1). SORT. Sangall. 30, 9 AMM. 20, 5, 7. 31, 14, 2 PRVD. ham. 439 CLAVD. 3, 178. 8, 46. 22, 114 Avaritiam, cuius foedissima nutrix Ambitio. AVG. civ. 1, 31 (*bis*). 2, 6. 5, 12 SVLP. SEV. chron. 2, 18, 4 COD. Theod. 8, 1, 1. 9, 26, 1. *cum gen.*: COD. Iust. 10, 32, 51 pr. interdicta ... ambitione militiae. *cf. p. 1854, 56 sqq.* *n. plur.*: VARRO ling. 5, 91 *optiones* nunc propter ambitiones tribuni faciunt. CIC. Verr. 3, 132 ut studia cupiditatesque honorum atque ambitiones ... tollerentur (*cf.* Tusc. 2, 62). Tusc. 5, 104 *vir sapiens* nostras ambitiones levitatesque contemnet. LACT. inst. 6, 4, 21 *hostis* alios inflat ambitionibus. AMM. 31, 14, 2 SVLP. SEV. chron. 2, 32, 4.

latius patet: PLAVT. Amph. 76 virtute dixit *Iuppiter* vos

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*histriones*) victores vivere, non ambitione neque perfidia. Poen. 38 ne palma detur quoiquam artifici iniuria neve ambitionis causa extrudantur foras (SEN. epist. 52, 9). CIC. Brut. 244 ambitione me *non* labi, quippe de mortuis. Verr. 3, 98 alicuius amici rogatu benignitate aut ambitione adductus (Cluent. 76 qui ... Oppianicum ambitione adducti absolverunt. epist. 13, 31, 2). 3, 154 officii potius in socios quam ambitionis in civis. Sest. 10 ambitionis aut commendationis gratia. Pis. 94. rep. 4, 7 in cive excelso atque homine nobili blanditiam, adsentationem, ambitionem meam (*omm. codd. recc.*) esse levitatis. leg. 3, 40 peccante senatu (quod fit ambitione saepissime). ad Q. fr. 1, 1, 11 cum hi mores ad nimiam lenitatem et ad ambitionem incubuerint. epist. 13, 5, 1 hoc me *non* ... aliqua levi ambitione commotum a te contendere. 13, 17, 3 qui religiose et sine ambitione commendant (CELS. 1 praef. p. 8 verum scrutantibus. TAC. Agr. 1 sine gratia aut ambitione. 4, 64, *ibid. sine* proximorum precibus. SVET. Aug. 25). 13, 5, 1. 13, 32, 1. LABER. mim. 101 nulla ambitio, nulla ... largitio. BELL. Alex. 65, 1 ambitione atque indiligentia tribunorum militum. SALL. Iug. 45, 1 inter ambitionem saevitiamque. 86, 3 id factum ... per ambitionem consulis (100, 5 LIV. 3, 47, 4. 28, 40, 2. 43, 11, 10. 43, 14, 7. 45, 36, 8 TAC. ann. 3, 12 SVET. Iul. 28 Aug. 42 CORP. III 781 add. p. 1009). epist. Pomp. 5 ex ambitione (SEN. epist. 31, 11. HIL. ad Const. 1, 7 ex potestate et ambitione). NEP. Dion 2, 2 magna ... eum (*Platonem*) ambitione Syracusas perduxit. HOR. sat. 1, 6, 52 cautum (*Maecenatem*) dignos adsumere, prava ambitione procul. 2, 6, 18 OV. met. 9, 432. fast. 2, 661 nulla tibi (*Termine*) ambitio est, nullo corrumperis auro. LIV. 1, 35, 6 virum ... secuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio est. 5, 36, 9 obstabat. 22, 42, 12 cum ambitio alterius *consulis* suam primum aput eos prava indulgentia maiestatem solvisset. 29, 16, 5 nec tam Plemini scelus quam Scipionis in eo aut ambitio aut neglegentia (FRONTIN. aq. 117 SVET. gramm. 9). 45, 37, 12 *opp.* severitas. 2, 27, 10. VITR. 3 praef. 2 in ambitione certationis. 3 praef. 3 (*bis*) non gratia neque ambitio valeret. SEN. contr. 1, 1, 11 RVT. LVP. 2, 9. VAL. MAX. 2, 10, 8 modicae clientelae, domus ambitioni clausa. PHAEDR. 3, 10, 56 ambitio ... dissidens mortalium aut gratiae subscribit aut odio suo. SEN. Thy. 350. dial. 10, 12, 5 ut nec bibant sine ambitione nec edant [6, 7, 4]. 10, 6, 1. benef. 1, 7, 3 ambitioni dedit, non mihi (6, 19, 1 praestat). 2, 5, 1 vitium ... ambitione prava differendi promissa, ne minor sit rogantium turba. epist. 59, 15 ex ambitione et circumfusa clientium turba (*cf.* TAC. Agr. 40 per ambitionem. *cf. IB*). 68, 3 gloriari otio iners ambitio est. 110, 10 tradidimus *animum* ambitioni et famae (113, 31). 5, 2 cubile humi positum et quicquid aliud ambitio nem⟨pe⟩ perversa via sequitur. 60, 3 frg. 18 (LACT. inst. 3, 15, 11). PLIN. nat. praef. 20 ne quid ambitioni dedisse vita iudicaretur. 31, 42 ambitione avaritiaque in villas ... detorquentibus *aquam*. 34, 17 excepta deinde res est (*ag. de statuis dicandis*) a toto orbe terrarum humanissima ambitione. 34, 30. CORP. IV 1601 ambitione potens. QVINT. inst. 4, 1, 8 suspicio sordium aut odiorum aut ambitionis. FRONTIN. aq. 112 ambitio procuratoris ... detegitur. TAC. hist. 1, 1 ambitionem scriptoris facile averseris. 1, 52 plura ambitione, quaedam iudicio *fiebant*. 4, 8 ne ambitioni aut inimicitiis locus foret. 1, 88. 2, 56. 99. 3, 55. ann. 1, 61 nulla ambitione. 3, 14 militaris. 3, 26 ambitio et vis. 3, 34 quasdam *feminas* in ambitionem et avaritiam prolapsas. 3, 69 neque expedire, ut ambitione aliena trahatur *princeps*. 6, 46 illi non perinde curae gratia praesentium quam in posteros ambitio. 2, 38. 3, 63. 4, 55. 6, 45. 13, 4. 14, 29. 16, 28. PLIN. epist. 3, 9, 10 tum maxime favor et ambitio dominatur. 5, 13, 6 exprobrare ... ambitionem. 1, 8, 17. 3, 1, 2. 6, 2, 7. paneg. 38 ambitio ... et iactantia et effusio et quidvis potius quam liberalitas. 55. 83. SVET. Otho 4 nullo ... officii aut ambitionis in quemquam genere omisso. CARM. epigr. 1202, 7 hic nulla est divitis ambitio. VLP. dig. 3, 1, 1, 4 qui ambitione adversarii vel metu patronum non invenit. 4, 8, 31 pecunia vel ambitione. 5, 1, 79, 1 gratiae vel ambitionis (40, 5, 24, 17 ARNOB. nat. 7, 12). CYPR. ad Donat. 2 pro rostris opulenta facundia volubili ambitione iactetur. PANEG. 7, 16 (*cf. post* largitio). 7, 23 (*cf. antea* commendo). 10, 36. COD. Iust. 5, 63, 3 si ... pars diversa administratione tutelae ... tuae ... ambitione potius quam iuris ratione se excusavit. 7, 53, 3 ex compacto sive ambitione. IVST. 11, 15, 11 vulgi. 1, 3, 2 HIL. c. Aux. 4 c. Const. 15. AVSON. 287, 3 furor ambitionis. 419, 38 HIER. epist. 22, 16. 49, 1. 125, 3. 130, 2. RVFIN. hist. 1, 10, 3 vi et ambitione. OROS. hist. 6, 17, 9 ambitionis aemulatio. 5, 4, 7 MARCELL. chron. II p. 103, 15. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 42 itur in occursum, portis ruit obvia totis ambitio. 3, 31 clientum. ENNOD. epist. 2, 9, 2 p. 48, 20. 6, 26, 2 p. 164, 23 cum ambitione partiri. *n. plur.*: RVT. LVP. 2, 16 nunc in senectute ... me ambitionum invasit odium. AMM. 22, 4, 7 per ambitiones otiumque opibus partis. *et p. 1854, 7.* *nota*: *cum genetivis huiusmodi*: SEN. epist. 63, 2 est aliqua et doloris ambitio. PLIN. nat. 7, 130 si ... repudiata omni fortunae ambitione decernere *volumus*, nemo mortalium est felix. TAC. dial. 29 colligunt discipulos ambitione salutationum et inlecebris adulationis. TERT. idol. 1 si quid ad elogii ambitionem facit. HIL. in psalm. 68, 12 cum ... ad adorandum satanam totius mundi ambitione temptatur *Christus*. AVSON. 95, 1 blandae necis. HIER. epist. 43, 3 auri (*an ut III?*). CLAVD. carm. min. 30, 166 mortis. ENNOD. epist. 3, 29, 1 p. 92, 22 dicendi. HIER. epist. 148, 1 precum tuarum fidelis ambitio. SALV. gub. 4, 88 eccl. 4, 24 (*cf.* PAVL. PETRIC. Mart. 2, 458 miseranda precantis ambitio. 2, 548 rogantum). *translata*: TERT. anim. 2 sed viderit utriusque praestantiae (*medicinae et philosophiae*) ambitio. PS. RVFIN. in Am. 1, 6—8 p. 1061B nisi ... miram ... ambitionem in delinquendo tenuissent. CAEL. AVR. acut. 1, 17, 171 somnum quibuscunque ambitionibus adhibendum. HIL. in Matth. 3, 5 tota diabolicae potestatis commovetur ambitio (in psalm. 120, 15 ambitione insilire. PRISCILL. tract. 4, 80 *Christus* temptatus a zabulo est ... ambitione mortalium). in psalm. 118 heth 11 periculose dulcem esse ambitionem gloriae saecularis. TERT. ieiun. 17 illis ambitio corporis competit.

usus ad affectus notionem in his potissimum accedit (*inter alia vitia enumeratam v. p. 1852, 26*): HOR. sat. 1, 10, 84 ambitione relegata te dicere possum (*cf.* COLVM. 9, 6, 4 ambitione submota quid ipse censerem non omisi). MANIL. 5, 155 habitat sub pectore caeco ambitio. SEN. contr. 2, 5, 7 muliebris ambitio certamine mutuo usque in publica damna privatis insanit. 4 praef. 2 *Pollioni* ambitio in studiis *non* defuit. SEN. dial. 9, 1, 5 non in ambitionem (-e *cod. Ambr.*) cubile compositum (5, 34, 1). 11, 19, 7 magni animi esse feminam, quam non ambitio, non avaritia ... vicerunt. 12, 1, 1 si qua ... mirabiliora sequentium annorum extruxit ambitio. 10, 15, 4. benef. 2, 14, 5 ambitionis calor. 4, 17, 1 ambitio *nos perducit*? et quae iactatio est solvisse, quod debeas. 7, 26, 4. epist. 51, 8 ambitio et ira (*infra* tot adfectus). 85, 7 habet ambitionem, sed non concitatam. 94, 59 tibi tantis clamoribus ambitionis exsurdato. 94, 65 gloria et ambitio (TAC. ann. 12, 24). 94, 66 Marium ambitio ducebat. 94, 71 ambitio et luxuria et inpotentia scaenam desiderant. 95, 47 humana (HIL. in Matth. 4, 2 humanae ambitionis gloriam). 94, 61. LVCAN. 10, 147 pro caecus et amens ambitione furor. 10, 157 luxus inani ambitione furens. QVINT. inst. 1, 2, 22 licet ipsa vitium sit ambitio, frequenter tamen causa virtutum est. 2, 15, 37 quae ambitio procul aberit a me. 10, 7, 21. 12, 8, 2 (*cf.* 12, 8, 3 iactantia ingenii. PANEG. 10, 14). 12, 11, 14. IVV. 8, 135 ambitio (vel ambitus *margo*) atque libido. TAC. ann. 16, 17 per ambitionem praeposteram (VIR. ill. 44, 3). 4, 37 PLIN. paneg. 55. 58. 63 SVET. Tib. 21. CORP. X 1453, 12 quod iterationem honoris eorum non ambitionei neque iactationi suae dederint. APVL. apol. 75. TERT. idol. 8 (*bis*) luxuria et ambitio. nat. 2, 4 profecit (*opp.* frugalitas; *cf.* spect. 7). cult. fem. 1, 9 adv. Marc. 1, 29 PORPH. Hor. carm. 2, 16, 17/18. 2, 18, 23/24 HIL. in psalm. 118, 2. 146, 13 HIER. epist. 66, 5. *nota i. fere q. iactatio*: SEN. dial. 10, 17, 6 contumacis exili delectabit ambitio *Scipionem*. HIL. in Matth. 19, 8 (*de Israel*) inanis prosapiae ambitione. ITALA I Ioh. 2, 16 (Priscill. tract. 10, 127) omnis concupiscentia carnis ... et ambitio h u m a n a e v i t a e (VVLG. superbia). *cf. l. 48.* CYPR. hab. virg. 9 de saeculi ambitione nascentia. HIL. in Matth. 22, 5 ut aliqui eorum ambitione saeculi tamquam agro occuparentur (PS. AMBR. serm. Sess. 130a omne quod in mundo est concupiscentia carnis est et ambitio saeculi. *cf. l. 45.* HIER. epist. 22, 41 quotiescumque te vana saeculi delectaverit ambitio). c. Aux. 3 ad tuendam Christi ecclesiam ambitione saeculari laboratur (HIER. epist. 82, 11 spretis ambitionibus saecularibus).

i. fere q. *h o n o r , g l o r i a*: HIL. trin. 2, 26 ut voluntatis humilitatem potestatis ambitio praecedat. HIER. epist. 15, 2 facessat invidia: Romani culminis recedat ambitio. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 556 immemor huius ambitionis adest genibusque advolvitur almis. *cf. III.*

i. fere q. *s t u d i u m , c u p i d i t a s , d e s i d e r i u m*: SEN. contr. 10, 4, 8 ambitio gloriae, quam ex damnato petierunt. TAC. ann. 15, 16 decesserat certamen virtutis et ambitio gloriae, felicium hominum adfectus. 16, 23 ambitio conciliandae provinciae ad spes novas. OROS. hist. 3, 12, 6 habendorum equitum. ENNOD. opusc. 3, 111 p. 359, 21 mutationum. 3, 86 p. 353, 5 dira bellandi ... ambitio. epist. 5, 11, 2 p. 135, 4 laudis. CASSIOD. var. 4, 39, 1 alienarum rerum turpis ambitio. *c. inf.*: TAC. ann. 14, 22 quibus nova ... praecolere avida et plerumque fallax a m b i t i o e s t.

III *i. fere q.* **pompa, sollemnitas**: *cf.* TAC. Germ. 27 funerum nulla ambitio *et l. 43 sqq.* TERT. idol. 1 quae enim idolatriae sollemnitas sine ambitione cultus et ornatus? anim. 4 sepulcrorum. ITALA act. 25, 23 (cod. Gig. Stockh., Laudian.) *et* VVLG. cum venissent Agrippa et Berenice cum multa ambitione (μετὰ πολλῆς φαντασίας). HIL. in Matth. 25, 1 tamquam commovendus ambitione templi esset, magnificentia ei exstructionis ostenditur. AMBR. serm. 12, 3 vestimentorum. HIER. epist. 29, 4 sacerdotalis. 46, 11 urbis. 52, 13 pharisaica ambitione circumdari. 79, 5 regalis. 109, 2 *Ioseph* tanta ambitione Iacob in Hebron ossa portavit. 109, 3 funeris. VVLG. II par. 16, 14. I Macc. 9, 37 ducunt sponsam ... cum ambitione magna. PS. RVFIN. in Os. 1, 1, 10 *sq.* erit tanta exultationis ambitio. *translate*: HIER. epist. 54, 3 *anima* credit in Christum et hac ambitione ditata pergit ad sponsum.

personata: CLAVD. 22, 114 foedissima nutrix *Avaritiae* A m b i t i o, quae vestibulis foribusque potentum excubat et pretiis commercia pascit honorum. *cf. l. 13 sqq.*

synonyma et cognata ad II: honorum contentio, honoris cupido, licitatio, iactatio. *opp.*: severitas. *coniuncta v. sub titulis.*

[**ambitior** *v.* ambitor *p. 1857, 33.*]

ambitiōsus, -a, -um [*cf. c.* ambitio. *Th.*]. GLOSS. φιλότιμος,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

φίλαρχος, δημοκόπος, δωροδόκος, ἐργόμωκος, θώψ, περιδρομεύς, γόης ὁ κόλαξ, βάναυσος, ἐπιθυμητής, superbus, expetens honorem. VARRO ling. 7, 30 *v. sub* ambitus *p. 1857, 65.* GELL. 9, 12, 1 ambitiosus et qui ambit et qui ambitur (*cf. Schönwerth-Weyman, Archiv 5, 1888, 214*). SCHOL. Cic. Bob. p. 241, 1—6 ambitiosum dicit demisse et officiosa quadam veneratione blandissimum; unde intellegere possis ambitiosos inproprie de adrogantibus dici. ambitio *eqs.* (*v. p. 1851, 64*). ISID. orig. 10, 8 ambitiosus, quod honores ambiat. *primi exhibent* VARRO RHET. Her. CIC., *deest adi. et adv. apud* PLAVT. TER. CATONEM CATVLL. LVCR. CAES. NEP. VERG. TIB. PROP. MANIL. VITR. FEST. GERM. VELL. CELS. PHAEDR. CVRT. COLVM. SCRIB. LARG. MELAM PERS. VAL. FL. SIL. FRONTIN. aq. FLOR. TERT. *comparativo primus utitur* HOR. carm. 1, 36, 20, *superlativo* QVINT. inst. 11, 1, 21. ambitiossa *scriptum* CARM. epigr. 1178 C 47.

I *proprie de* ***circumeundo,*** *circumdando* (*ita vero, ut subsit notio translata*): HOR. carm. 1, 36, 20 nec Damalis novo divelletur adultero, lascivis hederis ambitiosior (PORPH. ambitiosa ab ambitu lacertorum id est amplexu Damalis dicta est). PLIN. nat. 5, 71 *Iordanes* amnis amoenus et quatenus locorum situs patitur, ambitiosus, accolis se praebens. *fere i. q. spatiosus, ingens* (*cf. p. 1856, 50 sqq.*): SOL. 11, 4 Creta stipata ... magnis et ambitiosis oppidis. AMM. 17, 4, 2 ambitiosa moenium strue. 17, 4, 12 intra ambitiosi templi delubra (23, 1, 2). 19, 12, 19 suburbanum. 20, 5, 1 ambitiosius solito tribunal. 22, 4, 5 ambitiosa ornatarum domorum spatia. 22, 13, 2 peristylium. 23, 6, 23 Seleucia ambitiosum opus Nicatoris. 23, 6, 4 diversoria regum. SVLP. SEV. dial. 1, 5, 4 ecclesia erat non multo ambitiosior quam nostri hospitis tabernaculum. *conferenda, quae iam magis ad II p. 1856, 50 sqq. spectant*: ARNOB. nat. 1, 56 angustas res satis ambitioso dilatavere praeconio. AMM. 18, 2, 17 apparatum ambitiosi procinctus. 19, 11, 4 cum instrumentis ambitiosis. 24, 5, 7 cum ambitiosis copiis.

II ***qui versatur in ambitione,*** *ambitu* (*in vita publica et privata*): CIC. Verr. 4, 195 si *fecisses*, ut ambitiosi homines aut benigni ..., ex senatus aestimatione ... solvisses. Cluent. 108 qui absolvit ambitiosus ... existimatur. Mur. 20 quantum *laudis* neque ambitiosus imperator neque invidus tribuere alteri ... debuit. Flacc. 42 qui ita sit ambitiosus, ut omnis vos nosque cotidie persalutet. Brut. 269 putarem te ... ambitiosum esse, si ... ii quos iam diu conligis viverent. Tusc. 5, 79 quae perferant ... ambitiosi honoris causa. leg. 3, 39 Lael. 59. ad Q. fr. 1, 2, 4 in Graecos (LIV. 2, 41, 8 in socios). epist. 6, 6, 8 *Caesar* cedit multorum iustis et officio incensis, non inanibus aut ambitiosis voluntatibus. 13, 1, 5 homo minime ambitiosus, minime in rogando molestus. Q. CIC. pet. 18. OV. ars 2, 254 iunge tuis humiles ambitiose manus. met. 13, 289 pro nato caerula mater ambitiosa suo fuit (Pont. 3, 1, 84 pro nostris ... malis. SEN. dial. 11, 19, 2 pro me). trist. 4, 3, 68 *Semele* precibus periit ambitiosa suis. LIV. 2, 27, 4 patres mollem consulem et ambitiosum rati. 10, 15, 7 vir acer et ambitiosus. 39, 7, 3 in ducem indulgentem ambitiosumque. 43, 14, 3. SEN. contr. 2, 1, 1 turba clientium. VAL. MAX. 2, 7, 2 imperator. 8, 15, 4 civis. 9, 7. mil. Rom. 2 ambitiosi ducis inlecebris. SEN. dial. 11, 4, 2 *matres* per illos (*liberos*) ambitiosae sunt. ASCON. Corn. p. 58 praetores. QVINT. inst. 11, 1, 67. decl. 377 p. 421, 4 in hoc etiam ambitiosus apud te, pater, amicos adhibui. PS. QVINT. decl. 13, 16 ingenia nostra, quae nos scilicet ambitiosi nostri aestimatores proxima divinis credimus. TAC. Germ. 28 Treveri et Nervii circa adfectationem Germanicae originis ultro ambitiosi sunt. hist. 2, 57 Asiaticum, foedum mancipium et malis artibus ambitiosum. ann. 3, 33 *mulierum sexum* si licentia adsit saevum, ambitiosum, potestatis avidum. SVET. Aug. 42 ut salubrem magis quam ambitiosum principem scires. CARM. epigr. 1178, 47 inlecebris sí nullí nota m⟨eretrix⟩ — optamus credas — ambitiossa tui⟨s⟩. HIL. in psalm. 118 samech 3 cum ... uxor adsit filiorum ambitiosa comitatu, oret. in Matth. 4, 19 *caritas* errorum nostrorum ambitiosa ad deum patrona est. AMM. 15, 5, 24 magister armorum. SIDON. epist. 7, 9, 22 maxime ambiendus, quia minime ambitiosus. carm. 10, 19 Hymen. *nota*: IVST. 17, 2, 6 cum ... in gratiam memoriae Magni Ptolomei patris ... ambitiosus **ad** populares esset.

de rebus: CIC. Att. 1, 18, 1 illae ambitiosae nostrae fucosaeque amicitiae sunt in quodam splendore forensi. epist. 6, 12, 2 valent ... apud Caesarem non tam ambitiosae rogationes quam necessariae. 10, 25, 2 festinatio. SALL. Iug. 64, 5 neque facto ullo neque dicto abstinere, quod modo ambitiosum foret. OV. am. 2, 4, 48 noster in has omnis *puellas* ambitiosus amor. met. 8, 277 coeptus ab agricolis superos pervenit ad omnes ambitiosus honor. trist. 5, 7, 28 Musa nec in plausus ambitiosa meast. SEN. contr. 1, 2, 11 ambitiosa lex est. VAL. MAX 7, 5 praef. SEN. dial. 3, 18, 2 advocatio ambitiosior. PETRON. 17 ut ergo tam ambitiosus detumuit (detonuit *codd.*) imber (*de fletu*). PLIN. nat. 29, 20 ars (*medicina*). TAC. hist. 1, 12 ambitiosis rumoribus. 2, 92 abditis pecuniis per occultos aut ambitiosos sinus. 1, 83 seditionibus et ambitioso imperio laeti (2, 12). 2, 49 funus maturatur: ambitiosis id precibus petierat *Otho*, ne amputaretur caput ludibrio futurum (COD. Theod 14, 3, 20 occultis vel ambitiosis ... precibus). SVET. Aug. 25 ambitiosius id existimans. Dom. 8 ambitiosas centumvirorum sententias rescidit. FRONTO p. 199, 20 N. quid ... postulat, quod tibi non ambiti⟨osum⟩ concessu *fuerit*? VLP. dig. 4, 4, 3 pr. decreta (50, 9, 4 pr.). 22, 1, 33 pr. inter insolentiam incuriosam et diligentiam non ambitiosam multum interest. LACT. inst. 6, 12, 12 hospitalitas. IVST. 30, 2, 2 ambitiosae pulchritudinis scortum. HIL. in psalm. 51, 21 haec sunt plane ambitiosae apud deum humani thensauri legationes. in Matth. 18, 5 ambitioso angelorum famulatu ac ministerio. op. hist. frg. 1, 3. AMM. 29, 2, 5 ambitioso necessitudinum studio. VVLG. I Cor. 13, 5 *caritas* non est ambitiosa (οὐκ ἀσχημονεῖ). CLAVD. 8, 594 quae tantum potuit digitis mollire rigorem ambitiosa colus? AVELL. p. 504, 13 ambitiosa aviditate (*sine vituperatione*). SALV. gub. 2, 19 profugum paenitentem cum patrocinio ambitiosi squaloris adsumit. eccl. 2, 49 ambitiosa humilitate. PAVL. PELL. 269 patronorum ... studia. ENNOD. carm. 2, 61 fames. ambitiosa *pro subst. n. g.*: SEN. contr. 2 praef. 4 quoniam fratribus tuis ambitiosa curae sunt foroque se et honoribus praeparant. CASSIOD. var. 9, 24, 10 saeculi ambitiosa superasse.

fere i. q. ***honoris, gloriae cupidus***: RHET. Her. 2, 3, 5 ostendat eum ..., si *dicet* honoris *causa fecisse*, ambitiosum *fuisse*. 4, 51, 65 naturam ... aut gloriosi ... aut invidi aut tumidi aut avari, ambitiosi, amatoris, luxuriosi, furis, quadruplatoris (*similiter inter alia vitia* CIC. inv. 1, 91 SEN. dial. 5, 26, 4. 7, 19, 2 benef. 5, 17, 3 clem. 1, 3, 5 epist. 7, 3. 92, 8). HOR. sat. 2, 3, 166 ambitiosus et audax. OV. am. 1, 1, 14 cur opus adfectas, ambitiose, novum? fast. 5, 298 nos quoque tangit honor: festis gaudemus et aris, turbaque caelestes ambitiosa sumus. GRATT. 229 primae spes ambitiosa coronae. SEN. contr. 10, 2, 7. SEN. clem. 1, 14, 2 ambitiosae maiestati quidquid potuimus titulorum congessimus. epist. 22, 8 ambitiosis rebus implicitus. 50, 3. STAT. Theb. 6, 435 nec umquam ambitiosa pios conlidit gloria fratres. 5, 627. MART. 1, 51, 2 lepus. 6, 80, 2 Nilotica tellus. 9, 62, 3 non est ambitiosa nec superba. 12, 94, 6 (ambitione *codd. dett.*). QVINT. inst. 1, 4, 22 nisi ambitiosa festinatione plerique a posterioribus inciperent. 2, 4, 29 pauperes. 3, 8, 32 quod nos honestum, illi vanum, ambitiosum, stolidum ... vocant. 6 prooem. 7 non sum ambitiosus in malis. 11, 1, 21 ambitiosissimum gloriandi genus est etiam deridere. 11, 1, 50 quem tumidum ac sui iactantem et ambitiosum institorem eloquentiae ... videat. 12, 10, 40 ambitiosae in loquendo iactantiae (HIL. in Matth. 5, 5 saeculi huius). decl. 301 p. 190, 10 uxorem non ambitiosam. 360 p. 393, 4 hanc mulierem ambitiosam et profusam fuisse. 359 p. 56, 14. 315 p. 242, 20. 327 p. 286, 18 PS. QVINT. decl. 9, 2. IVV. 7, 50 laqueo tenet ambitiosi consuetudo mali *poetam*. TAC. Agr. 30 *Romani*. ann. 4, 37 omnes per provincias effigie numinum sacrari ambitiosum, superbum. PLIN. epist. 41, 5 feres enim me ambitiosum pro tua gloria. 7, 32, 2. ORIENT. comm. 2, 14. SIDON. epist. 3, 2, 1 non ambitiosus comitatu sed ambiendus affectu. *pro subst. m. g.*: SEN. dial. 2, 6, 7 *perdiderunt* ambitiosi curiam. 4, 36, 6. epist. 115, 17. QVINT. inst. 5, 7, 26 ambitiosus inflari potest (*accedunt alia vita*). 8, 3, 25 PORPH. Hor. sat. 2, 3, 201. 224. *subst. n. g.*: QVINT. inst. 1, 2, 27 si ... *magister* ambitiosis utilia praeferet. *nota*: SEN. dial. 9, 1, 14 *animus* ambitiosus in verba est altiusque ut spirare ita eloqui gestit.

de rebus corporalibus atque incorporalibus i. fere q. ***superbus, magnificus, splendidus***: HOR. ars 447 ambitiosa recidet ornamenta. OV. trist. 1, 9, 18 nota quidem sed non ambitiosa domus ([LVCAN. 10, 488 *cod. V*, luxuriosa *rell.*]. AMM. 28, 2, 13 HIER. epist. 79, 8). VAL. MAX. 7, 2 ext. 12 non ambitiosae doctrinae fidelis ... cultor. SEN. dial. 10, 20, 5 exequiae (AMM. 27, 5, 10). 11, 10, 3 popina. epist. 119, 14 ambitiosa non est fames (LVCAN. 4, 376). MART. 12, 66, 4 casa divitiis ambitiosa latet. 12, 68, 2 atria. QVINT. inst. 6, 4, 6 illum ... ambitiosum declamandi sudorem. PS. QVINT. decl. 10, 9 ornatus. IVV. 3, 182 paupertas. TAC. Agr. 42 plerique ... ambitiosa morte inclaruerunt. APVL. apol. 92 mendicitas. PORPH. Hor. carm. 2, 15, 4/5 luxuriae et ambitiosis voluptatibus studeri. SER. SAMM. 238 ambitiosa putas? sunt ista salubria cunctis. SOL. 23, 2 pretio ambitiosa (*materia*). AVSON. 318 titulus ... non ambitiosus, sed religiosus. AMM. 14, 5, 1 circenses ambitioso editos apparatu (27, 5, 3). 14, 6, 9 ambitioso (*ed. Gel.*, ambitu *cod. Vat.*) vestium cultu (21, 6, 8). 14, 7, 6 donum. 15, 7, 3 opus. 16, 5, 1 mensa (*opp.* parca. 31, 5, 14). 21, 1, 4 diadema (*opp.* vile). 26, 5, 12 nomen. 27, 3, 3 pons. 30, 1, 22 lintea. 22, 16, 12 *cf. p. 1855, 20 sqq.* SERV. Aen. 7, 318 ambitiosa execratio est. 11, 608 haec ambitiosa descriptio (haec tam d. brevis *F et E*). AMBR. Abr. 1, 2, 3 maior ambitioso eloquentiae mendacio simplex veritatis fides. 41, 3 quasi exinde ambitiosior religio. PAVL. NOL. carm. 21, 462 aulas ... recavis alte laquearibus ambitiosas. AVELL. p. 45, 5 divinae legis ambitiosa praestantia. ENNOD. epist. 3, 34 p. 92, 22 eloquium. ambitiosum *pro adv.*: AMM. 18, 8, 5 ambitiosum praegrediens agmina.

nota c. genetivo i. q. affectator: FAVST. REI. 13, 26 divinitatis ambitiosus libidinis coepit esse captivus.

adv. **ambitiosē** *i. q. cum ambitione*: CIC. Att. 7, 3, 2 utrumque vero simul ag⟨i⟩ non potest, et de triumpho ambitiose et de re publica libere. 15, 1^b, 2 ut eam (*orationem*) ne ambitiose corrigerem ante, quam ederet. epist. 3, 7, 4 cum in isto genere multo etiam ambitiosius facere soleam, quam honos meus et dignitas postulat (PS. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 17, 1 imperite ... an ambitiose). 13, 69, 1 me non vulgar⟨i modo⟩ nec ambitiose, sed ut pro homine intimo ... scribere. LIV. 1, 35, 2 petisse am-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bitiose regnum. 29, 36, 11 eas quaestiones ... minime ambitiose habuit. 38, 32, 4 consul cum alia satis ambitiose partem utramque fovendo incerta respondisset. OBSEQ. 12 comitia cum ambitiosissime fierent. SEN. contr. 3 praef. 12 qui honores in municipiis ambitiose peterent. 7, 7, 9 gratulabantur. SEN. dial. 10, 10, 4 ille qui multa ambitiose concupiit. PETRON. 65 *ova* ut comessemus, ambitiosissime ⟨a⟩ nobis Trimalchio petiit. QVINT. inst. 6, 3, 68 qui provinciam ambitiosissime petierat. TAC. hist. 1, 10 insignes amicitias iuvenis ambitiose coluerat. ann. 1, 69 tanquam parum ambitiose filium ducis gregali habitu circumferat *Agrippina.* 3, 13 ambitiose avareque habitam Hispaniam. MAECIAN. dig. 36, 1, 67, 2 COD. Iust. 2, 4, 12. SPART. Hadr. 6, 5 difficultatibus aerari ambitiose et diligenter expositis. HIER. epist. 127, 2 eam ... peteret. in Ion. 3, 5 *ut* habitus luctuosus ambitiosius dominum *deprecetur.* GLOSS. V 660, 26 ambitiose iudicat. *nota*: SIDON. epist. 5, 17, 5 *fabula* audiebatur ambitiosissime. *fere i. q. cum ostentatione*: MART. 1 praef. 13 si quis tam ambitiose tristis est. QVINT. inst. 3, 11, 21 haec adfectata subtilitas circa nomina rerum ambitiose laborat. 8, 3, 63. decl. 253 p. 37, 21 forsitan hoc ille (*tyrannus*) ambitiose faciet. Ps. QVINT. decl. 9, 3 (*de pauperibus*) potentiores vel ambitiose offendere. 6, 16 nec ambitiose miseri sunt. TAC. Agr. 29 quem casum neque ... ambitiose, neque per lamenta ... muliebriter tulit. hist. 4, 40 quod manifestum reum ambitiosius quam honestius defendisset. PLIN. epist. 6, 29, 3 ad haec ego genera causarum, ambitiose fortasse, addam tamen claras et inlustres. SERV. Aen. 1, 210 'dapibusque futuris' ambitiose dixit (2, 635. 8, 85. 8, 442. 10, 190. 11, 131 ait. georg. 2, 161). *splendide, magnifice*: AMM. 22, 4, 9 ambitiose vestitus. 26, 2, 11 stipatus. 28, 2, 14 *lares* construxerunt.

opposita ad II p. 1856, 66. 67 parcus, vilis. *v. Mess.*

? **Ambito** *statio in Alpe Iulia* RAVENN. p. 222, 13. *V.*

ambītor, -ōris *m.* [*cf. c.* ambire. *Th.*]. *proprie*: MART. CAP. 8, 814 cuius naturae tranquillitas etiam illum extimum tenet ambitoremque (*codd. Bern. Bamb.*, ambitioremque *cod. Reich.?*) cursum, qui ... anastros perhibetur. *accedente notione petendi*: SERV. Aen. 4, 283 ambitores etiam dicuntur qui ut honores consequantur discurrendo et rogando suffragia adquirunt. PANEG. 11, 17 negotium publicum neque ambitor appetii. LAMPR. Alex. 28, 5 ita et patronis auctoribus damnatus est ambitor. OPTAT. 1, 19 p. 20, 19 ab avaris, ab ambitoribus, ab iratis. 1, 18 p. 20, 9. QVEROL. p. 41, 5 vivat *dominus* ambitor togatus. PAVL. NOL. carm. app. 3, 84 (*inter alia vitia*). GILD. Brit. 67 chron. III p. 63, 21 qui ambitores istos ordinant. ORIENT. comm. 2, 140 *fructum* non auferat ambitor prodigus impatiens. *cum gen.*: AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 12 gratiae caelestis ambitor. PAVL. NOL. epist. 13, 16 *init.* laudaris ... non harenae nec inanis gloriae sed aeternae laudis ambitor. VICTRIC. 9 calcator ambitionis et mortis ambitor. SALV. gub. 5, 53 novorum honorum religiosi ambitores. PAVL. PELL. 215 neque census augendi cupidus nimis aut ambitor honorum. CARM. epigr. 1375, 11 honesti. *v. Mess.*

Ambitoutī *gens Gallica Phrygiae.* PLIN. nat. 5, 146 Tolistobogi et Voturi et Ambitouti (Tolosboci, Veturi, Ambituuti SOL. 41, 1). *cogn.* **Ambitoutus,** -ī. CORP. III 6707 (*Syria*) Scaurus Ambitouti f. domo Nantuas. XIII 3991 (*ex schedis*) Cidionius Ambetoutus (amret-*trad.*). 10010, 107 Ambitouti M(ediomatrici?).

pāgus **Ambitrebius** *passim nominatur in* TAB. aliment. Vel. (Corp. XI 1147), *ut* 1, 4 in Veleiate pago Ambitrebio. 6, 90 pagani pagi Ambitrebi. *cf. W. Schulze, Eigennamen p. 542.* *V.*

ambitūdo, -inis *f.* [*cf. c.* ambitus. *Th.*]. Ps. APVL. Ascl. 31 tempus ... quod definiri potest vel numero vel alternatione vel alterius (*aeternitatis*) per ambitudinem, reditu aeternum est.

ambitus, -ūs *m.* [*cf. c.* ambire. *Th.*]. GLOSS. περίοδος περιδρομή, κολακία, φιλαρχία περιδρομή, κενοδοξία ἐριθεία, κωτιλία; circuitus, circuitus vel potentia, cupiditas potentia; ambitum: ambitionem. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A ἀμβίτους ἐπιθυμία τιμῆς, δωροδοκία, περιδρομή, φθορὰ κρίσεως. VARRO ling. 7, 30 *verbum* ambe, quod inest in ambitu et ambitioso. 5, 22 ambitus ⟨i⟩ter quod circumeundo teritur; nam ambitus circuitus. *v. p. 1858, 73.* PAVL. FEST. p. 5 ambitus proprie dicitur circuitus aedificiorum ... (*v. p. 1858, 79*): sed et eodem vocabulo crimen avaritiae vel affectati honoris appellatur. *cf.* 16 ex quo etiam honoris ambitus dici coeptus est a circumeundo supplicandoque. CAPER gramm. VII p. 107, 15 ambitio, quando fit; ambitus, cum factus est. *cf.* DIFF. ed. Beck p. 36, 71 ambitus est consummatio operis [discrimen], ambitio opus ambientis; ambitione inchoatur crimen, ambitu consummatur. *legitur iam in* LEG. XII tab., *postea apud* VARRONEM RHET. Her. CIC., *rarum apud poetas, deest apud* PLAVT. TER. CATONEM CATVLL. LVCR. VERG. TIB. PROP. OV. GRATT. (HOR. *semel*) GERM. PHAEDR. SCRIB. LARG. PERS. VAL. FL. HOMER. MART. *Mau, PW. I 1800. F. Teichmüller: ambire, ambitio, ambitiosus, -ose, ambitus, Progr. Wittstock 1901.*

de prosodia: PRISC. gramm. II 547, 6 Scaurus in utroque similem esse tenorem putavit. sed Velius Celer respondens Hadriano imperatori ..., declinatione et tenore 'ambitus' nomen a participio ostendit discerni, quod usu quoque, ut ostendimus, confirmatur. Ps. PRISC. gramm. III 525, 12. PROSP. epigr. 82 (79), 1 ambĭtum. *scribitur in lapidibus*: abit⟨um⟩ CORP. VI 36147. amvitum XIV 3323. [ambitum *pro nominativo* TERT. apol. 26 *in codicibus plerisque.*] *abl.* ambito: CORP. VI 23109 omnia cum adito ambito.

I *proprie i. fere q. circuitus*: *iungitur cum adiectivis*: *motus notione servata*: longus: LIV. 21, 36, 4 *al. v. infra l. 44 sqq.*; maior: SEN. nat. 7, 29, 2 PLIN. nat. 2, 40; maximus: CENS. 3, 3; minimus: PLIN. nat. 2, 44; brevior: PLIN. nat. 2, 86; angustus: PLIN. nat. 2, 186; teres: AVIEN. Arat. 1490. *motus notione evanescente vel perdita*: flexuosus: VAL. MAX. 8, 7 ext. 3; longus: SEN. Herc. f. 887 FRONTIN. strat. 1, 5, 23 AVIEN. ora 404; magnus: SEN. Oed. 543 MELA 2, 27 PLIN. nat. 3, 97; ingens: SEN. nat. 3, 27, 9 MELA 1, 10 AVSON. 296, 2; perpetuus: MELA 1, 56; mollis: MELA 2, 57; angustus: MELA 3, 13; inmensus: PLIN. nat. 3, 5 TAC. hist. 5, 6; vastus: PLIN. nat. 5, 88; numerosior: PLIN. nat. 5, 112; latus: TAC. ann. 1, 61; teres: APVL. flor. 9 p. 35 AMM. 22, 14, 4; non parvus: ITIN. Eucher. p. 125, 12; laxior: AVR. VICT. Caes. 35, 7; amplus: AVIEN. ora 572; spatiosus: AMM. 22, 16, 15; oblongus: AMM. 31, 16, 7; directus: VEG. mil. 4, 2; levis: CLAVD. carm. min. 26, 50.

A *de motu*: VARRO ling. 5, 153 armilustrium ab ambitu lustri. 7, 15 *anfractum* dictum ab ambitu et frangendo. CIC. Tim. 26 sic animus a medio profectus extremitatem caeli a suprema regione rotundo ambitu circumiecit. 47 in eo (*corpore*) influente atque effluente animi divini ambitus inligabant. QVINT. inst. 11, 2, 21 urbium. MAR. VICTORIN. gramm. VI 58, 10. IVL. VAL. 1, 5 hunc post ambitum mundani laboris. *ibid.* rotunditatis illius. APVL. met. 10, 29 puelli ... decoros ambitus inerrabant (*de pyrrhica*). HIER. epist. 78, 35/36 post ambitum terrae Idumaeorum. MACR. sat. 7, 2, 13 de silvae ambitu, de ambage lustrorum, de venationis eventu. *de sideribus*: CIC. Tim. 31 ad secundum supra terram ambitum (*de sole*). 33 siderum ... ambitus. *ibid.* cum se octo ambitus confectis suis cursibus ad idem caput rettulerunt. nat. deor. 2, 49 stellarum rotundi ambitus. MANIL. 2, 70 non *esset* ambitus astris. SEN. nat. 7, 29, 2 maiore ... ambitu circuit *Saturnus.* PLIN. nat. 2, 6 aeterno et inrequieto ambitu. 2, 38 signiferi ... ambitum peragit *tot* diebus *sidus Veneris.* 2, 39 Mercuri sidus ... fertur ... ociore ambitu (2, 64 altissimo). 2, 86 *luna* breviore ... ambitu currit. 2, 94 suo ... ambitu ire. 2, 44. 86. 181. 186. 215. PLIN. epist. 2, 17, 8 solis. APVL. mund. 16 MIN. FEL. 17, 5. CENS. 3, 3 per maximum ambitum (SCHOL. Germ. Sang. p. 221, 14). AVIEN. Arat. 1490 ora 666 MART. CAP. 9, 911. *n. plur.*: PLIN. nat. 2, 40 plenae conversionis. 4, 89 extremi. APVL. Plat. 1, 10 certi. flor. 15 p. 57. SOL. 16, 3 extimi. *cf.* MART. CAP. 8, 814 naturas (*i. semina rerum*) undisecus globoso ambitu orbibusque diffundi. 8, 815 circumagentium naturarum.

longus ambitus *sim. de circuitu viae*: LIV. 21, 36, 4 quin per invia ... quamvis longo ambitu circumduceret agmen. PLIN. nat. 4, 10 longo et ancipiti navium ambitu. STAT. silv. 4, 3, 22 longos eximit ambitus. *aliter* FRONTIN. strat. 1, 5, 23 per longum coronae ambitum. *cf.* PLIN. epist. 5, 6, 30 a latere triclinii ... scalae convivio utilia secretiore ambitu suggerunt. *translate*: SEN. nat. 2, 59, 7 qui magno ambitu rogat moram mortis. CYPR. GALL. Ios. 547 ne variis actus sub flexibus ambitus erret. *περιήγησις*: *cf.* PLIN. nat. 4, 56 ancipiti propter angustias ibi navium ambitu. 2, 168. QVINT. inst. 1, 10, 40 navigationis. PLIN. nat. 4, 121 peracto ambitu Europae reddenda consummatio est. 13, 90 insularum arbores ambitu Aethiopiae *dictae sunt.* 34, 149 ut in ambitu oceani diximus. 36, 54 terrarum.

t. t. apud gromaticos et in lapidibus: HYG. grom. p. 134, 7 de via et actu et itinere et ambitu et accessu ... saepe moventur contentiones. FRONTIN. grom. p. 58, 21 SIC. FLACC. p. 157, 14. POMPON. dig. 47, 12, 5 legibus ... praediorum vendundorum cavetur, ut ad sepulchra, quae in fundis sunt, itus (*Fornerius*, item eius *cod.*) aditus ambitus funeri (*fuit* sacrificii *Mommsen*) faciendi sit (*cf.* CORP. III 9315. VI 34887[a]. X 6607. XIV 3525). CORP. V 506, 8 suppl. locus cum ambitu datus. VI 3626 itu ambitu coronare sacrificare. 8489 Domitias Olympias me viva dedi donavi itu ambitu. 9404 uti liceat itum aditum ambit(um) haustum aquae ligna sumere. 9408 *accedit*: excepto Q. Haterio Felice ne introitu habeat in hoc monumento (11027. 14672, 5. 21. XIV 1318). 29989 debetur (34124 huí monimento ítum ambitum debetur). 8485. 8520. 8667. 10231. 10235. 10238[b]. 10562. 33216. 34235. 36147. 36333. IX 1806. 3437. 5228. X 2614 praes(tabitur?). 4139. 4159. XII 5303. XIV 864. 999. 1473. 1650. 3323. 3990[a]. 4046. *t. t. in aedificiorum et parietum iure*: LEX XII tab. *apud* VARRONEM ling. 5, 22 ambitus ⟨i⟩ter quod circumeundo teritur; nam ambitus circuitus; ab eoque duodecim tabularum interpretes ambitus (-um *Laetus*) parietis circuitum esse describunt. CIC. top. 24 quoniam P. Scaevola id solum esse ambitus aedium dixerit, quod (quantum *cod. Ottob.*) parietis communis tegendi causa tectum proiceretur, ex quo tecto in eius aedis, qui protexisset, aqua deflueret, id tibi ius videri. PAVL. FEST. p. 5 ambitus proprie dicitur circuitus aedificiorum patens in latitudinem pedes duos et semissem, in longitudinem idem quod aedificium. p. 16 ambitus proprie dicitur inter vicinorum aedificia locus duorum pedum et semipedis ad circumeundi facultatem relictus (*cf.* GROM. p. 370, 27, *ubi antecedunt* iter, tramites, divortia, orbita, actus; *adicitur* et ab obambulando

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dictus. *cf.* ISID. orig. 15, 16, 12). VAL. MAX. 8, 9, 2 P. Annius — is enim solus in ambitu (aditu *Foertsch*) expers Antonianae eloquentiae steterat (PLVTARCH. Marius 44 Ἄννιος ὑπέστη παρὰ τὰς θύρας). CORP. VI 29788 inter duos parietes ambitus privat. Flavi Sabini.

fere i. q. amplexus: MELA 3, 62 ut *serpentes* elephantos ... ambitu corporis adficiant. PETRON. 132 alligata mutuo ambitu corpora. PORPH. Hor. carm. 1, 36, 20 ambitiosa ab ambitu lacertorum, id est amplexu, Damalis dicta est. CYPR. epist. 31, 8 catenarum ambitu vinciuntur.

ambrosius, -a, -um, ἀμβρόσιος. -eus *traditur ter in Florentino* APVL. met. 8, 9. 10, 31. 11, 4 (*at* -io 10, 22). *vox poetarum, in prosam recepta solo ab* APVL. GLOSS. caelestis (divinus) odor vel sapor. divina vel sacra. rosea. divinae pulchrae. *fere i. q. divinus* (*de odore potissimum*): VERG. Aen. 1, 403 ambrosiaeque comae *Veneris (ἀ. χαῖται Homer.), quod ad hominem transfert* SIL. 12, 245, *de Virtute idem dicit* 15, 24. APVL. met. 8, 9 corporis (*de homine*). 10, 22 *feminae* labias ... modicas ambrosio rore purpurantes. 10, 31 coloris. 11, 4 pedes. LACT. Phoen. 111 ambrosios libat caelesti nectare rores *Phoenix.* PRVD. Symm. 1, 276 nectaris. CLAVD. 10, 110 sinu *Veneris.* MART. CAP. 2, 116 pudorem *Aurorae.* 9, 912 diem. MAR. VICTOR aleth. 1, 236 muneris. DRAC. laud. dei 1, 309 messes *Indiae.* 1, 181 floribus (Romul. 6, 10 mens. 10). 1, 631 cortice. 1, 325 ambrosium ... munus odoris. Romul. 10, 109 odores (121. 287). VEN. FORT. carm. 5, 5, 111 rores (*opp.* chrismatis ... odor). 6, 1, 60 amomo. 7, 8, 54 rosis. GLOSS. IV 429, 25 ambrosia avis: ambrosia hoc est divina. *de deo christiano*: PRVD. cath. 3, 23 sed liquor influit ambrosius nectareamque fidem redolet. ham. 858 rorem. PAVL. NOL. carm. 31, 531 odores. *Caesareus* (*de Domitiano 'domino ac deo'*): MART. 4, 8, 8 dapes (8, 39, 2. 8, 50, 8. 13, 91, 2). *fere i. q. salubris*: COLVM. 10, 408 *mala Persica* ambrosios praebent sucos, oblita nocendi. SIL. 7, 210 ambrosiis Ariusia pocula sucis. STAT. Theb. 9, 731 ambrosio tum spargit membra liquore, spargit equum, ne quo violetur vulnere corpus. *f.* **ambrosia** *sc. vitis*: PLIN. nat. 14, 40 ambrosia ... sine ullis vasis in vite servatur. *n.* **ambrosion** *herba, v.* ambrosia *p. 1867, 59.* *n.* **ambrosium,** -ī *medicamen*: INSCR. Espérandieu, cachets d'oculistes 30 ambrosium opobalsamatum. 36 ambrosium ad kaliginem. *cf.* divinum.

Ambrosius, -a *cogn. vel nom. sing. rarum servorum, humilium; nobiliores vir perfectissimus* CORP. X 7017 (*Catinae,* = INSCR. gr. Sic. et It. 453) ⟨cur⟩ante Fl. Ambrosio v. p. *sexto saeculo* Ambrosius v. i. quaestor CASSIOD. var. 8, 13 *tit.* 8, 14, 5 ENNOD. *passim.* CORP. VI 8546 M. Cocceius Aug. lib. Ambrosius praepositus vestis albae triumphalis. 5387. 14143. 15823. 21388. 22882. IX 242. 1213. XI 3846. III 988. *tegulae* Q. Clodi Ambrosi CORP. III 3214, 2 (*cf.* p. 2328, 178). V 8110, 70. IX 6078, 62. XI 6689, 79. SCRIB. LARG. 152 Ambrosius *Rusticus* medicus Puteolanus (*v. Wellmann, PW. I 1812*). IVV. 6, 77 Ambrosiusque choraules. COD. Iust. 2, 11, 5 (*a. 198*) Ambrosia. 8, 42, 10 (*a. 293*). NOVELL. Maior. 9, 1 (*a. 459*). Ambrosius Aurelianus *v. II p. 1487, 58.* *Cyzicenus*: VAL. FL. 3, 138. *christiani*: *amicus Origenis et ἐργοδιώκτης* HIER. vir. ill. 56. 61 GENNAD. 37. *v. Jülicher, PW. I 1812. celeberrimus* Aurelius (CORP. V p. 617, 3) Ambrosius, *episcopus Mediolanensis († a. 397), v. Jülicher, PW. I 1812 sqq.* HIER. vir. ill. 124. PAVL. MED. vita Ambrosii. PAVL. NOL. carm. 19, 153. 325. 27, 437. AVG. civ. 22, 8. *Symmachi ad Ambrosium epistulae* 3, 30—37. CORP. V 6250 pius A. 6179. p. 617, 3. 5. *passim apud* ECCL. *alii*: *advocatus*: SYMM. epist. 1, 17. CORP. V 1623 (*a. 423*) Ambrosius diac. *episcopi eccl. Tricassium* CONC. Aurel. a. 549 p. 111, 10, *Albigensis ibid.* p. 112, 11, *Vindescensis* CONC. Paris. a. 614 p. 192, 1. *scriptum* Ἀβρωσίου: INSCR. christ. Rossi I n. 402. *nota* AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 33 ut si dicas Ambrosium Bassum intus esse, unus putatur, sin autem asseras Ambrosium et Bassum intus esse, duo utique intelleguntur. *mulieres*: CORP. VI 16945 Domitia Ambrosia. 10839. 15823 Clodio Marco Ambrosio filio ... Ambrosia Libera filia. X 1497 AMBR. inst. virg. 1, 1. *nympha vel Hyas*: HYG. fab. 182 p. 35, 21 Ambrosie. 192 p. 122, 22 Ambrosia (astr. 2, 21 p. 62, 15. 17 SCHOL. Germ. Bas. p. 75, 4).

adi. **Ambrosius,** -a, -um: AMBR. epist. 55, 1 Ambrosium pignus (*filius et filia*). *cogn.* **Ambrosiānus.** CORP. III 2939 (*in Dalmatia*) L. Antonio Aubrosiano (*sic*). *adi. ab Ambrosio episcopo*: AMBR. epist. 22, 1 basilicam, quam appellant Ambrosianam (PAVL. MED. vita Ambr. 14. 43. 48. 50). CONC. Turon. a. 567 p. 133, 29 libros. ISID. eccl. off. 1, 6, 2 hymni (BEDA gramm. VII 244, 9. 257, 1. 259, 7 *saepius*). BENED. reg. 12 responsorium, ambrosianum versu (17).

Ambrotus, -ī, Ἄμβροτος, *nom. sing.* CORP. VI 9784 Bacchylus et Ambrotus lib.

Ambrussum *mutatio prope Nemausum; v. Ihm, PW. I 1815.* ITIN. Vicarell. I 3, 2 Ambrussum (II 3, 2. III 2, 27 ITIN. Anton. Aug. p. 389, 1. 396, 6). IV 3, 2 Ambrusio. TAB. Peut. 2, 4 Ambrusium. ITIN. Burdig. p. 552, 7 mutatio Ambrosio. *cf.* ambrosialis?

Ambrysus, -ī *f.*, Ἄμβρυσος, *opp. Phocidis.* LIV. 32, 18, 6. PLIN. nat. 4, 8 (imbus *vel* ymbribus *trad.*).

ambūbāia, -ae *f.* [*vox aramaica, cf. aram.* 'abbūb(ā) '*tibia*' (*arab.* 'unbūb), 'abbūbāj *nomen tibicinis cuiusdam. Th.*]. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 1 ambubaiae ... sunt mulieres vagae ac viles, quibus nomen hoc casu vanorum et ebrietate balbutientium verborum videtur esse inditum. nonnulli tamen ambubaias tibicines Syra lingua putant dici. HOR. sat. 1, 2, 1 ambubaiarum collegia, pharmacopolae, mendici, mimae, balatrones. PETRON. 74 (*de coniuge verba facit Trimalchio*) ambubaia non meminit, sed de machilla illam sustuli, hominem inter homines feci. SVET. Nero 27 scortorum ... et ambubaiarum ministeria.

ambubaia *vel* **-(e)ia,** -ae *f. herba.* CELS. 2, 30 vel beta vel intubus vel ambubeia. *ibid.* intubus vel plantago vel ambubeia. PLIN. nat. 1, 20, 29 intubo quae ambubaia. 20, 73 intubum ... erraticum apud nos quidam ambubaiam (ambubulam *codd.*) appellavere. in Aegypto cichorium vocant. GLOSS. II 16, 17 ambubia κιχώρια. III 359, 76 ambuuia κιχώριον.

? **Ambudo** *incertissimae lectionis nomen* CORP. III 4941 *cf.* 11519.

Ambudsuilus *nom. germ.* CORP. III 4724 C. Antestius Ambudsuilus.

Ambugaeus *nom. vir.* CORP. VIII 14381 M. Larti⟨di⟩us A. ⟨f.⟩ Ambugaeus sacerdos. V.

ambulābilis, -e [*ab* ambulare. *Th.*]. βαδιστικόν: BOETH. herm. pr. 2, 12 p. 173, 3 quod ambulabile est, id est quod ambulare potest (2, 13 p. 203, 29 herm. sec. 5, 12 p. 403, 6. 6, 13 p. 458, 3). herm. sec. 5, 12 p. 391, 4 potest ... non ambulare quod est ambulabile. 4, 10 p. 252, 16 quod dico 'homo ambulat' ... unamque speciem ambulabilem esse pronuntiat. p. 253, 24 qui vero dicit 'non homo ambulat' ... cetera vero animalia ambulabilia esse pronuntiat. BOETH. in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

top. Cic. 3 p. 332, 2 animalis quippe intellectus ad plures differentias pertinet ... ad ambulabile, reptile, volatile, natabile.

ambulācrum, -ī [*ab* ambulare. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 21 ambulacra, ambulationes. GLOSS. ambulacrum διάστημα; περίπατος spatium ad ambulandum, ambulandi; deambulatorium, id est spatium ambulandi. GLOSS. Plac. V 7, 11 (= 47, 4) ambulacris, locis quibus ambulatur (ambulantur *G*). PLAVT. Most. 756 *aedificare volt* balineas et ambulacrum et posticum. 817 viden vestibulum ante aedes hoc et ambulacrum? GELL. 1, 2, 2 propulsabamus incommoda caloris ... longis ambulacris et mollibus. 3, 1, 7 in eodem ambulacro. MIN. FEL. 3, 3 harenas extimas velut sterneret ambulacro, perfundens lenis unda tendebat. PORPH. Hor. carm. 2, 15, 4 platanus enim in ambulacris conseritur. PANEG. 12, 21 fora atque gymnasia et pro suis extenta porticibus ambulacra miremur. PALLAD. 1, 18, 2 *cupae* ne ambulacra (*i. tramites in vineis*) prohibeant.

? [**ambularis** *corruptum ex* clavularis]. COD. Iust. 12, 50, 22.

ambulātilis, -e. *mobilis.* VITR. 10, 8, 1 fundulis *i. tignis.* AVG. civ. 1, 20 volatilibus, natatilibus, ambulatilibus reptilibus.

ambulātio, -ōnis *f.* [*ab* ambulare. *Th.*]. GLOSS. περίπατος. HIER. in Mich. 10 p. 1165 πορεία ἐστίν, id est ambulatio. *a poetis uno Catulli loco excepto vitatur.* **I** *proprie*: **A** *de vagando, spatiando*: CIC. Sull. 61 de ambulatione (*nonnulli codd.* ambitione, *nescio an recte*). de orat. 3, 121 huius ambulationis antemeridianae aut nostrae postmeridianae versionis (fin. 5, 1). off. 1, 144 si quis ... in itinere aut in ambulatione secum ipse meditetur. Att. 1, 18, 1 quae mihi videor unius ambulationis sermone exhaurire posse. 2, 3, 3 haec ambulationibus compitaliciis reservemus. 13, 35, 3 de Bruti amore vestraque ambulatione. 14, 13, 1 nescio utrum magis tumulis prospectuque an ambulatione ἀλιτενεῖ delecter. ad Q. fr. 3, 2, 3 quicquid ... cogito in ambulationis tempus fere confero. SEN. epist. 15, 6 quorum (*sc. legere, dictare, etc.*) nihil ne ambulatio quidem vetat fieri. 92, 11 non cena aut ambulatio aut vestis bona sunt. 113, 22 an prudens ambulatio animal sit ... inter Cleanthen ... Chrysippum non convenit, quid sit ambulatio (*non recte coni.* animatio *Madv.*). Cleanthes ait spiritum esse *eqs.* PLIN. epist. 5, 6, 40 ambulatione fessos. GELL. 11, 3, 1 vespertina ambulatione solus ambulans. CHIRON 305 *mulus* in ambulationibus non sequitur. MART. CAP. 5, 541 post hanc ambulationem statim nos ad studia conferamus. BOETH. herm. sec. 4, 10 p. 262, 31 qui dicit 'homo non ambulat' ambulationem ab homine tollit. 5, 12 p. 403, 1 ambulationis motus. top. Arist. 4, 2 p. $943^{A.B}$ si ambulationis genus assignavit lationem non sufficit ostendere quod motus est ambulatio *eqs.* (5^{ies}). ORIBAS. syn. 5, 4 et laboris et longi itineris ambulatio adsumendi sunt. QVINT. inst. 11, 3, 126 conveniet etiam ambulatio quaedam propter ... laudationum moras, quamquam Cicero rarum incessum neque ita longum probat, discursare vero *eqs.* (*de oratore in rostris deambulante*). **B** *sensu quodam technico de motu corporis valetudinis firmandae causa, plus 30^{ies} apud* CELS., *quorum tamen locorum nonnulli etiam ad I A trahi possunt.* VITR. 5, 9, 5 hypaethrae ambulationes habent magnam salubritatem ... praeterea cum corpus motionibus in ambulatione calescat. SEN. contr. 1 praef. 16 non sudorem unctione discutere, non latus ambulatione reparare. contr. exc. 5, 5 infinitis porrectae spatiis ambulationes. CELS. 1, 2 *exercent* arma, pila, cursus, ambulatio (*cf.* 4, 11. 16). 1, 3 multa ambulatio omnisque vehemens exercitatio (*ibid.* ambulatio multa et vehemens et matutinae exercitationi non protinus cibus adiectus. 3, 14 ambulationibus uti oportet aliisque exercitationibus. *haec verba saepius coniunxit, ex. gr.* 3, 22. 6, 6 (*bis*). CELS. 4, 5 ambulatione et frictione opus est (4, 26). CELS. 5, 28 ambulatio et gestatio. 1, 6 leni (3, 27). 4, 8 lenta. 3, 22 longa et recta. 3, 27 acris (4, 5). 4, 16 intenta. 4, 20 ambulationem, gestationem ceterosque corporis motus. 5, 26 minimeque ambulatio convenit, femine aut crure aut pede laborante. 6, 11 nutrix cogenda est exerceri et ambulationibus et iis operibus quae superiores partes movent. PETRON. 130 ante somnum levissima ambulatione compositus ... cubiculum intravi. PLIN. nat. 11, 232 athletas ambulatione malunt cibos perficere. 25, 169 ab ambulatione propinavere. 26, 13 fricationem corporis, ambulationem, gestationes. 28, 53 prodest ambulatio, gestatio ... equitatio stomacho. QVINT. inst. 11, 3, 19 ambulatio, unctio ... facilis ciborum digestio. CHIRON 47 recta. 238 in ambulationes assidue potionatum exercebis. 277 mediocribus ambulationibus eum exercebis. 359 ambulationibus levibus moveto. SORAN. p. 64 ambulatio infantem prope foris positum pressit (*de parturientibus*). *sensu spiritali*: AVG. in euang. Ioh. 20, 6 ambulatio carnis supra mare. 38, 10 mortua est statio in corpore ambulantis, mortua est ambulatio in corpore stantis, mortua est ambulatio et statio in corpore iacentis. pecc. mer. 2, 13, 20 ambulatio hominis interioris non corporis pedibus sed mentis affectibus et vitae moribus geritur *eqs.* **II** *translate*: *de loco hypaethro quo ambulatur, rarius de porticu contecta* (*saepissime, plus 20^{ies}, apud* VITR.): VARRO rust. 3, 5, 10 ambulatio sub dio (3, 5, 11). CIC. dom. 116. 121 ambulationis postis. de orat. 1, 28 *cum* in ambulationem ventum esset. Tusc. 4, 7 in inferiorem ambulationem descendimus. ad Q. fr. 3, 1, 1 balnearia et ambulatio et aviarium (3, 1, 2). 3, 1, 5 intercolumnia ambulationis. 3, 7, 1 mira Crassipedis ambulatio ablata. CATVLL. 55, 6 in Magni simul ambulatione. VITR. 3, 2, 5 ambulatio ... circa cellam aedis (3, 3, 6). 3, 3, 3 propter angustias impediuntur ambulationes. 5 prooem. 1, 1 Graeci in quadrato ... porticibus fora constituunt ... epistyliis adornant et supra ambulationes in contignationibus faciunt. 5, 9, 1 circa theatra sunt porticus et ambulationes. 5, 9, 6 ornatissimas sub diu hypaethrasque conlocari oporteat in civitatibus ambulationes. 5, 11, 4 hypaethrae ambulationes (5, 9, 9) quas Graeci παραδρομίδας, nostri xysta appellant (6, 7, 5). 5, 11, 1 duorum stadiorum habeant ambulationis circumitionem quod Graeci vocant δίαυλον. 5, 9, 9 ambulationes aperiuntur. 5, 11, 4 in his (*silvis*) perficiantur inter arbores ambulationes. 6, 5, 3 circum porticus pavimentatas spectantes ad palaestras et ambulationes. CELS. 4, 31 mane gestari debet, deinde ferri in ambulationem. SEN. dial. 9, 17, 8 in ambulationibus apertis vagandum. COLVM. 1, 6, 2 ambulationes meridiano aequinoctiali subiectae sint. PETRON. 126 flexitque se in eum daphnona qui ambulationi haerebat. PLIN. nat. 12, 9 in ambulatione Academiae Athenis. 36, 83 pensilem ambulationem Cnidi fecisse traditur *Sostratus.* 36, 85 brevi lacinia milia passuum plura ambulationis continentem *labyrinthum.* PLIN. epist. 5, 6, 17 ambit hunc (*sc. acanthum*) ambulatio pressis varieque tonsis viridibus inclusa. SVET. Aug. 101 silvas et ambulationes in usum populi *construxerat.* CORP. X 7581 <campum> et ambulationes privato <solo fecit>. XIII 2943 <portic>us et ambulat<iones fecerunt>. *nota lusum verborum*: CIC. Att. 4, 10, 1 de illa ambulatione (*cf. infra sub* ambulo *p. 1873, 61*) fors viderit ... nostram ambulationem et Laconicum ... velim ... invisas.

ambulātīva, -ōrum *n. i. q. pompa*: CORP. III 3438 (*Aquinci*) Cl. Pompeius Faustus ... praef(ectus) coll(egii) fabr(orum) itemque patronus duxit coll(egium) s(upra) s(criptum) in ambulativis V Kal. Aug. (*in -tivis litterae* vi *non iam cernuntur, nituntur tamen fide bonarum schedarum*).

ambulātiuncula, -ae *f. ab* ambulatio. *deminutive*: CIC. epist. 2, 12, 2 cum una mehercule ambulatiuncula atque uno sermone omnes fructus provinciae non confero. *de loco*: CIC. Att. 13, 29, 2 tecta ambulatiuncula.

ambulātor, -ōris. GLOSS. περιπατητής, ὁδευτής. CATO agr. 5, 2 vilicus ne sit ambulator (*affert* COLVM. 1, 8, 7). MART. 2, 11, 2 ambulator porticum terit seram. AVG. serm. 242, 10 recedat portator, appareat ambulator. *singularia*: MART. 1, 41, 3 (*i. q. institor, circulatorius*) transtiberinus ambulator qui pallentia sulphurata fractis permutat vitreis. GLOSS. II 566, 21 ambulator, mundator areae. V 169, 22 asturco, equus ambulator. *cf.* GLOSS. *cod. Gud.* Suet. Nero 46 asturconem: i. ambulator<em *aut* -orium> caballum.

f. **ambulātrīx,** -īcis. CATO agr. 143, 1 *uxor vilici* ad cenam nequo eat neve ambulatrix siet.

ambulātōrium, -i. GLOSS. Plac. V 131, 60 peripatos. ambulatorium. [*gen.* angon. *M.-L.*]

ambulātōrius, -a, -um. **1** *de rebus mobilibus*: BELL. Alex. 2, 5 turres (VITR. 10, 13, 3 VEG. mil. 2, 25. 4, 16. 20). PLIN. nat. 21, 80 operculum (*sc. alvorum*) a tergo ambulatorium ut proferatur intus. AVG. civ. 15, 20 *tabernaculum* dei velut templum ambulatorium. **2** *quod ad ambulandum pertinet*: APVL. met. 1, 2 ientaculum ambulatorium (*de prandente in eundo*). TERT. nat. 1, 16 sive stativo vel ambulatorio titulo (*i. sub specie itineris. cf. ibid.* 1, 16, 14 quocunque loco, domi aut peregre). **3** *quod ad ambulandum aptum*: VLP. dig. 8, 5, 8 (*bis*) porticus ambulatoria. *translate de re quae ad alium vel aliud transire vel transferri potest. vox iuridica*: PAPIN. dig. 40, 7, 34 cum prior heres dominus accepturus pecuniam fuit quae causa facit ambulatoriam, ut ita dixerim, condicionem. VLP. dig. 23, 1, 32 ut sit ambulatoria voluntas eius usque ad vitam extremam (44, 4, 4). PAVL. dig. 23, 5, 10 erit ergo potestas legis ambulatoria. COD. Iust. 6, 2, 22, 1^b an furti actio ambulatoria sit.

ambulātūra, -ae *f.* *de bestiis*: CHIRON 261 in ambulandum non sentiet plagam qui et ambulaturam suam perdit (*eadem* VEG. mulom. 3, 5, 3). VEG. mulom. 6, 6, 6 *Persici equi* solius ambulaturae quadam gratia discernuntur a ceteris.

ambulātus, -ūs. ARNOB. nat. 1, 48 Christus enim scitur ... ambulatum dedisse contractis. *Gudeman.*

Ambuleius ager *in Venetis.* IORD. Get. 223 ubi Mincius amnis ... transitur. *V.*

ambulo, -āvī, -ātum, -āre [*cf. c. umbr.* amboltu, *si hoc idem significat atque 'ambulato'. praeter* amb- *praepositionem verbum inesse quod conferendum sit cum gr.* ἀλᾶσθαι, *lett.* alût *'errare' censet Fick, Bezzenberger Beitr. 2, 264. Th.*]. *vox sermonis vulgaris quae ut* vado *verbi eundi loco in communem usum transiit. apud priores praeter* PLAVT. (*43^{ies}*) CIC. (*38^{ies}*) *raro legitur, frequentant* CELS. (*26^{ies}*), SEN. (*27^{ies}*), PLIN. (*18^{ies}*), *deest apud* LVCIL. LVCR. CATVLL. (*qui* ambulatio *semel habet*) CAES. SALL. NEP. VERG. VERG. app. MANIL. CVRT. PERS. LVCAN. VAL. FL. STAT. SIL. IVST. PANEG. SYMM. PRVD. SIDON., *singulis locis extat apud* RHET. Her. LIV. (*ubi alterius verba affert, ipse 6^{ies} verbo* inambulo *utitur*) PHAEDR. TAC. IVV. AMM. CLAVD., *binis apud* PROP. OV. COLVM. *apud christianos peculiari significatione de ratione vivendi usitatissima.* GLOSS. περιπατῶ, ὁδεύω; ambulat βαδίζει, circuit, peragrat, vadit;

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ambulantes, viantes, pergentes, meantes, euntes. DIFF. gramm. VII 526 ambulare incipiunt infantes, inambulant homines (*quam regulam nemo, nisi forte Livius, sibi imposuisse videtur*). NON. p. 331 ire est ambulare. p. 353 niti rursum, ambulare. GELL. 10, 26, 7 volo uti respondeant quantum existiment interesse ʻingrediʼ atque ʻambulareʼ. 16, 8, 14 quae opposita non sunt contraria: ʻaut curris aut ambulas aut stasʼ *eqs.* PAVL. FEST. p. 97 gradi quidem ambulare est. VARRO ling. 8, 59 currens, ambulans . . . ambulaturus; tertia enim praeteriti non sunt, ut cursus sum, ambulatus sum (*cf. etiam* PRISC. gramm. II 375. 377. III 232. 268 PS. ASPER gramm. suppl. 50). *scriptum* ammulantibus INSCR. christ. Brit. 94 *v. p. 1873, 61.* [*val.* âmbla, *it.* andare, *francog.* aller, *hisp.* andar, *francog. vet.* ambler. *M.-L.*]

I proprie: A generatim: 1 *pedibus ire* (*opp.* sedere, stare, currere, volare): PLAVT. Amph. 154 qui hoc noctis solus ambulem? 341 quo ambulas tu? Asin. 427 tamquam si claudus sim, cum fustist ambulandum. Capt. 12 si non ubi sedeas locus est, est ubi ambules. Curc. 220 quasi zona bene cinctus ambulo (Truc. 955 non cum zona ego [nunc meos nego *vel* non ego *trad.*] ambulo). 475 in foro infimo. Epid. 165 ne hinc foras ambulet neve usquam obviam veniat seni. Merc. 942 quin mecum huc intro ambulas? Mil. 272 dormiens in tegulis. Pers. 308 quis hic ansatus ambulat? Poen. 717 age eamus intro :: te sequor :: age, age, ambula. Pseud. 920 ambula ergo cito :: immo otiose volo (APVL. met. 9, 5 otiosus . . . ambulabis). Stich. 113 per urbem quom ambulent. PLAVT. Truc. 527 neque etiam queo *pedibus* . . . ambulare (SVET. Dom. 19 APVL. met. 8, 15. TREB. trig. tyr. 30, 17 cum pedibus. SPART. Sept. Sev. 2, 7 ITIN. Silv. 31, 3 ITIN. Burdig. p. 571, 6 VVLG. Is. 3, 16 AVG. serm. 37, 25 in psalm. 141, 4 ARNOB. in psalm. 65 p. 414[d] EVGIPP. Sev. 4, 10 ITIN. Theod. 2. *cf.* PLIN. nat. 29, 18 alienis pedibus ambulamus [*i. in lectica gestamur*]. APVL. met. 8, 15 nostris [*asinus loquitur*] quoque pedibus ambulabat. *cf.* SEN. dial. 10, 19, 3 ad alienum ambulant *gradum.* CASSIOD. var. 10, 29, 4 absit . . . ut bellator noster ambulet *passibus* alienis). VAL. MAX. 7, 5, 2 num *manibus* solitus esset ambulare. SEN. epist. 111, 3 non exsurgit in plantas nec summis ambulat *digitis.* TER. Hec. 815 ita cursando atque ambulando totum hunc diem contrivi. CIC. Tull. 19 in agro (div. 1, 123 LAMPR. Diad. 5, 2). de orat. 3, 133 vidimus travorso ambulantem foro . . . ita ambulantis et in solio sedentis. Brut. 197 in litore (Att. 13, 52, 1). fin. 5, 47 ambulet, sedeat. Tusc. 1, 7 aut sedens aut ambulans disputavit. fat. 9 ne ut sedeamus quidem aut ambulemus (*bis*). facet. dict. 15 ambula tamquam vir (*ad quem locum haec* MACR. sat. 2, 3, 16: cum Piso gener eius mollius incederet, filia autem concitatius). Att. 2, 23, 1 haec dictitavi ambulans. PVBLIL. T 6 temptando cuncta caeci quoque tuto ambulant. VARRO frg. Serv. Aen. 11, 787 per ignes (VVLG. Is. 43, 2 in igne. Dan. 3, 24 in medio flammae. 3, 92 in medio ignis). VITR. 2, 1, 2 non proni sed erecti. 9, 1, 15 celeriter. OV. ars 3, 304 ambulat ingentis varica fertque gradus. PRIAP. 78, 6 prae fossis. CELS. 1, 3 ambulando fatigatur. 4, 32 delectationis causa, quantum iuvat, ambulare . . . tum gestari. 7, 26 ambulandi . . . exercitatione . . . ambulandi . . . imbecillitas. SEN. contr. 1 praef. 22 per spinosum locum ambulantem suspensos pedes ponere. 9, 6 (29), 13 ex toto (*i. omnino*) puellam ambulare non posse ⟨an non posse *add. Madvig*⟩ usque in exilium. 10, 1, 1 ʻnon ambulabisʼ, inquit, ʻeadem via (SEN. epist. 103, 4 in eadem [q]uia) qua ego, non calcabis vestigia meaʼ (contr. exc. 10, 1). 10, 1, 2. 10, 1, 9. SEN. dial. 4, 35, 2 cum ambulare vult, currit. epist. 55, 1 a gestatione . . . venio non minus fatigatus quam si tantum ambulassem quantum sedi. . . . diu ferri . . . contra naturam est quae pedes dedit ut per nos ambularemus. 66, 36 prudenter ambulare, composite sedere. non enim minus secundum naturam est sedere quam stare aut ambulare (BENED. reg. 7 sedens, ambulans vel stans). 75, 1 si una sederemus aut ambularemus. 85, 41 (PLIN. nat. 8, 23) per funem (*de elephantis*). 87, 4 mulae vivere se ambulando testantur. 113, 18 oportet me ambulare: tunc demum ambulo, cum. nat. 7, 31, 2 tenero et molli incessu suspendimus gradum, non ambulamus sed incedimus (repimus *interpolati*). COLVM. 6, 2, 5 composite. 6, 30, 7 lente ingredi cogatur et, cum ambulaverit, in piscinam demitti eum (*bovem*) conveniet. PETRON. 129 negant enim medici sine nervis homines ambulare posse. PLIN. nat. 7, 19 super ambustam ligni struem. 8, 178 boves . . . et retro ambulantes pascuntur. 10, 42. 111 *de avibus.* 10, 186 *de muribus.* 22, 89 ut a potu ambulent gravidae. 28, 28 mulieres per itinera ambulantes. 29, 138 retro *de gryllo.* MART. 3, 20, 14 sedet ambulatve liber acribus curis. 4, 55, 24 per quod (*sc. silvam*) vel piger ambulet viator. QVINT. inst. 11, 3, 44 standi, ambulandi, sedendi, iacendi vices. FRONTO p. 88, 7 N. facilius ambulo. p. 93, 22 (*index*) si ambulare iam . . . . SVET. AVG. 67 simul (VVLG. Tob. 5, 22 AVG. epist. 2, 11, 10). PAVL. FEST. p. 12 adtingunt magis terram quam ambulant. p. 184 oppido (*adv.*) . . . ambulari. p. 313 coronati. GELL. 16, 8, 9 si Plato ambulat, Plato movetur. APVL. flor. 9 p. 30 stat aut ambulat. met. 6, 30 tui pedes fugere possunt, ambulare nesciunt. 8, 17 canes . . . per omnem nostrum commeatum morsibus ambulare. ALF. dig. 19, 5, 23 secundum Tiberim. PROC. dig. 50, 16, 124 aut sedet aut ambulat. PAPIN. dig. 50, 16, 218 verbum ʻfacereʼ . . . complectitur causam dandi . . . ambulandi. IREN. 3, 12, 9 claudum . . . ambulare fecisset (RVFIN. hist. 1, 13). TRYPH. dig. 41, 1, 63 nihil agens sed (*an* et?) aliter ambulans. VLP. dig. 8, 3, 1 iter est ius eundi, ambulandi homini . . . via est ius eundi et agendi et ambulandi (*delendum censet Mommsen*). HYG. fab. 73 p. 79, 10 antequam posset ambulare *puer.* 89 p. 86, 12 super aquas et aristas *equos.* SOL. 49, 9 contraria est labes ambulantibus. SCHOL. Germ. Bas. p. 92, 17 supra fluctus (ἐπὶ τῶν κυμάτων πορεύεσθαι). LACT. inst. 3, 17, 19 pedes ad ambulandum (opif. 6, 8. 9, 4). 6, 5, 7 conatus et vires ambulandi (AVG. serm. 158, 8 vires). 7, 27, 13 clodi. opif. 3, 9 non modo volandi sed ambulandi quoque usu (5, 7). 5, 1 animalia . . . moveri ad ambulandum. 5, 2 manus non ad ambulandum sed ad faciendum. LAMPR. Alex. 57, 5 levabatur manibus hominum Alexander vixque illi . . . ambulare permissum est. Comm. 9, 6 debiles pedibus et eos qui ambulare non possunt. PALLAD. 1, 9, 2 gradus ambulantium. AVR. VICT. Caes. 31, 5 (*cf.* LIV. 9, 16, 18 *v. p. 1873, 16*). HIL. in psalm. 118, 12 sive ambulans sive residens. FILASTR. 81, 17 excalciatos. AVSON. 133, 1 ambulat insidens caeco pede captus utroque. PAVL. MED. vita Ambr. 14 supra ipsorum sepulchra. AMBR. hex. 5, 1, 4 *de amphibiis et crocodilis.* ITALA Veron. psalm. 134, 17 (Hil. *in h. l.*) pedes habent et non ambulabunt (VVLG. *hic omisit, sed cf. ex. gr.* psalm. 113, 6). ITALA Matth. 9, 5 (Tert. pudic. 8, 22 Aug. in euang. Ioh. 17, 7 *sqq.* Greg. Tur. vit. patr. 8, 7) surge et ambula (Marc. 2, 9. 5, 42 Luc. 5, 23 Ioh. 5, 9 act. 3, 6 iud. 19, 28). VVLG. Ier. 50, 4 Ioh. 21, 18 sap. 13, 19 Tob. 5, 5. 8 II reg. 7, 9 III reg. 19, 8, *passim.* *sed hunc usum absolutum non frequentant christiani, multo saepius praepositionibus, praecipue* per, in, super, supra, *utuntur, quae structura prioribus fere aliena. ex ingenti exemplorum copia confero notabiliora*: ITALA gen. 3, 14 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 7, 4. Aug. de gen. ad litt. 11, 1, 1) *de serpente*: super pectus tuum et ventrem ambulas (VVLG. gradieris). VVLG. eccl. 4, 15 sub sole. Sirach 7, 38 cum lugentibus. Matth. 4, 18 iuxta mare (ITALA codd. a b f g[1] h transire, cod. k praeterire). ITALA lev. 11, 27 (Lugd.) super manus (VVLG. manibus). VVLG. lev. 11, 21 super quattuor pedes (II reg. 16, 13. ITALA Lugd. incedit super). *de deo*: ITALA gen. 3, 8 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 6, 19) in paradiso (VVLG. deambulantis). VVLG. lev. 26, 12 ambulabo inter vos et ero Deus vester. deut. 23, 14 deus tuus ambulat in medio castrorum. psalm. 103, 3 super pennas ventorum. Marc. 2, 23 cum dominus sabbatis ambularet per sata. 6, 48 *Christus* ambulans super mare (*hoc saepe; iam* LACT. epit. 40, 3). apoc. 2, 1 in medio candelabrorum aureorum. AVG. in euang. Ioh. 40, 9 ad faciendam fidem ambulatur in terra (in psalm. 49, 5). AVG. in euang. Ioh. 26, 3 non ad Christum ambulando currimus sed credendo nec motu corporis sed voluntate cordis. ITIN. Silv. 1, 1 ambulantes pervenimus (*passim*). CHIRON (*decies de mulo*). PHYSIOGN. 72. 121. VINDIC. med. 11 infantes . . . animalia. QVEROL. p. 21, 19 in tectis (*de furibus*). SYMPH. 440 in ipsis terris (*sc. taurus*). CYPR. GALL. exod. 1248 socio . . . non ambulo gressu. CAEL. AVR. chron. 5, 3, 57 proni. SORAN. p. **41.** 42 (*de infantibus*). SEDAT. ad Ruric. epist. 8 (*de equo*). BOETH. herm. (βαδίζειν, *plus centies*). ENNOD. opusc. 3, 107 p. 358, 22 alacer. VITA Caes. Arel. 19 per parochias. 25 ad civitatem. 30 per plateam civitatis. 42 tremebundus ante me. 47 incolumis. LEX Sal. 1, 3. 50, 2. 50, 1 (*cod. 2 E, alii* venire, accedere). 50, 3 (*alii codd.* veniat). 51, 1 capit. 4, 5 servus ad sortem (*passim sed semper cum* ad *coniunctum*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 34 in eremo. ISID. epist. 11, 1 confestim ad principem. *nota*: PLAVT. Curc. 621 ambula in ius (625 TER. Phorm. 936) :: non eo. LEX Sal. 60 in mallo (*i. in iudicium*) ante thunginum ambulare debet.

2 *spatiari, circumire, vagari, deambulare, obambulare*: PLAVT. Bacch. 820 terrai odium ambulat. 896 cum illa neque cubat neque ambulat neque osculatur. Cas. 768 lautus exornatusque. Curc. 244 ambula: id lieni optumumst. 288 Graeci palliati capite operto . . . ambulant. Mil. 251 abiit ambulatum, dormit, ornatur, lavat, prandet, potat. Men. 276 prius iam convivae ambulant ante ostium. 706 demiror ubi nunc Messenio ambulet. Merc. 97 in portu. Most. 451 foris. Rud. prol. 7 *Arcturus* noctu sum in caelo clarus atque inter deos, inter mortales ambulo interdius (*versus suspectus*). TER. Ad. 713 defessus sum ambulando. Hec. 435 ut me ambulando rumperet. SCIP. min. or. frg. Gell. 6, 12, 5 qui barba vulsa . . . ambulet. CATO agr. 5, 5 *servus* minus libebit ambulare. or. frg. 10, 5 otiosus ambulas. LEX Corn. (coll. Mos. 1, 3, 1) cum telo (MARCIAN. dig. 48, 8, 1 INST. Iust. 4, 18, 5). CIC. Flacc. 41 cum lorica. de orat. 1, 246 qui eius artis arrogantia quasi difficillima sit ita subnixi ambulant. HOR. epod. 4, 5 superbus (VVLG. Mich. 2, 3). PETRON. 42 utres inflati ambulamus. CLAVD. 18, 307 erecto pectore. HIER. epist. 121, 10 tumens ambulet et incedat inflatus. VVLG. III reg. 21, 27 (Hier. epist. 77, 4) demisso capite (CHIRON 261 submisso capite *de mulo.* AMM. 30, 1, 2 demisse). CIC. de orat. 2, 20 *porticus* . . . ubi nunc ambulamus (inamb- *J*). ac. 2, 80 in porticu Neptuni (fat. 8 in porticu Pompei potius quam in campo ambulemus, tecum quam cum alio). 2, 60 cum in sole ambulem (PLIN. epist. 3, 1, 8) etiam si ego aliam ob causam ambulem. fin. 2, 119 finem fecimus et ambulandi et disputandi. Tusc. 4, 44 noctu ambulat in publico Themistocles (CAPITOL. Gord. 25, 4 publice). 5, 97 Socratem ferunt cum usque ad vesperum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

contentius ambularet . . . respondisse se obsonare ambulando famem. ac. 2, 51 cum Galba (*bis*). div. 1, 8 cum ambulandi causa in Lyceum venissemus. Att. 15, 1ᵃ, 4 cur ego personatus ambulem. CAEL. Cic. epist. 8, 15, 1 bellum ambulando confecerunt (*per iocum*). POLLIO Cic. epist. 10, 31, 6 ambulat et iocatur tecum. VARRO Men. 301 suris . . . natibus apertis. 535 in publico ante tabernas qua populus ambulando . . . porcas reddit. 536 xystis ubi ambulare possint. rust. 1, 16, 4 profestis diebus. HOR. epod. 5, 71 solutus. 8, 14 onusta bacis ambulet. sat. 1, 2, 25 demissis tunicis (*cf.* PORPH. tunicis demissis ambulare est eorum qui se molles ac delicatos velint haberi). 1, 4, 51 ante noctem cum facibus. 1, 4, 65 *sq.* acer. PROP. 2, 4, 23 ambulat et subito mirantur funus amici. 3, 16, 13 quisquis amator erit, Scythicis (Scythiae CORP. IV 1950) licet ambulet oris, nemo adeo ut noceat (feriat CORP. *ibid.*) barbarus esse volet. VITR. 5, 1, 5 supra basilicae contignationem ambulantes. 5, 11, 3 vestiti ambulaverint circum in marginibus. LIV. 9, 16, 17 *sq.* quem cum inambulans ante tabernaculum vocari iussisset . . . 'agedum, lictor, excide radicem hanc', inquit, 'incommodam ambulantibus' (AVR. VICT. Caes. 31, 5). PRIAP. 41, 3 *sq.* inter cruditos . . . ambulet poetas. VAL. MAX. 2, 2, 4 ei puero ante patrem consulem ambulandi ius erat. 3, 6, 3 chlamydato sibi et crepidato Neapoli ambulare deforme non duxit. 6, 5, 1 magister ludi . . . pueros velut am⟨bul⟩andi gratia eductos in castra Romanorum perduxit (PS. FRONTIN. strat. 4, 4, 1 liberos Faliscorum tamquam ambulandi causa extra muros eductos tradidit. *cf.* LIV. 5, 27). 6, 9, 12 egens. CELS. 4, 32 delectationis causa quantum iuvat, ambulare. PHAEDR. app. 8, 1 *sqq. miles* fracte loquendo et ambulando molliter famam cinaedi traxerat. SEN. apoc. 12 populus Romanus ambulabat tamquam liber. clem. 1, 9, 3 percussorem meum securum ambulare patiar? epist. 10, 1. 15, 7. 55, 9 una loquimur, ambulamus, consedimus. 55, 11 mecum cena, mecum ambula. 108, 3. 114, 4. 117, 13 (*bis*). PETRON. 45 dices hic porcos coctos ambulare. 57 capite aperto. 62 sero. PLIN. nat. 9, 55 in litore. 9, 114 nisi calcent ac per uniones etiam ambulent *feminae margaritas gestantes*. MART. 6, 24, 2 togatus. QVINT. inst. 8, 5, 15 loricatus in foro. 11, 3, 127 praecipi et illud scio ne ambulantes avertamur a iudicibus. 11, 3, 130 ambulantem loqui (*cf. sub* ambulatio *p. 1869, 43*). TAC. ann. 1, 13 ambulantis Tiberii genua advolveretur. PLIN. epist. 3, 5, 16 repeto me correptum ab eo cur ambularem. 'poteras', inquit, 'has horas non perdere'. 9, 36, 3 ambulans aut iacens. 9, 36, 5 si diu iacui vel ambulavi. 9, 36, 4 mox cum meis ambulo. paneg. 24 ambulas inter nos, *o Traiane*. IMP. HADR. carm. frg. 1, 2 ambulare per tabernas. SVET. Claud. 28 inter duos consules (SPART. Hadr. 21, 3 inter senatores). FRONTO p. 11, 9 N. *Hesiodo pastori* ambulanti obviam venisse Musas. GELL. 3, 1, 1 in area (13, 25, 2). 11, 3, 1 vespertina ambulatione ambulans. APVL. flor. 21 p. 101 diutius. PORPH. Hor. sat. 1, 1, 46 vacuus. 1, 3, 10 ut ⟨interdum curreret⟩, interdum tardissimo gradu ambularet. CLEM. ad Cor. 17 in pellibus . . . ambulaverunt (περιεπάτησαν). SPART. Hadr. 26, 2 equitavit ambulavitque plurimum. 16, 3 (*v. infra p. 1874, 53*). OBSEQ. 51 multitudo inter sepulchra . . . interdiu ambulare gregatim visa. VVLG. Ios. 6, 13 ambulantes atque clangentes (*de bucinis*). I reg. 9, 14 in medio urbis. 19, 23 ambulabat ingrediens (ἐπορεύετο πορευόμενος, *cod. A*). prov. 1, 15 fili mei ne ambules cum eis. Is. 26, 7 rectus callis iusti ad ambulandum. 35, 9 ambulabunt (*sc. in via sacra*) qui liberati fuerint (*sed subest, ut saepe in comparatione, vis translata, de qua v. infra p. 1876, 45*). eccles. 4, 15 sub sole. 10, 7 principes ambulantes super terram. Ier. 37, 4 in medio populi. Ezech. 28, 14 in medio lapidum ignitorum. Soph. 1, 17 ut caeci (*sic passim*). MACR. sat. 2, 4, 14 in solario. CASSIOD. Ios c. Ap. 2, 117 *Apollinem* ambulare supra terram. LEX Visig. 8, 4, 22 fraudulenter. INSCR. christ. Brit. 94 rogo omnibus ammulantibus (*sic*) ibi exorent pro anima Catuoconi. *nota varias in lusu verborum intermixtus significationes*: CIC. Att. 4, 10, 16 malo sedere . . . tecumque apud te ambulare quam cum eo quocum video esse *ambulandum*, sed de illa *ambulatione* fors viderit (*de Cicerone Pompei assecla intellegenda, sensu prorsus singulari sed cf. usum eccl. p. 1875, 28*), nostram ambulationem (*v. supra p. 1870, 24*) et Laconicum.

3 *de itinere*: PLAVT. Truc. 369 benene ambulatumst (-asti *P*)? CIC. Att. 7, 1, 1 ut philosophi ambulant (*sc. otiose*). 9, 4, 3 si enim recte (*i. satis festinanter*) ambulaverit . . . in ipsum tuum diem incidit *iter*. ITIN. Burdig. p. 571, 6 a Calcidonia. PASS. coron. 9 Diocletianus exinde ad Sirme. VVLG: deut. 2, 14 super latitudinem terrae (Habac. 1, 6). ANON. Vales. 12, 65 chron. I p. 324 rex Theodericus Romam. 15, 88 chron. I p. 328 ambula Constantinopolim ad Iustinum. COD. Theod. 8, 5, 40 ambulandi facultatem (COD. Iust. 12, 50 [51], 9, 1). ENNOD. epist. 3, 4, 4 p. 75, 8 Ravennam. 8, 8, 2 p. 206, 4 sub ea qua ambulare soles velocitate. opusc. 3, 56 p. 345, 10 rogat hominem dei ut ambulet (*sc. ad me*). ORIBAS. syn. 1, 3 p. 803, 7 per agros . . . itinere. GREG. TVR. Franc. 4, 16 CASSIOD. Ios. c. Ap. 118 per provinciam. GREG. M. epist. 1, 45 in Massiliae partibus pro diversis negotiis ambulantes.

4 *subest notio abeundi* (GLOSS. IV 308, 24 ambulavit discessit): PLAVT. Asin. 488 ita facito, age ambula ergo (*i. apage*). Pers. 750 audi. :: surdus sum. :: ambula. Pseud. 263 ambula tu. Trin. 1108 nihil est morae. i, i (moracii *codd.*), ambula, actutum redi. TER. Haut. 380 abeas si sapias. :: . . . manebit. :: . . . ambula. PS. CYPR. mont. 14 dicens: rectum (*fortasse* dierectus *vel* dierectum) ambula. fur . . . refugit de vinea. HIER. epist. 121, 10 neque ambulet de loco. VVLG. iud. 19, 28 surge et ambulemus (ITALA Lugd. eamus; ἀπέλθωμεν). Is. 30, 2 ambulatis ut descendatis in Aegyptum (ITALA, eunt, itis). Bar. 4, 19 ambulate, filii, ambulate (ITALA, abite, abite; βαδίζετε). Ezech. 1, 12 nec revertebantur cum ambularent (1, 17). act. 21, 24 GREG. M. epist. 2, 7. LACT. inst. 7, 12, 29 morientes exire se et proficisci et ambulare (*sc. e vita*) testantes. CORP. V 7274, 6 ambulavit ann⟨o⟩ I. *nota* b e n e a m b u l a (-ato) *formulam bene precantis abituris*: PLAVT. Merc. 327 bene ambulato. :: bene vale. :: bene sit tibi. Mil. 936 b. a., bene rem geras. Asin. 108 Capt. 452 Cas. 526 Epid. 377 Most. 853. Capt. 900 bene ambula et redambula. VVLG. Tob. 5, 21 bene ambuletis (εὐοδωθείητε). *eodem fere sensu sine adverbio*: PLAVT. Pers. 250 abeo. :: et ego abiero. :: ambula. CARM. epigr. 1544, 7 tú qui adstitisti, meí monumenti, ⟨hospes, memor⟩ ambula (*alibi* vale, *sed cf.* abei CARM. epigr. 52, 8). *ad vim redeundi accedit*: LEX Visig. 3, 4, 17 numquam in civitatem ambulare permittatur. 9, 2, 3 ad domum suam ambulaturam demiserat.

B ***speciatim*** *et technice*: **1** *de motu corporis v a l e t u d i n i s c a u s a, saepissime apud* CELS (*30ies*), *raro alibi, nonnulli autem loci etiam ad A 2 trahi possunt.* PLAVT. Curc. 244 Mil. 221 (*v. sub A 2*) *fortasse melius huc pertinent.* CIC. Att. 2, 23, 1 recreandae voculae causa. 9, 7, 7 ut tibi ambulandum, unguendum, sic mihi dormiendum. VARRO Men. 237 exercebam ambulando. ling. 9, 10 si quis in consuetudine ambulandi iam factus sit vatia. CELS. 1, 3 paulum (*bis*). *ibid.* lente. 1, 4 multum (*saepius*). 1, 10 sub divo . . . leniter (3, 16). 3, 15 ambulare, exerceri (5, 28. 6, 6). 3, 21 ambulandum, currendum. 4, 9 exercitatio ambulandi currendique. 4, 10 ambulare, deinde per manus quoque exerceri. 5, 26 moveri, ambulare. 6, 7 diu . . . usque ad lassitudinem. SCRIB. LARG 100 cum intervallum a somno fecerint et quod (*an* quoad?) satis est ambulaverint. SEN. epist. 78, 5 medicus tibi quantum ambules, quantum exercearis monstrabit. 92, 11. FRONTO p. 81, 7 N. lavi . . . ambulavi. ORIBAS. syn. 5, 31 p. 69 antequam ambulit (*i.* -et). **2** *de m i l i t i b u s*: CIC. Att. 8, 14, 1 eo modo autem ambulat Caesar et iis diariis militum celeritatem incitat. ASCON. Scaur. p. 20 cum CCC armatis. PETRON. 82 in exercitu vestro phaecasiati milites ambulant. FLOR. carm. 2 ego nolo Caesar esse, ambulare per Britannos. IMP. HADR. carm. frg. 1, 2 ego nolo Florus esse, ambulare per tabernas (*v. p. 1873, 41*). CYPR. epist. 58, 3 in ipsa militia . . . ambulaverit dominus. LAMPR. Alex. 52, 4 ut ante tribunum quattuor milites ambularent . . . ante legatum decem. SPART. Pesc. 11, 2 securi ambularent et onusti milites. VEG. mil. 3, 6 p. 77, 6 a fronte. 3, 6 p. 78, 10 exercitu. 3, 6 p. 80, 9 paratisque equitibus ac levi armatura ambulantes. 3, 8 p. 85, 17 per loca idonea qua nostrorum ambulat commeatus. ANON. Vales. 11, 53 chron. I p. 316 Odoacer rex exiit de Cremona et ambulavit Mediolanum . . facta est pugna. VVLG. I Macc. 13, 20 Simon et castra eius ambulabant . . . ibant (ἀντιπαρῆγεν . . . ἐπορεύετο). CAES. AREL. reg. mon. 19 inpugna contra gentem. GREG. TVR. glor. conf. 12 rex contra filium suum. CASSIOD. hist. 6, 46 tribus diebus. 10, 28 Ios. c. Ap. 2, 23 LEX Visig. 9, 2, 3. *nota*: SPART. Hadr. 10, 4 cum etiam vicena milia pedibus armatus ambularet, hoc enim verbo hoc exercitii genus nominant (VEG. mil. 1, 27 praecavetur ut . . . tam equites quam pedites educantur ambulatum; hoc enim *eqs.*). VEG. mil. 1, 9 p. 13, 16 *tirones* assiduo exercitio ambulare celeriter et aequaliter discant. 2, 23 p. 59, 1 gradu pleno ambulare vel currere. **3** *in arte c o q u i n a r i a*: APIC. 6, 254 *pullus* agitatur ut ex se ambulet et umorem consumat, *sed vis verbi et singularis et dubia est.*

II ***translate***: **A** *d e h o m i n i b u s rem, vitam agentibus, sim.*: SEN. dial. 9, 11, 1 *sapienti* non timide nec pedetemptim ambulandum est (*seq.* obviam fortunae ire). rem. fort. 2, 2 peregrinatio est vita: cum multum ambulaveris, domum redeundum est. VVLG. lev. 26, 21 ex adverso *et* 27, 40 contra me (ITALA Lugd. veneritis ad me — ibant ante me pravi; ἐπορεύθησαν ἐναντίον μου πλάγιοι). GREG. TVR. Franc. 9, 30 contra eius (*regis*) sacramentum. COD. Iust. 3, 1, 14, 1 viam non inusitatam invenimus ambulandam. 5, 70, 7, 9 legatis . . . legitimum tramitem ambulantibus (*i. rite rem agentibus*). BENED. reg. 5 alieno iudicio et imperio ambulantes. *fortasse huc pertinet* SEN. dial. 10, 19, 3 (*v. p. 1871, 32*). AMBR. Iob 1, 9, 30 super aquas istius saeculi. CASSIOD. var. 11, 40, 1 aequitatis iubeamur ambulare vestigiis. *nota*: TERT. nat. 2, 4 Thales dum totum caelum examinat et ambulat *oculis* (*i. perlustrat caelum*). **B** *per p r o s o p o p o e i a m*: **1** *res corporeae*: CATO agr. 1, 3 mare aut amnis, qua n a v e s ambulant. PLIN. nat. 5, 51 N i l u s inmenso longitudinis spatio ambulans. 18, 317 r u g i s per cocleam ambulantibus. 37, 131 l u c e m velut intus ambulantem alio atque alio loco reddens *gemma*. MART. 3, 2, 7 cedro nunc licet ambules peruncus, l i b e l l e. 7, 48, 5 offendimur ambulante c e n a (*i. cibis celerius sublatis*). IVV. 6, 305 cum iam vertigine t e c t u m ambulat *ebrio*. APVL. met. 3, 18 illa c o r p o r a . . . spiritum mutuantur humanum et sentiunt et audiunt et ambulant. MAR. VICTORIN. verb. script. 5 *de sole et luna*: (6) sol quod per annum ambulat, luna illud triginta diebus currere digno-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scitur. peragrantes *eqs.* AMBR. hex. 5,11,32 si quando supernatant fluctibus *cete*, ambulare insulas putes. AVG. in psalm. 32, 10. serm. 2 eat ergo ecclesia, ambulet. ITIN. Theod. 22 ipsi montes ante ipsum ambulabant. *de umore in corpore vel de sanguine*: CHIRON 171 per naribus (*sic* 185. 243 per nares). 558 de naribus. 10 bene ambulantes spurcitias sanguinis. **665** ipsa fissura. **635.** 660. **2** *res incorporeae*: CIC. nat. deor. 3, 27 naturae non artificiose ambulantis, ut ait Zeno. PETRON. 12 rerum venalium . . . fidem male ambulantem (*i. vacillantem, dubiam*). APVL. met. 3, 5 stricto mucrone per totam domum caedes ambulet. AMBROSIAST. in I Thess. 1, 7 in locis quibus fama illorum ambulabat. VVLG. psalm. 84, 14 *iustitia* ante eum ambulabit (ITALA Veron. praeibit) et ponet in via gressus suos. Matth. 12, 43 ambulat (διέρχεται) per loca . . . arida spiritus (Luc. 11, 24). PS. AVG. serm. 311, 1 cum quo (*sc. cultore eleemosynarum*) ambulat patrimonium immortale. COD. Iust. 7, 6, 1, 12 triplex antea via libertatis . . . uno deiecto tramite discat ambulare. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 284 lex per cunctos homines ambulavit. *iuridico sensu, de re ad alium vel aliud transeunte*: PLIN. nat. 10, 139 quod . . . caput translatum per omnes leges ambulavit. GAIVS dig. 4, 4, 15 per plures quoque personas si emptio ambulaverit, idem iuris est. VLP. dig. 5, 3, 8 si per multos ambulaverit possessio. 27, 11, 2 cum dominio bonorum possessio. 7, 1, 25 stipulatio. PAVL. dig. 4, 5, 7 obligationes cum capite ambulant. COD. Iust. 5, 3, 20, 6 ut aequis passibus utraque ambulet tam dos quam donatio. LEX Sal. capit. **1**, 7 si mulier *vidua* cum dote sua ad alias nuptias ambulare voluerit (*cf. ibid.* ad alium maritum se donare, se dare). *cf.* ambulatorius *p. 1870, 56.*

C *peculiari sensu apud christianos de vita religiosa degenda*: AVG. in psalm. 32, 10 serm. 2 *itinera* bonorum operum . . . est ambulare nostrum. serm. 58, 9 cotidie . . . tuae manus ambulant . . . quid est ambulare manus? dent, fac opera bona. 147, 6 dominum amare ambulare est. 141, 4 multi bene ambulant pedibus et male ambulant moribus (*sic passim*). 169, 15 quid est ambulare? breviter dico, proficere. EVCHER. form. 8 p. 49, 5 ambulare: ad dominum tendere.

1 CLEM. ad Cor. 3 ambulare voluerunt non digne Christo. FILASTR. 91, 3 neminem errare ex eis sed ambulare bene omnes. ITALA Phil. 3, 17 *sq.* (Lucif. Athan. 2, 28 p. 199, 19) qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Col. 2, 18 (Lucif. non conv. 10 p. 20, 9) in humilitate et religione angelorum quae videtur (*sic*) ambulans sine causa (VVLG. quae non vidit ambulans, frustra; *ἃ ἑώρακεν ἐμβατεύων, εἰκῇ*). Ephes. 5, 7 (Lucif. non conv. 14 p. 31, 31) sicut filii lucis (*sic saepe*). Rom. 13, 12 (Priscill. tract. 5, 85) reiectis saeculi tenebris tamquam in die honeste ambuletis. ITALA Ezech. 28, 15 (Aug. civ. 11, 15) ambulasti in diebus tuis sine vitio (Hier. in Ezech. *l. c.* fuisti immaculatus. Tert. adv. Marc. 2, 10 fuisti invituperabilis. Tycon. 7 p. 83, 12 *et* Ps. Arnob. confl. 2, 27 p. 311ᴬ abiisti sine macula. VVLG. perfectus in viis tuis a die condicionis tuae. *ἐγενήθης [om. cod. A; alii ἐπορεύθης] σὺ ἄμωμος ἐν ταῖς ἡμέραις σου*). VVLG. prov. 10, 9. 11, 26. 28, 18. ITALA I Ioh. 2, 6 (Hier. epist. 54, 2 Salv. gub. 3, 15 Aug. epist. in Ioh. 1, 9) quomodo ambulavit et ipse ambulare. FAVST. REI. grat. 1, 8 p. 25, 27 alio loco populum ambulantem concessa arbitrii libertate sic arguit. VVLG. gen. 5, 22 cum deo (*saepius*). RVRIC. epist. 2, 37 vobiscum. AVG. in euang. Ioh. 22, 8 ambulare vis? ego sum via. c. Parm. 2, 6 in media nocte ambulas etiam per diem.

VVLG. Bar. 5, 7 *Israel* diligenter in honorem dei (ITALA Rem. ingrediatur). Iob 29, 3 ad lumen eius. AVG. in psalm. 30, 12 serm. 2 non ad hominis nomen. 58, 10 serm. 2 ad lucernam prophetiae. PROSP. in psalm. 106, 38 iumenta et pecora dicuntur in ecclesia simpliciter ambulantia. **2** in *deo, domino, sim.*: ITALA Phil. 3, 16 (Mar. Victorin. Ambrosiast l. c.) in eo ambulemus (codd. d g ad hoc ipsum convenire. Theod. Mops. eadem constare regula. VVLG. in eadem permaneamus regula; *τῷ αὐτῷ στοιχεῖν*). Is. 45, 14 (Mar. Victorin. adv. Arrium 1, 26) in te ambulabunt (VVLG. ad te transibunt). VVLG. Col. 2, 6 II Ioh. 2, 6. AVG. in psalm. 66, 5 per me atque in me. serm. 169, 15. 170, 11 in epist. Ioh. 1, 11 *saepius.* **3** in via (viis), semita *dei, patris, sim.* (*sescenties, nusquam tamen in novo testamento ut nec 4 nec 5, rarissime cum abl., saepius cum acc.*): ITALA Is. 42, 24 (Filastr. 79, 3) in viis dei. deut. 8, 6 (Lugd.). iud. 4, 9 (Lugd.) qua tu ambulabis. psalm. 127, 1 (Veron.). VVLG. prov. 3, 23 fiducialiter in via tua (ITALA Vind. eas). FAVSTIN. trin. 7, 2 in viis domini (AVG. in psalm. 188, 25 serm. 1). HIER. tract. in psalm. 1 p. 292, 14 pedes nostri ambulant in via diaboli. SALV. gub. 3, 20 in vestigiis domini sui. **4** per viam, vias *sim.*: VVLG. Iud. 2, 19. prov. 2, 13 per tenebrosas vias. Bar. 4, 2 (ITALA Rem. perambula, *διόδευσον*). deut. 5, 33 (ITALA Lugd. secundum viam). III reg. 8, 36. AVG. serm. 189, 4 noli erubescere dei esse iumentum . . . ambula per viam, sedet super te (*sc. Christus*).

5 post *aliquem vel aliquod i. q. sequi*: ITALA deut. 13, 4 (Hil. in psalm. 118 daleth 2) post dominum deum tuum ambulabis (Lugd. ibis. VVLG. sequimini). *sic saepius.* VVLG. deut. 11, 28 post alienos deos (Is. **45, 14** Ier. 7, 6 HIER. epist. 78, 27). Ier. 2, 23 Baalim. AMBR. fug. saec. 9, 45 post ipsum cogitationibus. VVLG. Ezech. 20, 39 post idola. Ier. 2, 5 post vanitatem. 3, 17 post pravitatem cordis (16, 12).

6 secundum *cum nomine incorporeo*: ITALA sap. 6, 5 (Hier. epist. 140, 17) secundum voluntatem (ITALA Clem. ad Cor. 3 ingreditur). Iud. 2, 16 secundum desideria (2, 18). Rom. 14, 15 secundum caritatem (II Ioh. 2, 6 AVG. contin. 11, 11). 8, 1 secundum carnem (8, 4. 13 II Cor. 10, 2 *saepius*). **7** *cum subst. locum modumque significante*: in tenebris: ITALA psalm. 81, 5 (Veron. Priscill. tract. 1, 21 Aug. civ. 20, 3) VVLG. Iob 24, 17 Is. 9, 2. 50, 10 Ioh. 8, 12. 12, 35 eccles. 2, 14 *saep.*

in lumine *vel* luce dei: VVLG. Is. 2, 5 psalm. 88, 16 AVG. in epist. Ioh. 1, 11. in conspectu dei. VVLG. gen. 24, 40. 48, 15 III reg. 8, 25 act. 3, 6 HIER. epist. 22, 32. ITALA psalm. 11, 9 (Aug. civ. 12, 14 *sqq.*) in circuitu impii. VVLG. psalm. 22, 4 in medio umbrae mortis. Mich. 4, 5 (*bis*) in nomine dei (Zach. 10, 12). Is. 1, 12 in atriis meis. psalm. 54, 15 in domo (HIER. epist. 58, 1). 130, 1 neque ambulavi in magnis neque in mirabilibus super me (ITALA Veron. ingressus sum). **8** in via (viis), per viam, semitam *cum gen. nominis incorporei*: FAVSTIN. trin. 6, 1 in viis tenebrarum. VVLG. prov. 5, 6 vitae. 8, 20 iustitiae (HIER. in Is. 26, 7 AVG. in psalm. 38, 11). 9, 6 prudentiae. Bar. 4, 13 mandatorum. AVG. in psalm. 67, 8 peccatorum (145, 19). 141, 7 caritatis. *saepius.* **9** in *vel* per *cum nomine incorporeo fere centies, rarae aliae praepositiones*: BARNAB. 10, 4 quasi (*talis particula solum hic et* Rom. 13, 13) in simplicitate (*cf.* VVLG. III reg. 9, 4 in simplicitate cordis). *creberrime haec*: in lege, in legitimis (*plus 25ᵛᵉˢ, primum* ITALA Clem. ad Cor. 1).

in praeceptis (*in uno libro* Ezech. *undecies*): PRISCILL. tract. 5, 88 in praeceptis dei ambulantibus viam . . . posuit in salutem. in mandatis: ITALA II par. 17, 4 (Lucif. Athan. 1, 22 p. 104, 20) in mandatis eius (VVLG. in praeceptis eius perrexit). VVLG. Bar. 1, 18 (ITALA ire). HIER. epist. 121, 8 in mandatis eius et iustificationibus. ITALA II Cor. 10, 3 (Priscill. tract. 6, 98) in carne (*sic saepe*). in iudiciis, iustitia, aequitate, vanitate, peccatis: ITALA Eph. 2, 1 (Lucif. non conv. 14 p. 31, 13) in delictis et peccatis. ITALA Eph. 2, 10 (Lucif. Athan. 2, 28 p. 198, 16) in operibus (AVG. in psalm. 77, 10). ITALA Rom. 6, 4 (Priscill. tract. 6, 108 can. 78, 11 Hier. epist. 69, 7 AVG. civ. 20, 10, *duobus locis conflatis*) in novitate vitae ambulamus. 7, 6 serviamus in novitate spiritus et non in vetustate litterae. HERM. Pal. vis. 3, 5, 1 in castitate et sanctitate dei. AVG. epist. 55, 26 ita et nos in novitate vitae ambulemus . . . ambulamus ergo in re laboris sed in spe quietis, in carne vetustatis sed in fide novitatis. *singularia*: LVCIF. non conv. 14 p. 32, 10 in omni bonitate. VVLG. II Cor. 4, 2 in astutia. Eph. 5, 2 in dilectione. Ier. 44, 23 in testimoniis. Iob 18, 8 in maculis. Is. 57, 2 in directione. Mich. 6, 10 in voluptatibus. I Petr. 4, 3 in luxuriis. II Petr. 2, 10 in concupiscentia inmunditiae. psalm. 83, 13 in innocentia. IV reg. 17, 19 in erroribus. Sirach 4, 18 in tentatione. HIER. adv. Pelag. 3, 13 qui ambulat in via et graditur in lege. AVG. in psalm. 30, 5 in humilitate (serm. **142**, 2 in humili). 39, 9 ambula et tu non illis aquis ubi Petrus aliquid significans sed aliis. *sic saepius, propriam et translatam notionem, ut adsolet, artificiose intermiscens, ex. gr.*: AVG. epist. 217, 4 *et* VVLG. Rom. 13, 13 non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et aemulatione. VVLG. II Cor. 5, 7 per fidem . . . per speciem (I Thess. 4, 1 II Thess. 3, 6 I Ioh. 2, 6 AVG. civ. 19, 14. 18 in psalm. 123, 2 epist. 55, 26 retract. 1, 7, 4). AVG. serm. **12**, 5 per fidem veritatis. *cf.* 88, 4. VVLG. Sirach 13, 16 cum subversione tua. VVLG. Marc. 7, 5 non iuxta traditionem (ITALA *cod. a* non sequuntur). II Petr. 3, 3 iuxta concupiscentias. III reg. 17, 8 iuxta ritum. *sim.*

1. **āmentum, ammentum,** -ī *n.* [*dubiae originis. sunt qui conferant c.* apio apere copula, *item c.* ames (*v. Corssen, Krit. Nachtr. p. 267*); *cum vocabulo umbrico* arsmor *'ritus, institutiones' vel sim. ad radicem quandam* ad- *'firmare' pertinere coniecit v. Planta, Gramm. d. osk.-umbr. Dialekte I 295. Th.*]. PAVL. FEST. p. 12 ammenta, quibus ut mitti possint vinciuntur iacula sive solearum lora, ex Graeco quod est ἅμματα sic appellata vel quia aptantes ea ad mentum trahunt. SERV. Aen. 9, 662 ammentum est lorum quo media hasta religatur et iacitur. GLOSSA Barthiana (Serv. ed. Thilo-Hagen III 2 p. 527, 23) amentum est lorum quo hasta manui alligatur quod ⟨. . .⟩ius 'amientum' ait (*cf. l. 77*). ISID. orig. 16, 25, 5 *qua radice* examen *ab eadem* et in lanceis (lancibus *pars codd.*) amentum dicitur. 18, 7, 5 *v. infra l. 74*. GLOSS. amentum (adm-): ligamentum; ligamentum hastae (in missile); ligamentum quod est in media hasta; iaculorum vinculum; corrigia lanceae quae etiam ansula est ad iactandum; agimenta: augmenta hastarum. II 16, 29 *et* 51 ammentum ἅμμα λόγχης, λῶρόν ἐστιν ὅθεν κατέχεται ἡ λόγχη. 25, 34 a[r]mentum ἅμμα τῶν ἀκοντίων. amentis: sceptloum (*anglos.*). [*sard.* amentu, *hisp. vet.* amiento. *M.-L.*] *de scriptura*: *in vetustis libris* VERG. *et* OROS. *scriptum est* ammentum, *item saepe in recentioribus*, amentum *quod viderim testimonio graviore caret. maxime notabilis forma* agm- *in vetustissimis codd.* OROS. (*cf. etiam* CLAVD. *sub* amento), adm- (*ex* amm- *falso derivata*) *semel in Agobardino* TERT. (*v.* amentatio), *passim in* GLOSS.; NOT. Tir. 51, 35 *pro* admentum *videtur legendum* alimentum. *lorum in missilibus*: CAES. Gall. 5, 48, 5 ut tragulam cum epistula ad ammentum (*sic α*, am- *β*) deligata intra munitionem castrorum abiciat. VERG. Aen. 9, 665 intendunt acris arcus ammentaque (*sic MPR*) torquent (*non sat bene* SERV.: pro tela ammentis torquent). OV. met. 7, 788 digitos amentis addere tempto. 12, 321 inserit amento digitos (*sic vulgo*; insertis digitis telo *M*). LIV. 37, 41, 4 umor arcus fundasque et iaculorum amenta emollierat. SEN. Phaedr. 812 ammentum digitis tende prioribus. PLIN. nat. 7, 201 iaculum cum ammento *primus fecit Aetolus*. SIL. 4, 15 hasta iuvatur ammento *ab arma parantibus* (*cf.* 1, 318 levi torquetur lancea nodo). 9, 509 velut ammento contorta hastilia turbo adiuvat. 13, 159 indignatus opem ammenti socioque iuvare expulsum nodo iaculum atque accersere vires Taurea vibrabat nudis conatibus hastam. STAT. Theb. 4, 153 quibus haut ammenta nec enses triste micant. 11, 440 explorarique furentum in digitis amenta *pugnaturorum*. 12, 723 amentaque dextris laxa tenens. QVINT. inst. 9, 4, 9 mihi compositione velut amentis quibusdam nervisve intendi et concitari sententiae videntur. [TERT scorp. 1 p. 145, 29 admenta *Agob. falso pro* adinventa.] PRVD. psych. 324 lancea torto emicat amento. OROS. hist. 5, 15, 16 hastilia telorum, quae manu intorquere sine ammentis (*sic cod. Laur. saec. VI*, amentis *codd. saec. VIII*). ISID. orig. 18, 7, 5 lancea est amentum in medio habens. dicta autem lancea quod aequa lance id est aequali amento ponderata vibratur. 18, 7, 6 amentum vinculum est iaculorum hastilium quod mediis hastis aptatur. et inde amentum quod media hasta religatur ut iaculetur. *i. q. ipsum iaculum* (*cf.* GLOSS. II 257, 15 βερoῦτα, εἶδος ἀκοντίου): AMM. 31, 15, 13 nullo ferme telo vel funditoris amento incassum excusso. *in aliis machinis*: OROS. hist. 6, 11, 3 pluvio die, cum hostilium machinarum agmenta (*sic codd. saec. VI et VIII*) nervique elanguerant. *in solea*: PLIN. nat. 34, 31 *Corneliae statua* soleis . . sine ammento insignis.

derivata: amento, amentatus.

2. **amentum,** -ī *n. orig. inc.* THEOD. PRISC. eup. faen. 47 pulvere amenti i. aluminis scissi *sic cod. Rom.*, amenti i. *omittunt ceteri codd.*

Amēnus, -a *v.* Amoenus.

(**āmeat**) *inter alia verbi* meare *composita* NOT. Tir. 80, 39[a].

ameos *v.* ami.

Diodorus **amerē** (*i.* ἀμερῆ) *dicit esse principia mundi* RVFIN. Clement. 8, 15. *V.*

Ameria, -ae *f. opp. Vmbriae tribu Clustumina, hodie* Amelia; *cf. Hülsen, PW. I 1826. graece* Ἀμερία, *sed* STEPH. BYZ. Ἀμέριον ... ὡς Ῥήγιον. τὸ δὲ ἐθνικὸν Ἀμερῖνος. Amar- *v. infra l. 29 et 42 et sub* Amerida. *nomen conferendum cum* Amerius. CIC. S. Rosc. 18. 19. 23. 26 *al.* PAVL. FEST. p. 21 Ameria urbs in Vmbria ab Amiro sic appellata. PLIN. nat. 3, 114 Ameriam . . . Cato ante Persei bellum conditam annis DCCCCLXIIII prodiit. LIB. pontif. p. 161, 7 civitates quas a Langubardis tenebantur, Sutrio . . . Ameria. TAB. Peut. 5, 2 Ameria. CORP. VI 32515 a 42 (*a. 119*) Ameriā. 32526 III 31 (*a. 197*) Amer(iā). XI 3614 (*Caene, init. saec. II*) Ameriae. RAVENN. p. 274, 1. *adi.* **Amerīnus,** -a, -um. CATO agr. 11, 5 cor[cu]bulas amerinas. VERG. georg. 1, 265 Amerina parant lentae retinacula viti (*cf.* SERV. virgas, de quibus vites ligantur: quae virgae abundant circa Amerinum oppidum Italiae . . . (auct.:) alii genus salicis dicunt dispari colore a cetera salice, nam est rubra . . .; quae nunc quoque Amerina a rusticis dicitur. COLVM. 4, 30, 4 Sabinae salicis, quam plurimi vocant Amerinam. . . . Amerina salix gracilem virgam et rutilam gerit. PLIN. nat. 16, 177. 1, 24, 37 medicinae ex . . . iunipero XXI, salice XIIII, Amerina I. 24, 58 *salicis* Amerinae nigrae semen. GLOSS. V 342, 4 amer⟨in⟩a genus salicis. LIB. gloss. amer⟨in⟩a: ⟨l⟩ora. amarina genus virgulti amari [*lugdun.* ambro *salix. M.-L.*]). CELS. 2, 24 malum . . . Amerinum (4, 26 COLVM. 5, 10, 19. PLIN. nat. 15, 50 [temeriana, demerina *plerique*]. 15, 58. 59. MACR. sat. 3, 19, 2 *ex Cloatio.* *omisso mali vocabulo*: STAT. silv. 1, 6, 18 massis Amerina non perustis). PLIN. nat. 15, 55 *pira* serissima omnium Amerina, Picentina . . . . 24, 67 scopis Amerinis. CIC. S. Rosc. 120 Amerina disciplina patris familiae rusticani. CIC. S. Rosc. 15 municeps Amerinus. 76 in agro Amerino. PLIN. epist. 8, 20, 3 Amerina praedia. SIDON. epist. 2, 2, 2 municipis Amerini (municipii Amerini *vel* Camerini *plerique*). LIB. col. I grom. p. 224, 11 ager Amerinus lege imp. Augusti est assignatus. CONC. Rom. a. 465 (Thiel epist. pontif. I p. 160) Hilario Amerino *episcopo*. a. 487 (*ibid.* p. 259). a. 499 p. 400, 40. 408, 46 Sallustius episcopus ecclesiae Amerinae (Amar- *pars codd.*). a. 649 (Mansi X p. 866[D]). SERV. georg. 1, 265 circa Amerinum oppidum Italiae. *via Amerina*, *cf. Corp. XI p. 639.* CORP. IX 5833 (*Auximi, imp. Hadriano*) cur(atori) viār(um) . . . Amerinae. *castellum* **Amerīnum,** *cf. Corp. XI p. 639.* TAB. Peut. 5, 2 castello Amerino. **Amerīnī,** -ōrum *incolae.* CIC. S. Rosc. 17 duobus Rosciis Amerinis. 24 Amerinis. 127 a legatis Amerinorum. VAL. MAX. 6, 5, 1? PLIN. nat. 2, 148. 3, 113. SIL. 8, 460 his populi fortes: Amerinus et . . . Camers . . . et . . . Tudertes. CORP. IX 1584 (*Beneventi*) cur(atori) Amerinor(um). XI 4382 (*Ameriae*) curatori kal(endarii) Amerinorum . . . ark(arius) reip(ublicae) Amerinor(um) (*cf.* 4404). 4421 servo publico Amerinorum. 4350? 4390.

Amerīnus *nom. vir.* CORP. XI 4472 (*Ameriae*) Naeviae Nympheni deliciu(m) . . ., Amerino delicium. III 1884 (*in Dalm., periit*) Amerinus. 9858 (*cf.* p. 2270). VIII 16765 (*in prov. procos.*) Amerinus. *quidam ex his possunt re vera Amerimni fuisse.* *nom. gent.* CORP. XI 4362 (*Ameriae*) G. Amerino Felici militi cohor. III vig. *Otto.*

amerimnon, -ī *n.*, ἀμέριμνον *herba.* PLIN. nat. 1, 25, 102 aizoum maius . . . sive amerimnon. 25, 160. *V.*

Amerimnus *nom. servorum et infimae sortis virorum*, Ἀμέριμνος, *Romae frequentissimum, aliis locis raro inventum. fuit in usu iam inde ab initiis aetatis imperatoriae nec videtur christianis placuisse. scriptum* Amerymnus *et* Amerumnus, *v. infra.* CORP. VI 200, 5, 52. 53 (*a. 70*). 353 (*a. 51*) M. Aídius Servíliaí Aviol. lib. Amerimnus. 699 Ti. Claudius Amerimnus léctor curiatus. 5746 C. Iulius Syrianthi l. Amerymnus . . . C. Iulius divi Aug. l. Felix Ivatianus. 6487 Amerimnus Norbani. 7305 Amerim⟨nus⟩ L. Volusi Satu⟨rnini⟩ consulis *a. 3 p. Chr.* 11543 Amerimnus Caesaris. 11544 Amerymno . . . Beryllus. 19822 C. Iulius C. l. Amerimnus. 21421 Livia Eglecte fecit M. Iulio Amerimno filio suo. 26946 P. Sulpicio Amerimno. 32444 Amerimnus lib. INSCR. christ. ap. Murat. 1825, 9 (*Romae*) Amerimnus Rufinae coiugi. CORP. XIV 1026 (*Ostiae*) T. Flavi Amerimni. 2639 (*Tusculi*). 2836 (*in agro Praenestino*). IX 5863 (*Auximi*) Amerimnus *servus.* X 1403 g 1, 20 (*Herculanei*) C. Opsius C. l. Amerimnus. 2177 (*Puteolis*). 3949 (*Capuae*). IV 2139. V 94 (*Polae*) M. Petrónio M. l. Amerimno. 1775 (*Fori Iuli*) Flavidius (mulieris) l. Amerimnus. 8336 (*Aquileiae*). XII 1002 (*Glani*) Amerimnus lib. CONST. veteran. 14 p. 1960 test. 7 P. Atini Amerimni (*a. 82*) *al.* CORP. XV 2172 (*in latere, saec. I*) Iuli Amerumni. 7660 (*in fistulis, saec. II fere med.*) P. Postumius Amerimnus. X 8059, 444 (*in signaculo*). XI 6689, 206 (*in tegulis*) Q. Rusticeli Amerymni. III 14115, 36 (*in vasculo*)? *eiusdem nominis forma muliebris*

Amerimnia. CORP. VI 11542 Amerimnia mater . . . Victorino filio.

Amerimniānus *cogn. vir.* CORP. VI 1632 M. Valerio M. f. Pal. Ame-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rimniano . . . M. Valerius M. f. Amerimnus pater . . . . natus eques Romanus in vico Iugario.

Amerīnus, -a, -um *v.* Ameria.

Ameriola, -ae *f. opp. Latii; cf. Hülsen, PW. I 1827.* Amariola NOT. Tir. 88, 72 (*cf. sub* Ameria). LIV. 1, 38, 4 Corniculum, Ficulea vetus, . . . Ameriola . . . haec de Priscis Latinis aut qui ad Latinos defecerant, capta oppida. PLIN. nat. 3, 68 fuere in Latio clara oppida . . . Crustumerium, Ameriola (Crustumeridia *sim. codd.*). 3, 70 ita ex antiquo Latio LIII populi interiere sine vestigiis.

Amerius, -a *nom. gent., cf.* Amurius, *etr.* amre, amriϑi (*W. Schulze, Eigennamen p. 121*); Amirus (-o); Ammius. CORP. IX 2152 (*in Hirpinis, periit*) Q. Publicius Priscinus Ameriae Ianuariae con. INSCR. Rostowzew, tess. plumb. 1121.

Ameryllis *v.* Amaryllis.

Ameryllus *nom. vir. graec., cf.* Amaryllis. CORP. V 3235 (*Veronae*) Iunonib(us) sacrum, Ameryllus. *Otto.*

(**ames**), -itis *m.* (COLVM.) [*orig. inc.; sunt qui conferant c.* a(m)mentum, *q. v. Th.*]. [*hisp.* andas. *M.-L.*] PAVL. FEST. p. 21 amites: perticae aucupales. GLOSS. amites: στάλικες. ἰξευτικοὶ κάλαμοι. fustes aucupales. perticae aucupum. loergae, reftras (*anglos.*). *in aucupio*: HOR. epod. 2, 33 aut amite levi rara tendit retia, turdis edacibus dolos (PORPH. amites hodieque appellantur forculae quibus retia in venatione vel in aucupio suspenduntur; *inde* GLOSS. V 441, 58 SCHOL. amites dicuntur conti, in quibus ligantur retia, quibus aves maxime capiuntur. ideo 'levi', quia asperitas lignorum tollitur quando ad usum vocantur; et a genetivo incipit hoc nomen declinari quemadmodum 'pecudis'). PALLAD. 10, 12 nunc in amitibus apparetur aucupium noctuae. *in aliis usibus*: COLVM. 9, 1, 3 per transversa laterum cava *vivarii* transmittuntur amites, qui exitus ferarum observent. ITALA exod. 30, 4 (Aug. quaest. hept. 2, 132) et erunt arcus amitibus (ψαλίδες ταῖς σκυτάλαις; anuli *et* vectes *liberius dicit* VVLG.) ita ut tollatur illud (*altare*) in eis (*inde* Aug. *l. l.* thecas . . . quibus amites inducerentur). PALLAD. 7, 2, 3 duo brevissimi temones . . . velut amites basternarum SCHOL. Iuv. 3, 245 assere duro: amite lecticae. ISID. orig. 18, 7, 3 (*eadem* SCHOL. T Verg. Aen. 5, 208) trudes amites (hastae *Arevalo ex codd.*) sunt cum lunato ferro id est ferrati fustes. *V.*

Ames *opp. tribus Issachar.* HIER. nom. hebr. p. 24, 24 Ames (Ammes *FH*): robustus. *cf.* VVLG. Ios. 19, 20 Abes; LXX (*cod. Alex.*) Ἀεμε.

Amesa *et* **Amessa** *v.* Amasa. **Amesiās, Amessiās** *v.* Amasias.

Amēstratus, -ī (Amastra) *opp. Siciliae; cf. Hülsen, PW. I 1828.* STEPH. BYZ. Ἀμήστρατος . . . τὸ ἐϑνικὸν Ἀμηστρατῖνος. CIC. Verr. 4, 101 Amestrati (*locat.*, Amastr- *Lag. 42*). SIL. 14, 267 comitata Menaeis | venit Amastra viris. **Amēstratīnus** *adi. et incolarum vocabulum.* CIC. Verr. 4, 88 Amestratini. . . . legati Amestratini. 4, 89 Amestratinos, homines tenues. 6, 133. 4, 172 Amestratinum *frumentum.*

? **Ameta.** CORP. III 14366[5] (*in Norico*) Sporae Ametae l. (*si integrum est nomen*). *Otto.*

ametabolus, -a, -um, ἀμετάβολος. MAR. VICTORIN. gramm. VI 38, 12 *liquidae* virtus . . . ametabola, quae a tenore suo non immutetur. 37, 6 liquidarum, quas ametabolas diximus. 56, 23 carmina . . . ἀμετάβολα et μεταβολικά. *V.*

Ameterninae *lapidicinae, in vicinia Romae*: VITR. 2, 7, 1. *cf. Hülsen, Berl. Philol. Wochenschr. 1899 p. 35.*

? **Ametghesa** *cogn. mul.* CORP. X 7699 (*Caralibus*) Rutiliae C. f. Ametghesae. *Otto.*

Ameth *v.* Emath.

Amethysta, Amethystē *v.* Amethystus *p. 1888, 38.*

amethystinātus, -a, -um *amethystinis ornatus.* MART. 2, 57, 2 amethystinatus **media** qui secat Saepta.

amethystinus, -a, -um, ἀμεϑύστινος. PLIN. nat. 21, 45 amethyst⟨in⟩um *colorem.* MART. 1, 96, 7 vestes. 10, 49, 1 trientes (*pocula*). 14, 154 lanae amethystinae. ebria Sidoniae cum sim de sanguine conchae, non video quare sobria lana vocer. SVET. Nero 32 cum interdixisset usum amethystini ac Tyrii coloris. PRVD. psych. 860 sardonychen pingunt amethystina *stagna.* VEN. FORT. carm. 8, 3, 265 amethystina (-ena *trad.*) vitta (Mart. 3, 470 amat- *unus cod.*). *subst. neutr.*: IVV. 7, 136 purpura vendit (*i. commendat*) causidicum, vendunt amethystina *i. vestes. medicamentum oculorum*: INSCR. Espérandieu cachets d'oculistes 97. 102 (amath-). NOT. Tir. 98, 60.

amethystizōn, -ontis, *ἀμεϑυστίζων. PLIN. nat. 37, 93 *carbunculos* optimos vero amethystizontas, hoc est quorum extremus igniculus in amethysti violam exeat. ISID. orig. 16, 9, 5 amethystizon.

amethystos (-us), -ī *f.* (*m.* ISID. orig. 16, 9, 1), ἀμέϑυστος *gemma. v. Nies, PW. I 1828. male mensuratur* āmethysto CYPR. GALL exod. 1102. OV. ars 3, 181 *vestis* color . . . imitatur . . . purpureas amethystos. PLIN. nat. 1, 9, 65 de amethysto tinguendo. 1, 37, 40 de . . . amethysto. 9, 135 amethysti color eximius ille. 9, 139 non est satis abstulisse gemmae nomen amethystum, rursum absolutum inebriatur Tyrio. [21, 45 *v. supra l. 62.*] 37, 51 adulterandis . . . amethystis. 37, 80 amethysti fulgens purpura. 37, 91 amethysti. 37, 93 *v. supra l. 74.* 37, 121 principatum amethysti tenent Indicae . . . (*nominantur aliae*) . . . causam nominis adferunt quod usque ad vini colorem accedens, priusquam eum degustet, in violam desinat fulgor, alii quia sit quiddam in purpura illa non ex toto igneum, sed in vini colorem deficiens (*secuntur plura, ad quae cf.* ISID. orig. 16, 9, 1). 37, 125 ille emicans in amethysto fulgor violaceus. VLP. dig. 34, 2, 19, 17 smaragdi, chrysolithi, amethysti. AVIEN. orb. terr. 1325 rubore suffuso blando . . . amethystos. SCHOL. Hor. carm. 1, 36, 14. VVLG. exod. 28, 19 ligurius, achates et amethystus (39, 12 *cf.* HIER. epist. 64, 16 AVELL. p. 744, 19. 751, 14. 753, 1. 754, 26 *totum caput* de lapide amethysto. 755, 15. 757, 21 CYPR. GALL. exod. 1102). apoc. 21, 20. [HIER. in Is. 66, 13 p. 810 *lege* aetiten.] CLAVD. 8, 587 (SIDON. carm. 11, 21) PRISC. periheg. 1022 (-os) GREG. TVR. stell. 5 NOT. Tir. 98, 59 (-um). *herba*: Ps. APVL. herb. 86 cynocephalion . . . alii ametiston. *incerta res est de vite inerticula, quam credunt dixisse* amethyston COLVM. 3, 2, 24, *ubi tamen in codd. est* amarcion (*v.* amargion *p. 1814, 71*); *item* amaracion ISID. orig. 17, 5, 24, sobriam *appellat* PLIN. nat. 14, 31. *V.*

Amethystus, Ἀμέϑυστος, *nom. servis et humili loco natis viris iam inde ab initiis aetatis imperatoriae inditum; ad posteriora saecula non videtur durasse. frequentissimum fuit Romae, extra Italiam rarum. scr. etiam sine* h, Amae-, -ustus, -istus; Amat- *v. infra p. 1888, 27 al. 43.* CORP. VI 200, 1, 33 (*a. 70*) M. Caerellius Amethystus 4898 Amethysto Orfiti ser(vo). 7914 Iuliae Fortunatae Amethysti filiae. 12611 Sex. Atili Amaetysti. 12943. 24420. 28947. 29233 M. Vlpius Amethystus. 35021. XIV 482 (*Ostiae*) C. Iulius Pothi l. Amethystus. 581 M. Antonius Panérotis Aug. l. l. Amethystus. IX 3623 (*Aveiae*) T. Caeseno Ametisto. 4028 (*Alba Fucente*) Sestuleio Ametysto. X 374 (*in agro Atinati*) F. Amatistus. 825 (*Pompeis, a. 45*) Q. Pompeio Amethysto. 1403, a, 1, 8 (*Herculanei*) Q. Novius Q. l. Amethystus. 4267 (*Capuae*) P. Amathystus. 5451 (*Aquini, periit*) M. Betutius ⟨A⟩m⟨e⟩tistu⟨s⟩. INSCR. Notiz. degli scavi 1899 p. 451 (*Brundisi*) Cn. Pomponius ⟨C⟩n. l. Amethus⟨tus⟩. CORP. XI 2266 (*Clusi*) Amethystus *servus.* V 6851 (*Augustae Praetor.*). INSCR. Notiz. degli scavi 1901 p. 194 (*in Piceno*) T. Stl⟨a⟩bill⟨e⟩no Amaetusto. CORP. XIII 1093 (*in Aquitania*) Amathust(us). 1819 (*in prov. Lugud.*). 1818 (*saec. II*). III 6260 (*in Dacia*). II 2716 (*in Hispan. Tarrac.*) Ametysthus. 4218 Cn. Gavio Cn. Gavi Severi filio Quir. Amethysto Balearico Palmensi et Guiuntano. XV 7383 (*in fistula*) Amethysti Drusi Caesar(is *servi vel liberti*). III 14371[5] (*in amphora*). **Amethysta,** -ae *et* **Amethystē,** -ēs *nom. mul.* CORP. VI 11549 d. m. Amethystes . . . Cn. Domitius Theseus coniug. 16349 Cornelia Amethyste. 29258 (*periit*) M. Vlpio Primigenio Iulia Amaethyste. IX 2675 (*Aeserniae*) Cn. Mario Cn. f. Tro. Severo . . . Pontia Amethys⟨ta⟩. X 414 (*Volceis, periit. 'suspecta'*) Manilia Amatista. 4820 (*Teani Sidicini, periit*) C. Vibio C. f. Quir. Norbano Pomponia Amethusta coniugi. **Ametyssiānus** *cogn. vir.* CORP. IX 4028 (*Alba Fucente*) Sestuleius Ametyssianus . . . Sestuleio Ametysto filio.

Ametīnī, -ōrum. CORP. X 6440 (*Priverni, periit*) curatori coloniae Privernatium, Nepesinorum, Ametinorum et Truentinatium. *cf.* Ament- *et* Amit- *sim.*

Ametīnum *v.* Amitinum. **Ametistus** *v.* Amethystus.

Ametius, -a *nom. gent., cf. etrusc.* amϑni (CORP. inscr. etrusc. I 4209 *al.*) *et* Ametinum (Ametusa?), Amit-, Amatius; Ammius. CORP. VI 1063, 2, 8 (*a. 212*) Ameti Felix *vigil* (*vocat.*). XII 4605 (*Narbone, periit*) Ametiae (mulieris) l. Restitutae. *Otto.*

ametros, -on, ἄμετρος. CHAR. gramm. I 288, 2 *in Saturniis* novum genus pedum est et ipsum ametron. PORPH. Hor. sat. 1, 4, 47 ametros (inmetros *trad.*) sermo. *V.*

Ametusa *nom. servi* (*cf.* Ametius?). CORP. X 5702 (*inter Arpinum et Soram*) P. Petroni (mulieris) l. Ametusae.

Ametyssiānus *v.* Amethystus *p. 1888, 45.*

Ametystus *v.* Amethystus.

Ameucnus fons *Hispaniae.* CORP. II 5084 (*in Hispan. Tarrac.*) Nymphis fontis Ameucn(i) L. Terentius L. f. Homullus iunior leg. leg. VII g. f. *Otto.*

ab **amf-, Amf-** *quae incipiunt graeca v. sub* amph-.

[**amfariam**] *v.* ambifariam.

[**amflexa** MELA 3, 2, 16; *in codd. est* adflexa.]

amfractus *v.* anfractus. *latuerunt tum schedulae quae exhibent locos hos*: LIV. 32, 11, 2 montium (38, 23, 6) . . . amfractus callesque nosse. 38, 7, 3 per litorum amfractus. 38, 45, 9 viarum. PLIN. nat. 2, 179 quae in amfractu pilae latuere, sideribus. Ps. CYPR. singul. cler. 27 per sanctos cavillationis amfractus. OPT. PORF. carm. 6, 6 *cf.* schol. carm. 3. 22, 1. *V.*

Amfus *rex Sicyonius* Ἄπις: EXC. barb. chron. min. Frick p. 292, 20.

Amgatheus *nom. vir. german.* LEX Burg. lib. const. praef. 14 Amgathei (Angathei, Agathei *alii*) comitis. *Otto.*

ami, -eos *vel indecl. n.*, ἄμι, *genus seminis. non declinatur apud* SCRIB. LARG. PLIN. MARCELL. med. 20, 33. SCRIB. LARG. 121 stoechadis, dauci, ami (amii *trad.*), singulorum p. X. PLIN. nat. 1, 20, 58 medicinae ex . . . ami. 20, 163 est cumino simillimum quod Graeci vocant ami (*seq. descriptio*). 20, 264 ami *gen.* MARCELL. med. 17, 52 ameos . . . II (20, 88. 30, 51), *at* 20, 33 ami X VIII. THEOD. PRISC. log. 94 hoc est ameos . . . semen. CASS. FEL. 44 p. 112, 1 ameos id est seminis vilicionis (48 p. 124, 11). APIC. 1, 29 ammeos unc. IS. 2, 53

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ammi ammiscebis. *forma vulgaris ex gen. (omisso* semen) *deducta*

ameos, -ī. DIOSC. 3, 66 de ameos. ameos multi ipsum cuminum Aethiopicum aut basilicen dicunt. ORIBAS. syn. 4, 1 ameos *(nom.)*. GALEN. alfab. 27 amei semen. GLOSS. ameos: pes milvinus. berola. herba; semen eius quasi apii semen. basilice id est ameos. semen nucleum. cuminum Aethiopicum id est ameos. ἄνθος ἄμμιος: flores de ameo. ameus: lino. *neutr.* DIOSC. Vind. C 60ʳ αμιουμ αλεξανδρινουμ. *V.*

Ami, אָמִי, *nom. vir. hebr.* VVLG. I Esdr. 2, 57 filii Ami (Ammi *cod. Amiatin.*). *cf.* Amon.

1. Amia *nom. mul. hispanum, cf.* 3. Am(m)a. CORP. II 3062 *(in Hispan. Tarrac.)* Amia Aelariq(um?). 5712 <. . .>utuda Amia. 5686 <A>mia Prisca Elena . . . Alfius Proculus uxori. 2368 *(in Hispan. Baet., periit)* A. Iunius Peregrinus uxori Amiae Sisaniae. *v. etiam* Ammia *et* Ammius, -a *nom. gent.*

2. Amia: robustus domini vel populus domini: HIER. nom. hebr. p. 44, 15. *cf.* VVLG. IV reg. 14, 1 (Amasias). *Otto.*

3. Amia *v.* Ammia.

Amianta *v.* Amiantus *l. 63.*

Amianthis, Amiantis *v.* Amiantus *l. 56.*

amiantus (-um RVFIN.), -ī *m.*, ἀμίαντος, *lapis.* PLIN. nat. 1, 36, 30 amiantus, medicinae ex eo II. 36, 139 amiantus alumini similis nihil igni deperdit. hic veneficiis resistit omnibus, privatim magorum. AMBR. Hel. 7, 19 est quaedam creaturae natura, quam amiantum vocant, nulla facilis igni consumi . . . talia erant Hebraeorum puerorum corpora . . . de ieiunio in amianti transformata naturam. RVFIN. Adamant. 5, 8 amiantum cum igni traditur permanet incorruptum. ISID. orig. 16, 4, 19 amiantos appellatus a veteribus eo quod si ex ipso vestis fuerit contexta *(inde* GLOSS. III 509, 74 amianton genus li[g]ni; *cf.* 536, 8), contra ignem resistit *(secuntur Pliniana)*. *herba*: PS. APVL. herb. 48 Graeci callitrichon, . . . alii amianthon. *V.*

Amiantus *et* **Amianthus** *(utraque scriptura aeque usitata)*, Ἀμίαντος, *nom. servorum humillimorumque hominum, frequentissimum Romae iam inde ab aetate Caesaris Augusti, alibi rarius. fere omnia exempla ad priora p. Chr. saecula pertinent.* CORP. I^2 p. 69 XIII *(a. 1 p. Chr.)* Amianthus *servus.* VI 157 *(a. 131)* Mercurius Amianti. 975 *(a. 136)*, 3, 52 Ti. Claudius Ti. l. Amianthus. 3937 Amiantus Augustae *(Liviae)* l. 4040 <A>mianthus Liviae ad Venerem. 4328 Amiantus Germanici Caesaris caclator. 5091 Ti. Claudio A<ug. l.> Amiantho. 5455 P. Nonius Amiatus. 8781b. 11552 Amiantho Aug. lib. 11921 Fabius Amiantus. 28699 Ti. Claudio Aug. l. Amiantho. INSCR. christ. Notiz. degli scavi 1902 p. 367 *(Romae)* M. Aur. Amiantus. CORP. XIV 1686 *(Ostiae)*. 2637 *(Tusculi)* M. Tusculánio Amiantho mag(istro) aeditu(orum) Castoris Polluc(is). IX 575 *(Venusiae)*. X 85 *(Vibone)* Turillius Amiantus. 500 *(Paesti)* Vinnius Amiantus. 647 *(Salerni)*. 1403 g 2, 13 *(Herculanei)* A. Troilus A. l. Amiantus. IV 1844 Amianthus. 1859. 1905. 1936. 1942. 1809. XI 18 *(Ravennae)*. INSCR. Notiz. degli scavi 1900 p. 139 *(Spoleti)* C. Seius C. l. Amiantus. CORP. V 2856 *(Patavi)*. XIII 5239 *(in Germ. sup.)*. III 2362 *(in Dalmat.)*. 5453 *(in Norico)* Iulius Dií lib. Amianthus. 6776 *(in Lycaonia)* T. Ael. Amiantus Aug. lib. 7045 *(in Phrygia)* Fl. Eutychiae matri . . . Amiantus Aug. lib. II 4301 *(in Hisp. Tarrac.)* Ti. Claudius Amiantus. 4576 Iulius Amianthus. 5102 *(in Hisp. Baet.)*. VIII 12724 *(Carthagine)*. HIST. Apoll. rec. B 33 Amiante *vilice.* 35. *deest nomen in rec. A; Riese ex* ταμίας *ortum putat.* **Amiantis, Amianthis**, -idis, Ἀμιαντίς, *nom. mul. dat.* Amianti *et* -idi. CORP. VI 11554 Amianti matri. 24580 *(periit)* Pompiliae Amianthide . . . Caecilius Crispinus. INSCR. christ. Notiz. degli scavi 1902 p. 367 *(Romae)* M. Aur. Amiantus Aurelie Amiati filie. CORP. X 500 *(Paesti)* Vinniae Amiantidi Vinnius Amiantus *pater.* 5593 *(Fabrateriae novae)* Attia C. l. Amianthis. II 4576 *(in Hispan. Tarrac., periit)* Iuliae Amiantidi . . . Iulius Amianthus *pater. corruptum videtur* **Amianta**: CORP. V 6020 *(Mediolani, periit)* Hygiae L. f. Amiantae ('*ante fuit in codice* Archintae').

1. Amiānus *nom. vir. barbar., cf.* 2. Ammius. CORP. XIII 4583 *(in Gall. Belg.)* Caran<t>odia Amiani filia. *in vasculis Gallicis* CORP. XIII 10010, 108 Amianus f. *sim. cf.* Ammianus *sub* Ammius. *Otto.*

2. Amiānus, Amias *v.* Amm-.

amiās, -ae *m.*, ἀμίας, *piscis; v. A. Marx, PW. I 1829.* LVCIL. 1304 Marx: sume rete atque amian (PAVL. FEST. p. 21 amian genus piscis). PLIN. nat. 1, 9, 19 amiae, scombri. 9, 49 piscium genus omne praecipua celeritate adolescit, maxime in Ponto. . . . amian (-am *trad.*) vocant. ISID. orig. 12, 6, 33 hamia (amio *vulgo*) saxatilis dextra sinistraque lateribus virgis puniceis perpetuis aliisque coloribus designatur: dictus hamia quia non capitur nisi hamo. *V.*

Amiat- *v.* Amiant-. **amibibus** *v.* hamibibus.

amīca *v.* amicus *p. 1912, 54.*

Amica *legitur in vasculo Gallico* CORP. XIII 10010, 2893 d. *Otto.*

amīcābilis, -e *ab* amicus, amicare. NOVELL. Iust. 86, 2 per amicabilem conventum (κατὰ φιλικὴν συμβίβασιν) dissolvant *litigantes*, quae dubia sunt. 95, 1, 2 mittere ad eum amicabilem epistolam (φιλίαν ἐπιστολήν). CORP. V 1709, 2 *(christ.)* egregius Simplicius amicabilis ab omnibus notus. *cf. sub* amicalis. *adv.* **amīcābiliter**. GLOSS. V 615, 19 est amiciter. *cf. sub* amiciter. PS. HIER. epist. 5, 4 meritos amicabiliter castigari. AVG. serm. ed. Mai 72, 1 *homini* amicabiliter suam imaginem propinavit *deus.* VITA Fulg. 8 amicabiliter ad se venientes. 66 salutans. SCHOL. Stat. Ach. 1, 404 Paris amicabiliter est susceptus hospitio. SCHOL. Hor. Vind. ars 411 *sub* amice. NOVELL. Iust. 53, 3, 1 liberare se ab adversarii sui contentione amicabiliter (φιλικῶς). [IVLIAN. epit. novell. 63, 3 *in uno cod. et aliq. edd.*: nisi provocatio sit subsecuta aut aliter definita aut amicabiliter sopita. *verba* aut aliter . . . sopita *recte om. rell. codd. et edd.; cf.* NOVELL. Iust. 69, 2 *med.*)].

amīcālis, -e *ab* amicus. GLOSS. φιλικός. CORP. III 7086, 3 in honorem templi Iovis amicalis *(cf.* Ζεὺς φίλιος *in nummis Pergam.: Brit. Mus. Cat. Mysia p. 141 nr. 259 sqq.)*. APVL. mund. 37 *Iovem* plures . . . frugiferum vocant, multi urbis custodem, alii hospitalem, amicalem *eqs.* VLP. (TRIBON.?) dig. 17, 1, 10, 7 non animo procuratoris intervenit, sed affectionem amicalem promisit. AVG. civ. 19, 8 p. 368 prohibeat . . . amica conloquia, interdicat amicalem . . . affectum. gen. ad litt. 11, 15 p. 348, 7 *duorum amorum* alter amicalis *(sc. caritas)*, alter invidus. 11, 42 p. 378, 7 *Adam* non carnis victus concupiscentia . . . , sed amicali quadam benevolentia *erga mulierem peccati fit particeps.* fid. invis. 1, 2 quomodo amicali (-abili *aliq. codd.*) benevolentiae vicem rependis? bon. coniug. 1, 1 sine . . . commixtione *utriusque sexus* . . . amicalis quaedam et germana coniunctio. 9, 9 in quo *(genere humano)* societas amicalis magnum bonum est. SIDON. epist. 1, 3, 2 *oblatratores* in eum licet stimulis inimicalibus excitentur, scamnis tamen amicalibus deputabuntur. VEREC. in cant. 9, 53 vitia diversis aspergit, quos sibi fecerit amicales *diabolus.* GILD. Brit. 1 chron. III p. 27, 22 debitum . . . vile quidem, sed fidele . . . et amicale quibusque egregiis Christi tironibus. COD. Iust. 1, 2, 22, 1 iudiciali termino vel amicali compositione. 1, 3, 50 (51) per iudicialem sententiam vel amicalem conventionem (6, 58, 15, 5 transactionem). VEN. FORT. carm. app. 9, 2 mittit amicalis dulcia poma manus. NOT. Tir. 35, 92. *adv.* **amīcāliter**. LIB. geneal. chron. I p. 185, 458 iudicans. VEN. FORT. carm. praef. 6 haec . . . intimorum auribus . . . amicaliter . . . conlatura committas. *Hey.*

Amīcālis *nom. vir.* LVCID. Faust. Rei. epist. 2 praescr. Amicali *episcopo.* *Otto.*

amīcārius, -ī *m.* DIOM. gramm. I 326, 13 amica amicarius ἐρωμενοπάροχος ἐρωμενοπώλης ἐρωμεναγοράστης. *Hey.*

Amicēnsēs *pop. Sarmaticus a Constantio deletus.* AMM. 17, 13, 19.

[**Amicia**] *cogn. corruptum.* CORP. XIV 2353 *(in agro Albano, periit)* L. Iu<l>io Amicia <et> Ar<t>emisie uxori eius <et> Amiciae fil. *Otto.*

amicīmen, -inis *n. ab* amicire. *vestimentum*: APVL. met. 11, 9 mulieres candido splendentes amicimine. 11, 23 linteo rudique me contectum amicimine. *Gudeman.*

acc. **amicinum** [*inc. orig. Th.*] utris pediculum ex quo vinum defunditur PAVL. FEST. p. 15. GLOSS. II 16, 23 amicinus ἀσκοῦ στόμα (248, 4. 490, 65). 566, 20 os utris. *V.*

amicio, -uī *vel* -ixī, *post etiam* -iī, -ictum *vel* -icītum, -īre [*ab* am(b)- *et* iacere *ductum. Th.*]. PAVL. FEST. p. 17 *ab* 'amb-' amiciri, amburbium *etc.* VARRO ling. 5, 132 *v. s. v.* amictus. DIOM. gramm. I 367 amicio amicui, ut Brutus laudatione Appii Claudii 'qui te toga praetexta amicuit', sed Varro in cynorhetore 'celerius mater amixit'. NOT. Tir. 97, 82^a amixit. GLOSS. amicio περιβάλλω ἱμάτιον. περιβάλλομαι ἱμάτιον (ἱματίῳ) est amicior. amicit vestit. amicitur tegitur aut velatur, induitur, vestitur. amiciantur operiantur, amicitum amictum vestitum. amiciti erunt (amicuerunt *coni. Goetz*) texerunt. amictitur *mero ut videtur errore* DIFF. Suet. 308 *(v. sub* amictus). *nota formas*: PLAVT. Persa 307 amicibor. FRONTO p. 228, 10 N. amicisse. AVG. c. Iul. 5, 2, 7 amicierint.

I ***proprie***: *de hominibus qui se vel aliquem vestimento circumdant, tegunt, velant; opp.* induere. **1** *absolute*: PLAVT. Cas. 723 magnifice patricieque amicirier. Persa 307 subnixis alis me inferam atque amicibor gloriose. Pseud. 1275 palliolatim amictus. Rud. 577 tegillo amictus, eodem tectus esse soleo, si pluit. frg. inc. 26 amictus non sum commode. VARRO Men. 232 celerius mater amixit. PROP. 3, 21, 8 extremo dormit amicta toro. SEN. contr. 10 praef. 2 *Scaurus* saepe dum amicitur, discebat. PETRON. 26 amicimur ergo diligenter. SVET. Vesp. 21 *dum* calciabat ipse se et amiciebat. VLP. dig. 34, 23, 1 vestimenta . . . induendi praecingendi amiciendi insternendi iniciendi incubandique causa parata sunt. GELL. 1, 5, 2 quod indutus et amictus esset. 16, 19, 14 *Arion* de more cinctus, amictus, ornatus . . . cantavit. APVL. met. 2, 19 diribitores plusculi splendide amicti. ITALA Matth. 6, 29 (cod. k, Aug. civ. 10, 14) nec Salomon in tanta gloria (cod. k in omni claritate) sua sic amictus est (cod. a vestiebatur, cod. h vestitus est, *ceteri et* VVLG. coopertus). AVG. c. Iul. 5, 27 quas partes corporis amicierint, perizomatum nomine satis evidenter expressum est. IVL. VAL. 3, 50 *Amazones* amictae vero *(sc.* ita, *ut videtur subintellegendum)*, ut in picturis est visere unimammas.

de oratore togam iam indutam apte componente: QVINT. inst. 11, 3, 149 quomodo debeat amiciri nescientis est. PLIN. epist. 2, 3, 2 surgit, amicitur, incipit. *nota*: HIL. myst. 8, 20 deo enim non placent nisi communia et participata et amicta *(malim* amica *vel* non amicta *sc. dona)*. **2** *addita re qua quis amicitur, praecipue toga, pallio,*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tunica, stola, sim.: NON. p. 406 toga vestimentum quo in foro amicimur. BRVT. or. frg. Diom. gramm. I p. 367, 27 qui te toga praetexta amicuit. CIC. Catil. 2, 22 manicatis et talaribus tunicis velis amictos, non togis. Pis. 73 qua (*sc. toga*) sum amictus. Phil. 2, 85 amictus purpurea. de orat. 3, 127 pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset (VAL. MAX. 2, 7, 9 toga ... amictum, ... tunica indutum. 3, 7 pr. Cato ... nulla indutus tunica, sed tantummodo praetexta amictus egit. GELL. 7, 10, 4 tunica ... indutus et pallio versicolore amictus). CIC. Brut. 56 erat laena amicta. *nota lusum verborum et figuram etymologicam*: CIC. div. 2, 143 *Alcibiades* visus est in somnis amicae esse amictus amiculo. VARRO Men. 462 nitidi ephebi veste pulla candidi | modeste amictus (*in versu corrupto,* amicti *coni. Palmerius*). VAL. MAX. 6, 9 ext. 1 perlucida veste amictus. PETRON. 65 amictus veste alba. 97 amictus discoloria veste. FIRM. err. 4, 2 delicatis amicti vestibus. SERV. Aen. 2, 92 atra veste amiciuntur. VVLG. II Macc. 3, 33 eisdem vestibus amicti. AVG. soliloq. 2, 16, 30 feminibus vestibus ... amiciri. LIV. 7, 34, 15 sagulo gregali amictus (AVSON. 458, 4 sagulo amicitur. AMM. 14, 4, 3 coloratis sagulis ... amicti). LIV. 23, 19, 18 statua ... amicta toga. VAL. MAX. 1, 8, 7 purpureo paludamento amictum. PAVL. FEST. p. 89 flammeo amicitur nubens. SEN. Herc. f. 627 lugubribus amicta coniunx. PLIN. epist. 4, 11, 3 Graeco pallio amictus. 8, 4, 5 Clitumnus ... amictus ornatusque praetexta. SVET. Cal. 22 aureum iconicum amiciebatur cotidie veste. Dom. 4 crepidatus purpureaque amictus toga Graecanica. FRONTO p. 12, 13 N. amicti cocco ... luteo ... ostro et purpura. APVL. met. 2, 7 linea tunica mundule amicta. apol. 44 quem puro pallio amiciat. flor. 14 p. 18 pallio cadavera operiri et philosophos amiciri. ITALA apoc. 7, 9. 13 erant amicti stolas albas (περιβεβλημένοι στολὰς λευκάς. VVLG. stolis albis). 17, 4 mulier amicta (περιβεβλημένη. VVLG. circumdata) erat purpura. HERM. Pal. vis. 5, 1 vir ... amictus pellem albam (*cod. L* περικείμενος δέρμα λευκόν, *rell.* pelle alba). SOL. 52, 27 nationes amictae vestitu tergorum. 53, 17 habitu quo Liberum patrem amiciri videmus. TREB. trig. tyr. 23, 3 amictus a militibus peplo imperatorio. VOPISC. quatt. tyr. 9, 3 cyclade uxoria amictus. 10, 1 qui amicuerunt purpuram. ARNOB. nat. 2, 66 corticibus contegi et amiciri desierint pellibus. AMM. 29, 1, 31 linteis indumentis amictus. HIER. epist. 147, 8 amiciris linteis. VVLG. I reg. 28, 14 amictus est pallio. Esth. 8, 15 amictus serico pallio atque purpureo. Marc. 14, 51 amictus sindone. apoc. 11, 3 amicti saccis. thren. 4, 2 amicti auro primo. AVG. civ. 15, 20 amiciuntur pallio, verum etiam clavam ferunt. c. Faust. 20, 21 lana et lino ... amiciamini. MART. CAP. 6, 580 *feminam* amictam ... peplo. CORP. XI 1420 togis pullis amictos. *de bestiis*: OV. fast. 2, 298 ibat ovis lana corpus amicta sua. PETRON. 55 pavo ... plumato amictus aureo Babylonico.

II ***translate*:** **1** *de hominibus deisque re corporea quasi veste tectis circumdatis*: VERG. Aen. 1, 516 nube cava speculantur amicti. HOR. carm. 1, 2, 31 *Apollo* nube candentis umeros amictus (FRONTO p. 213, 22 N. ut poetae ferunt amiciri deos nubibus. VVLG. apoc. 10, 1 angelum amictum nube). VVLG. psalm. 103, 2 amictus lumine sicut vestimento. apoc. 12, 1 mulier amicta sole et luna. *nota structuram singularem*: OV. met. 5, 546 ille ... fulvis amicitur in alis (M^1 *deest*, M^2 ab, *N* qui nascitur alis). *apud* ECCL. *de re incorporea*: AMBR. hex. 5, 23, 80 ea te amictum *fide* exitus vitae huius inveniat. Isaac 5, 43 non ficulneae foliis adopertam sed sancto amictam *spiritu*.

2 *de rebus re aliqua vestitis involutis ornatis*: CATVLL. 63, 70 nive amicta loca. 64, 311 laeva colum molli lana retinebat amictum. HOR. epod. 17, 22 ossa pelle amicta lurida. epist. 1, 16, 3 amicta vitibus ulmo (OV. met. 10, 100 Pont. 3, 8, 13). 2, 1, 270 tus et odores et piper et quidquid chartis amicitur ineptis. OV. fast. 1, 153 formatis amicitur (*nonnulli codd.*, operitur *alii*) frondibus arbor. FLOR. epit. 1, 11, 5 amicti vitibus montes. FRONTO p. 228, 10 N. partem alteram (*sc. mundi a Iove diffissi*) luce, alteram tenebris amicisse. VVLG. Ier. 43, 12 amicietur terra Aegypti sicut amicitur pastor pallio suo. apoc. 18, 16 vae civitas (*i. urbs*) illa magna quae amicta erat bysso et purpura et cocco (περιβεβλημένη βύσσινον κτλ.). **3** *res incorporeae aliqua re involutae ornatae*: FRONTO p. 22, 8 N. eodem cultu ... oratio quoque amicienda. p. 96, 20 laborandum est ne procerae illae sententiae male sint amictae. p. 228, 10. CLAVD. 22, 136 *luxuries* fucata genas et amicta dolosis inlecebris torvos auro circumlinit hydros. MACR. somn. 1, 12, 13 anima ... luminosi corporis amicitur accessu. MART. CAP. 3, 221 Camena parvo phaleras parat libello et vult amicta (*sic recte cod. β*) fictis commenta ferre primum. SIDON. epist. 8, 9, 2 sic ingenia maeroribus, ut pisciculi retibus, amiciuntur. *Gudeman.*

amicirculus *v.* hemic-.

Amīcissimus, -a *cogn.; cf.* Amicus. CORP. X 185 (*Potentiae*) Q. Dinius Vemes et Clodia Amicissime mater et pater Q. Dinio Amicissimo filio. *Otto.*

amīciter *v.* amicus *p. 1914, 63.*

amīcitia, -ae *f.* [*ab* amicus. *Th.*]. CIC. Lael. 26 amor ..., ex quo amicitia nominata est. *sim.* fin. 2, 78 PAVL. FEST. p. 15, 6 AVG. c. Pelag. 1, 1, 1. ameicitia: LEX agr. (Corp. I 200) 75. 79. amicities: LVCR. 5, 1019 amicitiem (-am *B*). *cf.* PLIN. serm. dub. Char. gramm. I 118, 15 amicities, ut planities luxuries mollities et similia, veteri dignitate. ceterum rationis via debet amicitia dici *eqs.* *de plurali v. IV 1. nota* SERV. Aen. 1, 409 elocutiones ... unius partis utrique sufficientes, ut 'tenemur amicitiis'; ridiculum enim est, si addas 'mutuis', cum amicitiae utrumque significent, sicut Fronto testatur. GLOSS. φιλία sodalitas, necessitudo, adfinitas. *definitiones v. sub I 1. admodum rarum ap. poetas praeter comicos* (CATVLL. *4 exempla*, LVCR. *3*, VERG. *2*, HOR. *7*, PROP. *1*, OV. *19*, MANIL. *6*, VAL. FL. *1*, SIL. *1*, STAT. *3*, MART. *10*, IVV. *3*). *iuncturas (IV) a significationibus separavi, exemplorum delectum dedi.*

I *de* ***privata*** *singulorum hominum consuetudine et coniunctione*: **1** *proprie*: **a** *generatim*: *definitiones*: CIC. inv. 2, 166 amicitia *est* voluntas erga aliquem rerum bonarum illius ipsius causa, quem diligit, cum eius pari voluntate (AVG. divers. quaest. 31, 3 *al.*). Lael. 20 est ... amicitia nihil aliud nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate consensio (AVG. c. acad. 3, 6, 13). PORPH. Hor. carm. 2, 17, 5 ex illa amicitiae definitione, qua[m] dicunt amicitiam animam unam esse et (*codd.* in) duo corpora (*cf.* 1, 3, 8 *et sub* amicus). AVG. epist. 130, 6, 13 amicitia non angustis finibus terminanda est: omnes enim, quibus amor et dilectio debetur, amplectitur. *proverbia et sententiae* (*cf. Otto, Sprichw. p. 19 sq.*): CIC. Lael. 22 non aqua, non igni, ut aiunt, pluribus locis utimur quam amicitia. CIC. Planc. 5 vetus ... lex iustae amicitiae, ut idem amici semper velint. CIC. Lael. 32 verae amicitiae sempiternae sunt. LIV. 40, 46, 12 in proverbium venit, amicitias immortales, ⟨mortales⟩ inimicitias debere esse. HIER. epist. 3, 6. CIC. Lael. 67 verum ... est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit. SALL. Catil. 20, 4 idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. *sim.* Iug. 31, 14. *cf. Weyman, Archiv 13 (1904) 263.* RHET. Her. 2, 23, 35 *v. sub* amor. CIC. Quinct. 26 veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur. S. Rosc. 111 idcirco amicitiae comparantur, ut commune commodum mutuis officiis gubernetur. 112 duas res sanctissimas ..., amicitiam et fidem. Planc. 5. part. 88 amicitiae ... caritate et amore cernuntur. leg. 1, 49. Lael. 15 in quo est omnis vis amicitiae: voluntatum, studiorum, sententiarum summa coniunctio. 17. 18 *al. passim.* fin. 1, 65 *sqq.* OV. Pont. 2, 3, 8 vulgus amicitias utilitate probat. fast. 1, 218. SEN. benef. 2, 15, 1 cum summa amicitiae sit amicum sibi aequare. amic. p. 30 rara res est amicitia. PS. SEN. mon. 140. APVL. Plat. 2, 13 amicitiam ait *Plato* sociam eamque consensu consistere reciprocamque esse *eqs.* MAR. VICTORIN. rhet. 2, 55 p. 303, 9. SERV. Aen. 11, 537 firmiores sunt antiquiores amicitiae. AVG. gen. ad litt. imperf. 16 p. 500, 8 animarum ... amicitia similibus moribus confit. serm. 385, 2, 3 amicitia alia consuetudinis, alia rationis. *adiungo locos, quibus* amicitia *inter bona vel inter virtutes numeratur*: RHET. Her. 3, 6, 10 CIC. inv. 2, 157. 166. 177 de orat. 1, 56. 2, 67 part. 35 ac. 1, 23. 2, 140 off. 1, 5 VELL. 2, 18, 5 QVINT. inst. 1, 2, 10 *al.* TAC. hist. 1, 15 AVG. bon. coniug. 9, 9 MACR. somn. 1, 8, 7. ENN. trag. 327 amicitiam atque inimicitiam in frontem promptam gero (*sic sing. opp. sing.* TERT. anim. 8 *v. p. 1894, 79*). PLAVT. Merc. 846 sex sodales repperi, vitam, amicitiam, civitatem, laetitiam, ludum, iocum. Pseud. 233 iam diu ego huic bene et hic mihi volumus et amicitia est antiqua. Trin. 737 facere id eius ob amicitiam patris. TER. Haut. 57 vel virtus tua me vel vicinitas, quod ego in propinqua parte amicitiae puto, facit, ut. PS. TER. Andr. exit. alt. 8 amicitia nostra, quae est a patribus nostris tradita. CAEL. hist. 37. RHET. Her. 4, 56, 69 propter amicitiam, cuius initium cognatio facit. CIC. inv. 2, 20 si amicitiae *causa quid commisit*, si inimicitiarum (*sic plur. opp. sing.* prov. 22 BRVT. *et* CASS. Cic. epist. 11, 3, 4 QVINT. inst. 5, 7, 30). 1, 95 *exemplum argumentationis 'parum idoneae'*: maximum bonum est amicitia; plurimae enim delectationes sunt in amicitia. Verr. 1, 18 *al. passim in* Lael., *quippe qui sit* 'de amicitia' (3). 5 hoc libro ad amicum amicissimus scripsi de amicitia. 15 Scipionis et Laeli amicitiam (PLANC. Cic. epist. 10, 24, 5 ex tam insigni amicitia mea atque Caesaris. SEN. epist. 79, 15 amicitiam suam et Metrodori). 103 Scipionis. epist. 13, 10, 4 commendatione quasi amicitiae fores aperiantur (*cf.* HIER. epist. 145). 15, 14, 2 ut amicitia nostra, quae summis officiis ab utroque culta est, sed longis intervallis temporum interruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehementius. CAES. Gall. 7, 31, 2 *al.* HOR. sat. 1, 3, 41 *al.* OV. trist. 4, 10, 52 *al.* VAL. MAX. 4, 2 *inscribitur*: qui ex inimicitiis iuncti sunt amicitia aut necessitudine; 4, 7: de amicitia. SEN. phil. *scripsit* de amicitia (*frgg. ed. Studemund 1888*). dial. 3, 3, 6 si amor in illis (*animalibus mutis*) esset et odium, esset amicitia et simultas, dissensio et concordia. epist. 45, 7 adulatio quam similis est amicitiae. 66, 24 quod amicitia in hominibus est, hoc in rebus adpetitio. AVG. conf. 3, 1, 1 venam ... amicitiae coinquinabam sordibus concupiscentiae candoremque eius obnubilabam de tartaro libidinis. CORP. II 1753 memor amicitiae. *nota locos, in quibus similia substantiva huic vocabulo adiunguntur. sunt haec*: gratia: PLAVT. Mil. 1200 Stich. 414 Trin. 382 CIC. Verr. 3, 64 *al.* CAES. Gall. 1, 44, 12 *al.* TAC. ann. 6, 29 PLIN. epist. 9, 13, 11 VVLG. prov. 25, 10; fides: PLAVT. Trin. 153 TRAG. inc. 226 *cf.* RHET. Her. 4, 13, 19 CIC. S. Rosc. 112 epist. 2, 16, 7 *al.* OV. ars 1, 740; societas (-tates): RHET. Her. 3, 3, 4 CIC. inv. 1, 1 *al.* Quinct. 53 Sest. 59; beneficia: CIC. S. Rosc. 4; cognatio: RHET. Her. 4, 56, 69 *v.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 1892, 55 Cic. Verr. 3, 64 *al.* Qvint. inst. 4, 1, 7; affinitas: Cic. Quinct. 53 fin. 5, 65 Val. Max. 4, 2, 3 Svet. Aug. 48; officium (-a): Cic. Cluent. 117 epist. 13, 77, 1 *al.* Pavl. dig. 17, 1, 1, 4 Tert. cult. fem. 2, 11; consuetudo: Cic. p. red. ad Quir. 3 *v. p. 1895, 15* prov. 22 Deiot. 27 epist. 5, 17, 1 Qvint. decl. 307 p. 207, 22; familiaritas: Cic. Planc. 72 Svet. Tib. 51; concordia: Cic. Lael. 23 (*opp.* dissensionibus atque ... discordiis); vicinitas: Ter. Haut. 57 Cic. Planc. 72 fin. 5, 65; usus: Cic. Planc. 5 Cvrt. 6, 9, 18 (familiaris); coniunctio: Cic. Lael. 71 epist. 5, 8, 3 Qvint. decl. 318 p. 250, 6; amor: Cic. Lael. 100 Sen. epist. 81, 12 *al.*; caritas: Cic. nat. deor. 1, 122 fin. 3, 73 Tim. 15; propinquitas: Cic. fin. 5, 69 Planc. Cic. epist. 10, 24, 1 Liv. 25, 8, 2 Qvint. inst. 4, 1, 30 *al.* Ps. Qvint. decl. 14, 7 Rvric. epist. 1, 13 p. 367, 2; voluntas: Cic. fin. 3, 8; hospitium: Cic. ad Q. fr. 1, 1, 16 epist. 13, 78, 2 *bis.* 14, 4, 2 Caes. civ. 3, 103, 3 Bell. Alex. 68, 1 Liv. 1, 45, 2. 32, 22, 11 Sen. epist. 2, 2; benevolentia: Cic. epist. 4, 7, 1; necessitudo: Cael. Cic. epist. 8, 6, 1 Cic. epist. 15, 4, 3 Sen. dial. 1, 1, 5 Qvint. inst. 1, 2, 20 Lampr. Alex. 67, 3; humanitas: Cic. epist. 9, 13, 2; studium: Cic. epist. 13, 77, 3. 15, 4, 13; pax: Sall. Iug. 31, 24; sodalicium: Val. Max. 4, 7 pr.; convictus: Ps. Qvint. decl. 14, 10; contubernium: Tac. dial. 8; foedus: Avson. 342, 4. **b** *speciatim*: *de amore*: Catvll. 109, 6. Ov. ars 1, 720 intret amicitiae nomine tectus amor. Sen. epist. 9, 10 habet aliquid simile amicitiae adfectus amantium; possis dicere illam esse insanam amicitiam. Apvl. Plat. 2, 13 eiusmodi calamitates animarum (*i. amores*) amicitias idem (*Plato*) appellari vetat, quod nec mutuae sint nec reciprocari queant *eqs.* *sim.* Ampel. 34, 3 Nicomedes, in cuius amicitia ... Caesar fuit. *de potentium al. clientela, sim.*: Q. Cic. pet. 19 eo genere amicitiarum petitio tua maxime munita est. *cf. p. 1897, 82.* Mart. 3, 36, 8 hoc ... merui ..., ut sim tiro tuae semper amicitiae? 4, 67, 2 *al.* 5, 19, 8 qui colit ingratas pauper amicitias. Ivv. 5, 14 *v. p. 1894, 64.* 6, 558. *cf.* Anth. 407, 1. 3. *de studio rei*: Vvlg. sap. 8, 18 in amicitia illius (*sapientiae tamquam personae*) delectatio bona. Avg. serm. 20, 2 ne quandam familiaritatem et amicitiam cum peccato, tamquam cum serpente, faciamus. *sim.* Mart. Cap. 4, 331 *Dialectica* ex arenis Libyae ... adducitur, quod ... docet ... amicitia venenorum. Sedvl. carm. pasch. 3, 7 p. 237, 16 pecus ... olentis caeni semper amicitiis involutum (*i. sues*). *varia christiana*: Arnob. nat. 2, 5 mundi omnibus rebus praeponant amicitias Christi. Hier. epist. 100, 17 cuius (*dei*) si desideraverimus amicitias. Vvlg. sap. 7, 14 participes facti sunt amicitiae dei. Favst. Rei. serm. 18 p. 295, 22 ad consortium vel amicitias dei pervenire. Avg. civ. 19, 9 de amicitia sanctorum angelorum. Vvlg. Iac. 4, 4 amicitia huius mundi inimica est dei. Avg. civ. 5, 26 p. 241. serm. 125, 11 mala est amicitia ipsius (*saeculi*), fallax est. conf. 1, 13, 21 amicitia ... mundi huius fornicatio est abs te, *deus.* 4, 6, 11 miser est omnis animus vinctus amicitia rerum mortalium. Avg. civ. 8, 14 p. 342 non est Socrati amicitia daemonis gratulanda. 8, 24 p. 362 per amicitiam deorum. 9, 9 p. 380 *al.* *nota*: Avg. trin. 6, 5, 7 ipsa communio *trinitatis* consubstantialis et coaeterna: quae si amicitia convenienter dici potest, dicatur; sed aptius dicitur caritas.

2 *per metonymiam*: *i. q. amici*: Cic. Quinct. 93 non ab adflicta amicitia transfugere atque ad florentem aliam devolare. dom. 27 quod ... par amicitiae consularis fuit umquam ... coniunctius quam. Q. Cic. pet. 23 adducenda amicitia in spem familiaritatis et consuetudinis. 31 homines municipales ... in amicitia esse se arbitrantur. Ov. trist. 3, 4, 44 amicitias ... tibi iunge pares. Val. Max. 7, 8, 1 par verae amicitiae clarissimum Scipio et Laelius. Colvm. 11, 1, 23 hospitem ... ex amicitia domini. Mart. 9, 2, 1 pauper amicitiae (*dat.*) cum sis ..., non es amicae. *cf.* 9, 99, 6 absentis pignus amicitiae. 10, 44, 10 te ... tuas numeres inter amicitias. 11, 44, 2. Qvint. decl. 308 p. 214, 5 propinquos istos amicitiae conferatis. Tac. ann. 2, 27 Catus ... ex intima Libonis amicitia. 2, 77 *al.* Agr. 44 salvis adfinitatibus et amicitiis ... effugisse. hist. 1, 10 *al.* Plin. epist. 7, 3, 2 *in urbe tibi* dignitas, honor, amicitiae tam superiores quam minores. Cod. Theod. 9, 40, 18 (*a. 399*) propinquos, notos *noxii* ... procul a calumnia summovemus ...; nec enim affinitas vel amicitia ... crimen admittunt. *similiter in sententiis, ut* Hier. epist. 81, 1 vera amicitia, quod sentit, dissimulare non debet. *cf.* Avg. civ. 19, 5 p. 364. *i. q. collegium, sodalitas*: Corp. X 4850, 4 amicitiae Herculaniorum. 4851, 1 amicitiae Herculis Neriani. *cf. Ciccotti, diz. epigr. I 445.*

Amiternum, -ī *n. opp. Sabinorum, municipium tribu Quirina; cf. Hülsen, PW. I 1840.* DIONYS. ant. 2, 49, 2 *secundum Catonem primam Sabinorum sedem* Τεστρούναν ἀγχοῦ πόλεως Ἀμιτέρνης. 1, 14, 6 (*ex Varrone*) Σαβῖνοι ... ἐκ πόλεως Ἀμιτέρνης. STRABO 5, 228 Ἀμίτερνον καὶ Ῥεᾶτε. 5, 241 ῥεῖ γὰρ (ὁ Ἄτερνος) ἐκ τῆς Ἀμιτερνίνης. *sed* PTOL. 3, 1, 52 Οὐεστίνων ... Ἀμίτερνον. *de nomine v. infra p. 1920, 21. ablat. pro locat.* Amiterno VARRO ling. 6, 5. in Amiterno OBSEQ. 27. VARRO ling. 6, 5. LIV. 10, 39, 2 Amiternum oppidum de Samnitibus vi cepit. 21, 44, 8 flumen Amiterni cruentum fluxisse. 26, 11, 10. 11. 35, 21, 4. 36, 37, 3. OBSEQ. 20 *et* 41 Amiterni. 27. PLIN. nat. 18, 131 *palma napis* Amiterni *nascentibus.* HIER. chron. a. Abr. 1930 Sallustius Crispus ... in Sabinis Amiterni nascitur. SERV. auct. Aen. 7, 710 Amiterno oppido Sabinorum ... dictum est oppidum a flumine (*cf. infra p. 1920, 21*). OROS. hist. 4, 20, 29 apud Amiternum (*immo* Liternum) oppidum. TAB. Peut. 5, 5 A m i t e r n u s. NOT. Tir. 88, 46. CORP. VI 2379[b], 2, 34 (*a. 143*) Amitern(o). 2919 d(omo) Amiterno. 3884, 1, 36 (*a. 198*) L. Gargilius L. f. Sab. Septimus Amit(erno) (*cf. Mommsen, Corp. IX p. 397*). XIV 3906 VIIIvir Amiterni. IX 4335 IIIvir(o) Aug. Amiterni et Peltuino. 4215 (*Amiterni, a. 338*) plebi urbane. 4208. *adi.* **Amiternus,** -a, -um. *graeca v. supra p. 1919, 75.* VERG. Aen. 7, 710 una ingens Amiterna cohors (SIL. 8, 414). SERV. auct. *ad h. l.* Amiterna dixit pro Amiternina. MART. 13, 20, 1 hos (*napos*) Amiternus ager felicibus educat hortis (*cf. infra l. 18*). LIB. col. I p. 228, 4 provincia Valeria: ager Amiternus. 228, 16. *adi.* **Amiternīnus,** -a, -um. *graecum v. supra p. 1919, 77.* LIV. 21, 62, 5 in agro Amiternino. VITR. 2, 7, 1 *lapidicinae* Amiterninae (Amet- *traditur*), *v.* Ameterninae. COLVM. 10, 422 quaeque Amiterninis defertur bunias arvis. PLIN. nat. 14, 37 *agro* Amiternino (Amiterno *M*) pumula *peculiaris est.* 19, 77 palma Romae Amiterninis *napis* datur (*cf. supra p. 1920, 11*). 19, 105 cepa. 19, 106. CORP. VI 1772 (*saec. IV*) civitatis. IV 4182 (*imperante Augusto*) praefectura. 4206 populi Amit(ernini). 4208. 4456 municipes. A m i t e r n ī n ī, -ōrum *incolae.* VARRO ling. 5, 28 *ab ambitu* qui circum A[l]ter[u]num habitant, Amiternini appellati (*sic etiam W. Schulze, Eigennamen 541, alii; sed cf.* Amitinum, Amitinenses, *etrusc.* am*θ*ni, Alfaterni, *multa alia*). rust. 2, 9, 6 LIV. 28, 45, 19. PLIN. nat. 3, 107 Sabinorum Amiternini. CONC. Rom. a. 499 p. 406, 12 ecclesiae Amiterninae (Amiternensis *FBT*). p. 437, 75 (Amiterninsis *T*). p. 453, 24 (Amiternensis *D*). NOT. Tir. 88, 49. CORP. IX 4196 Amiterninis. 4399 civitatis Amiterninorum. **Amiternius,** -a *nom. gent.* CORP. IX 4231 (*Amiterni*) M'. Amiternius municipum l. Iucundus. 4223 Q. Amiternius Primigenius. INSCR. Notiz. degli scavi 1902 p. 384 (*Amiterni*) Amiternius Capriolus.

Amithoscatta *regio Arabiae.* PLIN. nat. 6, 152 regio Amithoscatta (Amitthoscatta *F*, Amithoscutta *R*).

? **Amiti** *nom. corruptum.* CORP. X 7869 (*in Sardinia, periit*) Asinius Amiti.

Amitinēnsēs *incolae oppidi Etrusci.* PLIN. nat. 3, 52 *in Etruria* Amitinenses. *cf.* Amitinum.

Amitinum *opp. Latii.* PLIN. nat. 3, 68 in prima regione ... fuere in Latio clara oppida ... Amitinum. *cf.* Amet-, Ament-. *Hülsen, PW. I 1841; Nissen, Ital. Landesk. II 371.* *Otto.*

amitīnus, -a [*ab* amita. *Th.*]. GAIVS dig. 38, 10, 1, 6 amitini, amitinae, id est qui quaeve ex fratre et sorore propagantur. PAVL. dig. 38, 10, 10, 15 *bis.* sent. 4, 11, 4. GAIVS dig. 38, 10, 1, 7 amitini amitinae filius filia *sunt quinto gradu.* PAVL. sent. 4, 11, 5 *cf.* GAIVS dig. 38, 10, 3 PAVL. sent. 4, 11, 6 NON. 557 INST. Iust. 3, 6, 4 LEX Visig. Recc. 2, 4, 11. 4, 1, 4. GLOSS. ἀνεψιοὶ τεχθέντες ἐκ δύο ἀδελφῶν θηλειῶν. SEN. suas. 1, 5 praeceptori eius amitino (autem *trad.*) Aristotelis.

(**amito**). VARRO ling. 8, 60 *non* servatur analogia: nam ut est a cantando 'cantitans', ab amando 'amitans' non est et sic multa. *doctior nimirum est* VIRG. gramm. p. 57, 1 ut clamo ... ab hoc clamito ..., sic ... amo amito. *V.*

? **Amitonn-** *nom. corruptum.* CORP. VI 4332 (*periit*) Cela⟨d⟩us Amitonni⟨...⟩ A⟨n⟩toniae dispensato⟨ris⟩ vicarius. Amphionis *coni. Mommsen.* *Otto.*

Amittib *v.* Achitob.

āmitto, -mīsī, -missum, -ere. *ab* ā *et* mittere. *cf.* QVINT. inst. 1, 5, 69 frequenter ... praepositiones ... compositio ista corrumpit: inde abstulit aufugit amisit, cum praepositio sit 'ab' sola. NOT. Tir. 23, 13. 23, 27. *o r t h o g r a p h i c a*: LEX Anton. de Term. (Corp. I 204) 2, 1 a m e i s e r u n t. CORP. X 2496, 4 unam natam o m i s e r a n t. *f o r m a e*: PLAVT. Bacch. 1180 quod di dant boni, cave culpa tua a m i s s i s (1196). TER. Eun. 241 a m i s t i (Hec. 251). *p r o s o d i a v i t i o s a* (*cf.* omitto): CYPR. GALL. exod. 21 spes libertatis ămissae. CARM. epigr. 634 de⟨xtrae sola⟩men ămissae. *s t r u c t u r a e n o t a b i l i o r e s*: *seq.* ab (HEGES. 5, 2, 39 tuorum quos ipsa occideras, non quos ab hoste amiseras), ex (*v. p. 1922, 04*). *cf. p. 1935, 9/23.* *negative cum* quin: PLAVT. Stich. 187 non amittam quin eas. TER. Phorm. 714 hoc temere nunquam amittam ego a me, quin mihi testis adhibeam. *i n c o d i c i b u s c o n f u n d u n t u r* a m i t t e r e *et* a d m i t t e r e (TER. Ad. 913 LIV. 45, 6, 1 SEN. Herc. O. 1703 GAIVS inst. 4, 36 TERT. spect. 20 orat. 22 *cf. p. 748, 68/71*), a m m i t t e r e (VIRG. gramm. epist. 1 p. 114, 94 *cf. p. 748, 65 sqq.*), d i m i t t e r e (TER. Hec. 251 HIRT. Gall. 8, 5, 1), e m i t t e r e (PLAVT. Rud. 1006 Trin. 492 SEN. Med. 767 *cf. M. Müller, in Senecae tragoedias quaestiones criticae. Berol. 1898. p. 24/6.* POMPON. dig. 41, 7, 5, 1), m i t t e r e (TER. Andr. 898 CIC. Att. 3, 24, 2 CAES. civ. 1, 33, 4 BELL. Alex. 12, 3 VARRO rust. 1, 30), o m i t t e r e (CAES. civ. 1, 33, 4 SALL. Iug. 31, 25), r e m i t t e r e (PLAVT. Most. 1169); a m i s i m u s *et* a m i c i s s i m u s (CIC. Att. 10, 4, 1). amisti *pro* amisisti *codd.* TER. Eun. 322. *verbum legitur passim per totam latinitatem et apud scriptores et apud poetas. exempla auctorum quae ante Ciceronem sunt dedi fere omnia.*

n o t a l u s u m v e r b o r u m: SYMM. or. 2, 16 servitus misera quod

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

amiserat, extruebat. EPIT. Alex. 66 neque vocem mitteret neque leonem ideo amitteret.

I *i. q. mea sponte aliquid* **mitto a me, dimitto** *et proprie et translate usu vetusto*: GLOSS. II 235, 48 ἀποβάλλω abicio *eqs.* II 239, 43 ἀποπέμπω remitto. V 531, 21 amitterem a[m]bigerem (TER. Eun. 606). *cf.* II 235, 47. DON. Ter. Phorm. 141 amitte ... quod nos dimitte.

a *de animantibus*: PLAVT. Aul. 656 hunc si amitto, hic abierit. Bacch. 223 *miles* de amittenda Bacchide aurum exiget. 395 malefactorem amitti satius quam relinqui beneficum. 964 olim ille se blanditiis exemit et persuasit, se ut amitteret (*syn.* dolis me illo extuli [exp- *codd.*] e periclo). Capt. 339 me amitti, donicum ille huc redierit, non postulo. 460. Cist. 463 neque te amittam hodie, nisi quae volo tecum loqui das mihi operam. 625. 647 (*v. vers. q. s.*). Curc. 599. Men. 1055 quia te servavi, me amisisti liberum (*cf.* 1058/9 liberum ego te iussi abire). Merc. 869 non amittunt hi me comites qui tenent. Mil. 1096 nullo pacto potest prius haec in aedis recipi quam illam amiserim (*v.* 1101). 1376. 1418 (*v.* 1413. 1421 *l. 31/2*). Pseud. 1123 leno argentum ... a me accipiat atque amittat mulierem mecum simul. TER. Phorm. 141. 175 retinere amare amittere *puellam* (176). 414 mercedem dare lex iubet ei atque amittere (*cf.* DON. *in loc. p. 1918, 62/3*). 918. 920. Hec. 251 adii te heri de filia; ut veni, itidem incertum amisti. ACC. trag. 304 age age amolire, amitte, cave vestem attigas. ARGVM. Plaut. Capt. 7. POMPON. dig. 41, 7, 5, 1 aes sparserit aut aves amiserit (em- *codd. recc.*; ὄρνεις ἀπολλύομεναι [ἀπολύομεναι?] *epit. cf.* GLOSS. II 238, 37 deperdo, perdo, amitto, ἀπολλύω). *additur unde vel quo quis dimittitur*: PLAVT. Capt. 36 servos ... erum hinc amittat domum. 332 et te et hunc amittam hinc: alio pacto abire non potes. 589 ad patrem hinc amisi Tyndarum. Cas. 573 exanimatum amittat domum. Men. 343 perditum amittunt domum. Mil. 457 manibus amisisti praedam (*cf.* Cas. 113 Persa 682 Poen. 660). 1413 te salvum hinc amittemus Venerium nepotulum (1421 *v.* 1418). Most. 432 me amisisti abs te vix vivom domum (Rud. 591). Poen. 344 quo die Orcus Acherunte mortuos amiserit. Rud. 488 amittit ornatum domum (730 ita ego te hinc ornatum amittam, tu ipsus te ut non noveris. TER. Haut. 480 abs te amittas filium. Phorm. 507 usque quo pacto a me amittam invenio neque uti retineam scio. CIC. Cael. 64 *eum* de manibus amiserunt (*antecedit* comprehendi potuit. 66).

b *de rebus et proprie et translate, fere i. q. emitto*: PLAVT. Amph. 847 istam rem inquisitam certum est non amittere (1017). Mil. 1324 quia tecum eram, propterea animo eram ferocior: eam nobilitatem amittendam video. Most. 439 occasionem hanc amisisti tam bonam (TER. Eun. 606 CIC. Caecin. 15 Att. 15, 11, 2 16, 8, 2 quantam εὐκαιρίαν amittis? Q. CIC. pet. 31. CAES. Gall. 3, 18, 5 occasionem negotii bene gerendi. BELL. Alex. 37, 2 amissa proximi temporis occasione. PVBLIL. A 14 occasio aegre offertur, facile amittitur. GELL. 1, 13, 5 ne oblata divinitus rei bene gerendae occasio amitteretur. LIV. 7, 34, 9. 9, 12, 2. 31, 36, 3. 44, 36, 11. AMM. 1, 28, 35 VEG. mil. 3, 18). Rud. 1006 hunc *vidulum* non amittam (emittam *Ambr.*). 1009 ni hunc amittis, exurgebo quidquid umoris tibist. 1031 abeas rudentem amittas, mihi molestus ne sies. CIC. Mur. 43 amisso ... tempore (prov. 17. epist. 7, 17, 3 neque ... magis idoneum tempus, si hoc amiseris, te esse ullum umquam reperturum. Att. 7, 13, 2. 8, 3, 6 [*opp.* servire tempori]. Phil. 3, 32. 6, 9 nos amissos tot dies rei gerendae queremur. epist. 10, 5, 3 gratiae gloriaeque ... tempus. 12, 24, 2 minimum tempus amisi tuendae salutis libertatisque communis. 15, 15, 2 CAES. civ. 1, 33, 4 RVT. LVP. 1, 1. LIV. 32, 36, 6 hieme instante nihil amitti dato spatio ad legatos mittendos. SEN. dial. 10, 10, 2 hoc *temporis vitae* amittunt occupati. benef. 4, 33, 1 dandi beneficii tempus non amittes? nat. 3 praef. 2 quicquid amissum est, id diligenti usu praesentis vitae recolliget. 6, 32, 11 annos ... amissos. epist. 24, 20 infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adulescentiam; usque ad hesternum quicquid transit temporis, perit. STAT. Theb. 10, 208 inertes Inachidas ... tantam patiere amittere noctem? APVL. met. 2, 15 partem bonam vesperae eiusque gratissimum fructum amitterem. PANEG. 7, 12 fugae tempus. AVSON. 325, 15 rursus in amissum revocant heroidas aevum). CIC. Sulla 47 noli id omnino a me putare esse amissum, si quid est tibi remissum atque concessum. ad Q. fr. 2, 2, 1 *condicionem bonam emendi Tusculani* non amittam. POMP. Cic. Att. 8, 12 c, 2 neque castra ... facere possum neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. NEP. Eum. 10, 2 fidem amittere mallent quam eum non perdere (*antec. exercitus* iurasset se eum defensurum neque umquam deserturum). TAC. ann. 2, 71 iuravere ... spiritum ante quam ultionem amissuros. 12, 45 ne socius rex, ne Armenia donum populi Romani scelere et pecunia amitterentur (pecuniā uterentur *cod.*). 13, 46 nuptam esse se dictitans nec posse matrimonium amittere. 14, 26 abire procul ac spem belli amittere (AVG. civ. 18, 3 *Sarra* sterilis et anus iam spem prolis amiserat). TERT. pud. 22 Christum (*sc. Christianam religionem*) ... amisit. CALL. dig. 48, 3, 12 milites ... amiserint custodias (*bis. syn.* dimittere. MOD. dig. 48, 3, 14, 2. 6 amissā culpā custodiā). HIER. epist. 58, 4 monachi propositum non amittas. *cf. hunc illum locum sub II b.*

nota: PLAVT. Most. 1169 Tranioni amitte (remitte *codd.*) ... hanc noxiam causa mea. Poen. 403 hanc amittam noxiam unam ... non sum irata. TER. Eun. 853 unam hanc noxiam amitte; si aliam admisero umquam, occidito.

II *i. q.* **perdo, iacturam facio;** *dicitur et de personis, et de rebus quae nobis insciis vel invitis elabuntur neque possunt servari*: GLOSS. ἀποβάλλω ἀπολλύω ἀποπέμπω, deperdo perdo. PAPIN. dig. 4, 6, 20 neque intellegitur amissum, quod alteri ablatum non est. PAVL. dig. 9, 2, 33 amisisse dicimus quod aut consequi potuimus aut erogare cogimur.

1 generaliter: a *de animantibus quae morte amittuntur, imprimis de hominibus* (*saepissime adhibetur part.* amissus, *quod idem atque* mortuus *est; cf. hunc illum locum infra*): GRACCH. or. frg. schol. Cic. Bob. p. 365 fratrem propter vos amisissem nec quisquam de ... familia nisi ego et puer restaremus. CIC. Verr. 5, 120 Att. 1, 5, 1. Cluent. 22 (*seq.* reciperare). Flacc. 41 Sest. 146 de orat. 1, 230. epist. 5, 16, 3 (*syn.* perdere *v.* SEN. contr. 9, 5, 3 contr. exc. 5, 1 *infra l. 35* SEN. epist. 99, 3). 5, 16, 6 Brut. 1. 2 Tusc. 3, 70 off. 2, 2 epist. 4, 6, 1. 15, 17, 2 *P. Sullam patrem* πρόσωπον πόλεως. SVLP. RVF. CIC. epist. 4, 5, 3. CATVLL. 64, 150. 64, 245 amissum credens inmiti Thesea fato. 68, 80 (*cf.* OV. am. 2, 18, 38 extincto ... viro). BELL. Alex. 23, 2. PVBLIL. H 13 homo totiens moritur, quotiens amittit suos. NEP. reg. 1, 4 SALL. Iug. 10, 1. 18, 3 PROP. 2, 13, 51. 3, 7, 23 VERG. Aen. 3, 710. 5, 614. 5, 814 amissum ... gurgite *Palinurum*. 5, 867 OV. epist. 11, 106. 17, 141 (fast. 3, 873). fast. 2, 621 (*cf.* vers. 619 periere). 3, 414 met. 1, 585. 7, 689. 11, 68 (*de Orpheo*). 13, 514. 14, 242. 14, 829. EPICED. Drusi 79 multi in te amissi (*cf.* CIC. epist. 12, 5, 3 *p. 1928, 50 et quae ibi adnotavi*). ELEG. in Maecen. 32 LIV. 2, 36, 4. 3, 50, 6 morte amitti melius ... quam contumelia liberos (APVL. apol. 92 morte amisit maritum. AVG. serm. ed. Mai 23, 4 amittitur filius morte communi et omnibus debita. *cf.* COLVM. 9, 4, 6 *p. 1923, 6*). LIV. 5, 11, 5. 24, 4, 7 VITR. 6 praef. 2 VELL. 1, 10, 5. 2, 130, 3. 2, 130, 5. VAL. MAX. 4, 1, 12 (*coni.* habere *v. ibid.* 4, 6, 1. SEN. epist. 63, 7 habui ... illos tamquam amissurus. 99, 4 HIER. epist. 60, 7. 108, 1). 5, 10, 3. 8, 13, 6 PHAEDR. app. 13, 2 SEN. contr. 1, 7, 13 4 praef. 4/6. 9, 1, 3. 9, 5 thema. 9, 5, 4. 9, 6, 8 contr. exc. 3, 8. 4, 1 (*ter*). 5, 1 amissis tribus liberis et uxore incendio domus (*syn.* perdere). 8, 1. 9, 5 SAB. Gell. 7, 7, 8 CVRT. 4, 8, 9. 10, 5, 20/21. 10, 8, 9 SEN. Herc. O. 1137. 1426. 1837 Med. 622 Phaedr. 578. 1117 amissum fleo. 1122 quod interemi, non quod amisi *filium*, fleo. Oed. 665 dial. 1, 6, 2. 3, 12, 4. 5, 3, 3 carissimorum eorumque quae mox amissa fleturus est carnifex. 5, 5, 4 quanto plus irascendo quam id erat, propter quod irascebatur, amisit. 6, 2, 3 (*cf.* § 4 secundam orbitatem iudicans lacrimas ⟨a⟩mittere). 6, 3, 1 *passim.* 6, 17, 1. 9, 14, 8. 11, 2, 4. 11, 16, 1. 11, 19, 4 virum amiserat ... in ipsa quidem navigatione. 12, 10, 1. 12, 15, 3. 12, 15, 4 fratrem ... amisit in adparatu Parthici belli. 12, 15, 5 Drusum ... in conplexu et in osculis suis amisit. 12, 16, 3 benef. 5, 19, 2. 7, 21, 1 (*coni.* renasci; *cf.* MANIL. 1, 69 amissis ... renatis sideribus. COLVM. 11, 2, 44 *v. p. 1923, 8.* PLIN. nat. 10, 44 *pavo* cauda annuis vicibus amissa cum foliis arborum, donec renascatur alia cum flore, ... quaerit latebram). SEN. epist. 9, 18. 63, 1. 74, 2. 74, 23. 74, 25. 98, 9. 99, 1. 99, 6 rem. fort. 13, 1. 16, 8 (*coni.* reparare). ASCON. tog. cand. p. 82 PLIN. nat. 8, 157 LEX Malac. (Corp. II 1964) 2, 41 MART. 1, 33, 1. 4, 58, 1. 6, 62, 1. 7, 14, 2. STAT. Theb. 10, 182 amisso medium ... praeside puppis fregit iter. silv. 2 praef. 1 *Glauciae* amissi recens vulnus (*cf.* QVINT. inst. 6 praef. 2 illum ... repetito vulnere orbitatis amisi. SIDON. epist. 6, 2, 2). silv. 2 praef. 5. 2, 1, 201. 5, 1, 201. QVINT. inst. 8, 4, 22 amissis tot liberis. decl. 306 p. 199, 23. 335 p. 318, 16. 337 p. 327, 22/328, 2. 349 p. 376, 12. 359 p. 392, 4 TAC. Agr. 6. 29. 45 ann. 1, 50. 2, 75. 3, 6. 3, 24 PLIN. epist. 1, 12, 12. 2, 7, 3. 2, 7, 5. 3, 7, 2 minorem ex liberis duobus amisit, sed maiorem ... reliquit (*cf.* SEN. dial. 6, 16, 8 *in consolatione* est ... haec natura mortalium ut nihil magis placeat quam quod amissum est; iniquiores sumus adversus relicta ereptorum desiderio). 3, 16, 6. 4, 2, 1. 3 *passim.* paneg. 38. 90 SVET. Iul. 1. 26 Aug. 8. 61. 65 Tib. 7. Cal. 12 amissa Iunia ex partu (Claud. 26 *sponsam* ex valetudine amisit; *sim. seq.* ex: ORIBAS. syn. 4, 5 A a). 27 Nero 6 POMPON. dig. 23, 3, 6 FRONTO p. 137, 14. 187, 18. 231, 10 *passim usque ad* p. 236, 13 N. APVL. flor. 15 p. 55 TERT. pud. 16 SCAEV. dig. 36, 1 80, 10 CALL. dig. 5, 1, 36 VLP. reg. 15, 2. 16, 1[a] dig. 7, 2, 8 PAVL. sent. 4, 9, 9 dig. 50, 1, 22, 1 MARCIAN. dig. 48, 21, 3, 5 PORPH. Hor. serm. 1, 7, 19/20 IVST. 13, 1, 3 CAPITOL. Pius 3, 6. Aur. 21, 3 filium ... execto sub aure tubere septennem amisit. 26, 4 Faustinam ... exanimatam vi subiti morbi amisit. SPART. Sept. Sev. 3, 9 TREB. Gall. 17, 1 FILASTR. 109, 8. AVSON. 158, 3 *reverentia superstitum* amissos venerabiliter recordetur. 163, 25. 182, 2 AMM. 19, 9, 7. 21, 6, 4. 25, 4, 2. 25, 5, 7. HIER. epist. 22, 16 eas putes maritos non amisisse, sed quaerere. 60, 5. 60, 14. 79, 1 eum profectum crederet, non amissum. 118, 2. 118, 6 VVLG. Esth. 2, 7 SVLP. SEV. chron. 1, 38, 2 AVG. civ. 4, 26 SIDON. epist. 2, 8, 1 BOETH. cons. 4 carm. 7, 8. INST. Iust. 1, 11, 10 solacium liberorum amissorum adoptare. COD. Iust. 6, 40, 3, 2. 8, 17, 2, 6. CORP. X 2496, 4 *v. p. 1920, 61.* XII 1649. INSCR. Korr.-Bl. d. Westdtsch. Ztschr. 1903 p. 166 amissum ... Trophimum si⟨n⟩e fine doleto. CARM. epigr. 696. 1639. *nota*: AVG. epist. 92, 1 *de hac vita* migraturi quosdam nostros migrantes non amisimus, sed praemisimus. HIER. epist. 79, 1 *v. supra l. 76.* *de animalibus*: LVCR. 2, 358 si queat us-

quam conspicere amissum fetum. VARRO rust. 2, 4, 1 brevi omnes capras amiserit morbo. 2, 5, 17 si quae *mater* amisit vitulum. VERG. georg. 4, 512 populea maerens Philomela sub umbra amissos queritur fetus. COLVM. 9, 13, 11 dum examen *apium* conquirendi mellis causa longius evagatur, subitis imbribus aut turbinibus in silvis opprimatur et maiorem partem plebis amittat (9, 4, 6 *de apibus*: non tanto interitu pecus istud amitti, ut . . . requirendum sit. PLIN. nat. 11, 70). 11, 2, 44 pecoris nati aut amissi ratio. SEN. epist. 99, 24 PLIN. nat. 8, 165. STAT. Theb. 9, 82 *taurus* amisso qualis consorte laborum deserit inceptum . . . sulcum. silv. 2, 5, 30 unius amissi . . . iactura leonis.

de animantibus quae non morte, sed aliis causis nobis eripiuntur: *de hominibus*: PLAVT. Capt. 23 unum *filium bello captum* amiserit. Mil. 983 istam *puellam* amittam. 1376 *v. p. 1921, 17.* Trin. 1054 si mage exigere occipias, duarum rerum exoritur optio: vel illud, quod credideras, perdas vel illum amicum amiseris. TER. Haut. 858. Eun. 293 neque virgost usquam neque ego qui illam e conspectu amisi meo (322) (*v. p. 1935, 9/23*). 751 cave ne, priusquam hanc a me accipias, amittas. 767 CIC. Font. 47. Mil. 105 o terram ingratam, si eiecerit, miseram, si amiserit *illum virum*. epist. 7, 33, 1 gregalibus illis, quibus te plaudente vigebamus, amissis. Phil. 8, 26 ne tantas clientelas amitteret. BELL. Afr. 79, 2 ne per summum dedecus fidissimos suis rebus Thapsitanos et Vergilium amitteret. NEP. Dion 7, 2 cum milites reconciliasset, amitteret optimates (*sc. eorum favorem*). SALL. Iug. 74, 1 amissis amicis quorum plerosque ipse necaverat, ceteri formidine . . . profugerant. VERG. Aen. 1, 217 amissos longe socios sermone requirunt. 2, 148. 2, 741 (3, 341). 11, 272 socii amissi (*qui in aves mutati erant*) petierunt aethera pinnis. OV. epist. 12, 161. met. 5, 519 (*Ceres de Proserpina*) en quaesita diu tandem mihi nata reperta est, si reperire vocas amittere certius, aut si scire, ubi sit, reperire vocas (FIRM. err. 7, 1). trist. 4, 1, 18 (*de Orpheo*) bis amissa coniuge. 4, 3, 34 LIV. 24, 45, 11. 30, 12, 5 rege amisso (*qui in pugna vulneratus et captus erat*). 37, 12, 8. 41, 23, 4 recepturi essent amissa mancipia *quae effugerant* (*sim.* am- et recipere *colloc.* LIV. 41, 3, 7 MANIL. 4, 840 QVINT. inst. 5, 10, 118 TAC. ann. 2, 41 SVET. Nero 40 PAVL. dig. 49, 15, 19 pr. HERMOG. dig. 37, 14, 21 pr. SVLP. SEV. chron. 1, 13, 8. *seq.* percipere. AVG. serm. dub. 369, 2). PHAEDR. app. 14, 31 SEN. contr. 2, 1, 5. 2, 1, 19 contr. exc. 6, 2. CVRT. 4, 14, 22 coniugem in illo carcere amisi (*antec.* restituere). 6, 11, 24 SEN. dial. 12, 2, 4 epist. 49, 2. HOMER. 70 *Agamemnon* amissos deceptus luget amores (*i. e.* Chryseida; *cf.* 63 dimittere). FLOR. Verg. p. 186 *taurus Europam Tarracone* amisit et substitit. ARGVM. Plaut. Capt. 5. IAVOL. dig. 33 5, 14 (*de iure in homine amisso*) *servum* quem ita manumiserit amittit (*sim.* VENVL. dig. 46, 2, 31, 1 PAVL. dig. 40, 5, 33, 1. VLP. reg. 1, 18 communem servum unus ex dominis manumittendo partem suam amittit. INST. Iust. 2, 7, 4). TERT. anim. 34 Menelaus . . . insequitur amissam, . . . repetit ereptam *Helenam* (pudic. 14 eum et ereptum amiserat et damnatum habere non potuerat. *sim. coni.* eripere. CIC. parad. 29 SEN. dial. 6, 16, 8). HYG. fab. 80 p. 81, 17 (*de raptis sororibus, seq.* recuperare). PAVL. dig. 48, 15, 19, 7 (*de transfuga*) pater sic filium amisit quemadmodum patria. COMM. instr. 2, 9, 4 *moriens* amittit et patriam et regem. HIER. epist. 3, 6 ne amicum . . . pariter cum oculis mens amittat. AVG. conf. 10, 41, 66 (*Aug. veritatem alloquitur*) per avaritiam meam non amittere te volui, sed volui tecum possidere mendacium (*seq.* reconciliare § 67). 13, 2, 3 (*in imagine*) ne, quod adeptus est conversione, aversione tamen amittat. civ. 1, 3 *deos tutores* amisisset (10, 3 *deum* amiseramus . . . neglegentes. 12, 21 in psalm. 6, 5). SVLP. SEV. chron. 2, 45, 7 partium vires amisso (*sc. ex ecclesia eiecto*) duce infractae. BOETH. cons. 4 carm. 7, 3 (*de Helena*) fratris amissos thalamos piavit. *cf.* FILASTR. praef. 3 amissa falsitate parentis mendacissimi iam veri parentis Christi vestigia sequi (*cf.* praef. 2 *et* AMBR. hex. 6, 3, 13). *de animalibus*: VERG. georg. 3, 227 *taurus victus* amisit inultus amores. FILASTR. praef. 2 amissis falsis parentibus.

b *de rebus* (*cf. hunc illum locum sub I b*): NAEV. praetext. 7/8 cedo qui vestram rem publicam tantam amisistis tam cito? proveniebant oratores novi, stulti adulescentuli (GRACCH. or. frg. Fest. p. 286 M.). (CIC. dom. 98 patriam ipsam amittere, spoliari populi Romani beneficiis amplicissimis, praecipitari ex altissimo dignitatis gradu. Att. 1, 18, 6 amissa re publica piscinas suas fore salvas sperare. ad Q. fr. 1, 2, 15 rem publicam funditus. p. red. ad Quir. 5. rep. 5, 2 nostris . . . vitiis, non casu aliquo rem publicam verbo retinemus, re ipsa vero iam pridem amisimus. Att. 4, 18, 2 amisimus . . . omnem non modo sucum ac sanguinem, sed etiam colorem et speciem pristinam civitatis. 9, 5, 2 *v. p. 1925, 73.* epist. 9, 16, 3. 9, 18, 3 sublatis iudiciis amisso regno forensi. fin. 4, 22 patriam. off. 2, 28 vexatis ac perditis exteris nationibus ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Massiliam. 2, 29. PVBLIL. M 31 male imperando summum imperium amittitur. VERG. Aen. 12, 236 nos patria amissa dominis parere superbis cogimur. OV. epist. 12, 161 *Medeae verba*: amissis regno patriaque domoque coniuge. met. 14, 773 *Numitor* amissa nepotum munere regna capit. trist. 3, 2, 22 quidquid . . . amissa restat in urbe mei [5, 9, 6]. 3, 3, 53. LIV. 1, 17, 2 ne . . . in societate aequa possessionem imperii amitterent. 3, 44, 1. 3, 38, 11. 5, 14, 1 *v. p. 1929, 50.* PAVL. FEST. p. 13 *Ambrones* subita inundatione maris . . . amisissent sedes suas. VAL. MAX. 4, 3, 6 *Athenarum urbs* imperium maximum amisit, Roma occupavit. PLIN. nat. 37, 29 amissarum rerum. SIL. 16, 5 abditus . . . silva . . . amisso taurus regno. TERT. nat. 2, 17 PORPH. Hor. carm. saec. 43/44 COMM. instr. 2, 9, 4 PANEG. 7, 15. AVSON. 208, 4 amissam . . . Narbo dedit patriam. CLAVD. 5, 394 *fera* nuper montes amisit avitos altorumque exul nemorum damnatur harenae muneribus. AVG. in psalm. 13, 6. ANON. Vales. 16, 95 *v. l. 42*). PLAVT. Amph. 1054 spes atque opes vitae meae iacent sepultae in pectore neque ullast confidentia iam in corde quin amiserim (Merc. 592 spem teneo, salutem amisi. CARM. epigr. 68, 9/10. CIC. Tusc. 2, 32 amittenda . . . fortitudo est aut sepeliendus dolor. LIV. 2, 5, 2 contacta regia praeda spem in perpetuum cum iis pacis amitteret. 4, 12, 11. 4, 22, 4 expugnandi pariter cogendique ad deditionem spe amissa. 40, 56, 2 spe potiundi ad poenam corporis eius amissa. VITR. 10 praef. 2 amissa spe et inpensa abiecta. VAL. MAX. 8, 11, 1 exercitus . . . manus cum hoste conserendi fiduciam amisisset. PLIN. nat. 8, 21 (*de elephantis*) amissa fugae spe. VVLG. Hebr. 10, 35 confidentiam. QVEROL. p. 59, 9). PLAVT. Asin. 611 te vitam esse amissurum (SISENNA frg. inc. 1 vitam cum dolore et insigni cruciatu carnificatus amisit. RHET. Her. 4, 44, 57 *v. p. 1933, 14.* CIC. inv. 1, 3. S. Rosc. 30 insutus in culleum per summum dedecus vitam amittere [SALL. Cat. 20, 9]. Mil. 37. Phil. 9, 15 vi morbi oppressus vitam amiserit. LVCR. 3, 768 *mortalis anima* mutata per artus tanto opere amittit vitam sensumque priorem. BELL. Alex. 70, 6 neque interfectis amissam vitam neque exsectis virilitatem restituere posse. HOR. sat. 1, 1, 60 vitam . . . in undis. SEN. clem. 1, 5, 6. IVST. 24, 3, 10 vitam ferro . . . amisit. IVVENC. 2, 521. AMBR. c. Aux. 6 vulnera, quibus vita non amittitur, sed propagatur. HIER. epist. 84, 6 aut quaeritur vita aut amittitur. AVG. conf. 4, 9, 14 civ. 20, 20. serm. 101, 3 curando vitam amittere vitam. CARM. epigr. 496, 3 amisi lucem. 1567, 6 gaudia vitae. CORP. VI 13114 amissa incerta vita). PLAVT. Aul. 303 *follem* obstringit *ob gulam* ne quid animae forte amittat dormiens (305. CIC. epist. 14, 4, 5 una animam cum ornamentis amisimus. nat. deor. 3, 35 corpora intereant umore aut spiritu amisso [VARRO rust. 1, 59, 1 *poma* umorem amiserint]. LVCR. 6, 1234 SALL. Catil. 33, 4. Iug. 14, 23 aerumnas simul cum anima. VITR. 2, 10, 2 *arbores* excisae et dolatae vitalem potestatem amiserint. CELS. 1 praef. p. 7, 34 AMM. 17, 3, 2. 20, 11, 3. HIER. epist. 120, 1 suas pro Christo amisere substantias. AVG. civ. 21, 4. in psalm. 140, 5 dominus in cruce animam deposuit, non amisit invitus. SEDVL. carm. pasch. 3, 104 superas moriens amiserat auras. MARCELL. chron. II p. 87, 457, 1 vitae spiritum. ANON. Vales. 16, 95 regnum et animam. INST. Iust. 3, 7, 4 ipso ultimo spiritu simul animam atque libertatem amittebant. *cf.* VARRO ling. 6, 79. *opp.* CELS. 3, 27, 1 miserum spiritum trahunt). PLAVT. Bacch. 1188 quod di dant boni, cave culpa tua amissis. Capt. 143 quae in potestate habuimus, ea amisimus. 655 nuculeum amisi, retinui pignori putamina (*sim.* amittere *et* obtinere, retinere, tenere *coni.* PLAVT. Merc. 592 TER. Phorm. 507 *p. 1921, 35/6* CARM. epigr. 68, 9. 10 CIC. Q. Rosc. 10 Caecin. 75. 85 Att. 3, 10, 2 Sest. 100 *v. p. 1927, 19* de orat. 2, 273 *v. p. 1933, 22* Att. 3, 10, 2. 7, 11, 1 *v. p. 1933, 25/6* rep. 5, 2 *v. p. 1923, 72* Deiot. 35 off. 2, 82 Phil. 12, 4. VAL. MAX. 4, 1, 10 nihil ex eo, quod obtinebat, amitteret. PROC. dig. 41, 2, 27 IAVOL. dig. 41, 2, 23, 1 PLIN. epist. 8, 5, 2 *v. p. 1928, 52* SVET. Tib. 15 POMPON. dig. 7, 4, 22. 21, 2, 29, 1 APVL. Socr. prol. p. 110 PAPIN. dig. 41, 2, 47. *passim* VLP. dig. 7, 1, 15, 7. 7, 4, 29 pr. 8, 3, 18. *passim* MARCIAN. dig. 20, 1, 11, 1 IVST. 32, 1, 2 HIER. epist. 9. AVG. civ. 1, 10 *ea* timide retinendo facilius amiserunt. 9, 4 in psalm. 147, 27 SVLP. SEV. dial. 2, 10, 4 BOETH. cons. 2, 5, 54). PLAVT. Cist. 709. Mil. 701 (*de marito qui uxori oboedit*) istam . . . amiseris libertatem (CIC. leg. 1, 36 libertas disserendi. SALL. Catil. 33, 4 libertatem . . . cum anima. TAC. Agr. 11 ann. 4, 36. 14, 35 INST. Iust. 3, 7, 4. 3, 12, 1 libera mulier servili amore bacchata ipsam libertatem per senatus consultum amittebat). PLAVT. Mil. 1360 iam non possum; amisi omnem lubidinem (PS. SALL. in Tull. 1, 1 ut si quam male dicendo voluptatem cepisti, eam male audiendo amittas. TERT. spect. 20). Mil. 1324 *cf. p. 1921, 41.* 687 crumillam amittere (*syn.* 690 perdere; *sim. haec verba colloc.* PLAVT. Trin. 1054 RHET. Her. 4, 44, 57 *v. p. 1933, 14* CIC. Verr. 1, 13 p. red. in sen. 39 (p. red. ad Quir. 26). epist. 4, 6, 1. 5, 16, 3 *v. p. 1922, 16* parad. 8 Phil. 12, 4 *v. p. 1927, 64* LIV. 21, 61, 1 *v. p. 1933, 74* PRIAP. 55, 3. 5 SEN. contr. 1 praef. 3. 9, 5, 3 ALF. dig. 39, 2, 43, 2 SEN. benef. 7, 29, 1 rem. fort. 11, 1 nat. 3, 11, 2 epist. 88, 11. 99, 3. PLIN. nat. 16, 82. 83 *seq.* deperdere (*v.* COD. Iust. 3, 34, 14). QVINT. inst. 9, 4, 143 *e coni.* decl. 276 p. 129, 9. 320 p. 256, 25/27. 337 p. 327, 15/21 perdidi domum . . . penates . . . amisi. *cf. q. s.* 361 p. 393, 12/13 TAC. ann. 2, 25 *v. p. 1933, 13* SVET. Aug. 16 AVR. Fronto p. 36, 3 N. *p. 1828, 45* PAVL. dig. 2, 13, 7 pr. 38, 2, 42 pr. *passim* IVST. 8, 1, 1/2 PANEG. 12, 7 HIER. epist. 29, 7. 124, 10. 130, 9 AVG. de mend. 18, 39 in psalm. 30 serm. 3, 12. 52, 9. 57, 18. serm. dub. 367, 1 serm. ed. Mai 1, 1 PS. AVG. serm. 192, 1 PS. PROSP. carm. de prov. 904 BOETH. cons. 2, 2, 19. ANTH. 225). PLAVT. Trin. 561 illum *agrum* amiserit (CIC. off. 2, 79 SALL. Catil. 28, 4. VERG. georg. 2, 198 qualem infelix amisit Mantua campum. OV. Pont. 1, 8, 41). CAECIL. com. 44 si illi postquam rem paternam amiserant, egestate aliquantisper iactati forent (TER. Eun. 241. CIC. Verr. 1, 53 non modo ius suum fortunasque omnis eorum imperio

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

amittant, verum etiam deplorandi iuris sui potestatem non habeant. 4, 32. 4, 121. 6, 18. Manil. 19 rem ac fortunam. epist. 9, 5, 2 amissis opibus. 13, 5, 2. fin. 2, 86 *bonis* amissis. HOR. sat. 2, 5, 2 amissas reparare ... res. Ov. trist. 1, 9, 10 nullus ad amissas ibit amicus opes. LIV. 1, 50, 6 bona. SEN. Herc. f. 1259 *v. p. 1930, 42.* PAPIN. dig. 36, 4, 4 rem familiarem inopinato fortunae impetu. frg. Vat. 261 peculium. PAVL. dig. 3, 5, 36, 1 fortuitis casibus ... suas fortunas. PORPH. Hor. carm. 2, 12, 23 divitias; *coni.* accipere. epist. 1, 18, 99 Ps. HIL. libell. 9 AMM. 31, 6, 8. HIER. epist. 108, 17 substantiam. 117, 10 et rem et famam. SVLP. SEV. chron. 1, 13, 6. COD. Iust. 5, 37, 21 (*a. 316*) rei amissae periculum). TER. Phorm. 673 mea causa eicitur: me hoc est aequom amittere. Eun. 241 simul consilium cum re amisti? (*sim. collocatum extat* eicere *cum* amittere VARRO rust. 2, 7, 2 CIC. Mil. 105, *interpolatum* PLAVT. Persa 782. *cf.* GLOSS. *passim* eicio ἀποβάλλω). TER. Ad. 347 *anulum* amiserat. 913 sumptu amittet multa (*cf.* COLVM. 7, 3, 10). ACC. trag. 275 et fletu et tenebris obstinatus speciem amisi luminis conspiciendi insolentia (CIC. dom. 105 lumina amisit. Tusc. 1, 73 cum acriter oculis deficientem solem intuerentur, ... aspectum omnino amitterent [AMBR. hex. 4, 1, 1]. 5, 114 div. 1, 48 CAES. civ. 3, 53, 3 NEP. Timol. 4, 1 PAVL. FEST. p. 183 CELS. 6, 6, 9 p. 230 SEN. dial. 7, 22, 2 benef. 6, 2, 2. PLIN. nat. 7, 141 orbam luminibus ... senectam amissis. 7, 166 oculorum visum. 8, 206. STAT. Theb. 8, 46 amissum ... odisse diem. SIL. 4, 762. QVINT. inst. 2, 13, 12. TAC. ann. 2, 9 amisso per vulnus oculo. AMPEL. 20, 11 PAVL. dig. 50, 13, 3 VVLG. Tob. 14, 3 AMBR. in Luc. 4, 64 AMM. 18, 7, 5. 26, 3, 2 AVG. trin. 14, 14, 19. civ. 21, 11 tam brevi tempore quisque amittat oculum severitate vindictae quam tulit ipse alteri improbitate peccati. in psalm. 57, 18 BOETH. cons. 4, 4, 103). ACC. trag. 278 multa amittuntur tarditie et socordia. CATO agr. 5, 6 triennì fructum amittes (CIC. Verr. 4, 125 sementi prohibita aut messe amissa fructus annuus interibat. 4, 198 per hanc iniuriam non modo fructum omnem amitteret, sed etiam instrumentum vendere cogeretur. VARRO rust. 1, 55, 3 *de arboribus* [SOL. 1, 55 *cf.* PLIN. nat. 7, 64]. Ov. fast. 4, 916 quae tu frumenta notasti, maestus in amissis illa colonus habet. CVRT. 9, 2, 26. COLVM. 3, 21, 5 amittat vindemiam praecoquem ⟨quae⟩ plerumque populationibus volucrum pluviisque aut ventis lacessita dilabitur. TERT. pudic. 3 *paenitentia* nec amittit, sed praeparat fructum). FAB. MAX. hist. 3 amitti quam apisci (*colloc.* amittere *et* adipisci, nancisci [*imprimis ap.* ICTOS] CIC. Flacc. 43 epist. 4, 6, 2. 5, 18, 1 CAEL. Cic. epist. 8, 11, 1 GAIVS inst. 4, 144 VLP. dig. 5, 3, 13, 14. 50, 2, 2, 6 PAVL. dig. 4, 6, 31. 41, 3, 15, 2 PANEG. 10, 33 AVG. de duab. anim. 14 conf. 2, 5, 11. 13, 2, 3 trin. 8, 3, 5 civ. 1, 9. 5, 4 *sq.* indeptus est. 12, 1. *cf.* CIC. Brut. 199 scire quibus rebus efficiatur amittaturve dicendo illud quidquid est, quod aut effici dicendo oportet aut amitti non oportet). MACER or. frg. Prisc. gramm. II 532, 24 quis oportuit amissa restituere, hisce etiam reliquias averrerunt (*sim.* amittere *et* restituere *collocantur*: CIC. p. red. in sen. 39 p. red. ad Quir. 20 CAES. civ. 1, 7, 4. 1, 87, 1 BELL. Alex. 12, 3 SALL. epist. Mithr. 14. 15 LIV. 3, 68, 3. 5, 7, 13. COLVM. 1, 8, 14 iam res ipsa decoxit nec in tantum postmodum exuberat, ut et se amissam restituat et quaestum temporum praeteritorum resarciat. 11, 1, 28. SEN. dial. 11, 11, 2 epist. 91, 14 FRONTIN. strat. 2, 10, 2 PLIN. epist. 10, 39, 4 GAIVS inst. 4, 4, 7, 1, 3/4 IVL. dig. 7, 6, 3 PAPIN. dig. 29, 2, 86 pr. VLP. dig. 4, 2, 9, 7. 7, 6, 5, 4/5. 39, 2, 37. 43, 20, 1, 23 *sq.* in restitutionem venire. PAVL. dig. 8, 3, 35 IVST. 10, 3, 3 COD. Iust. 9, 12, 7, 1 [*a. 319*]). CIC. inv. 2, 10 ne dum parvulum hoc consequamur, ut satis haec commode perscripsisse videamur, illud amittamus quod maximum est, ut ne cui rei ... adsenserimus (AMM. 17, 5, 7. AVG. trin. 8, 3, 5 *sq.* ut). 2, 173 qui in adversa tempestate navem reliquerint, omnia amittunto; eorum navis et onera sunto, qui in nave remanserint. Quinct. 77 eos, etiamsi quid antea recti aut venusti habere visi essent, id amittere. S. Rosc. 110 si sublata sit venditio bonorum, illum pecuniam grandem amissurum, sese capitis periculum aditurum (PLAVT. Persa 403 *p. 1934, 70* SEN. rem. fort. 11, 1 PETRON. 117 IAVOL. dig. 39, 5, 24 IVV. 13, 134 GAIVS dig. 44, 7, 1, 4. AFRIC. dig. 19, 5, 24 pecuniam sine dolo malo vel amisisset vel vacuam habuisset. 47, 2, 62, 6 MARCELL. dig. 46, 3, 72 pr. TERT. pudic. 7. Ps. AVG. serm. 312, 1 facile ... poterit pecuniam ereptam amittere qui quod accepit in lucrum noluerit erogare. SEDVL. op. pasch. 2, 17 p. 229, 5). CIC. Q. Rosc. 10 ad iudicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus aut amittamus (de orat. 2, 100 quarum rerum neglegentia plerasque causas et maxime privatas ... videmus amitti. PAVL. FEST. p. 116 litis cecidisse dicitur qui eius rei, de qua agebat, causam amisit. *cf.* CIC. Att. 9, 5, 2 causam rei publicae ... amissam cum volneribus suis, tum medicamentis, quae parantur). Q. Rosc. 21 et Roscium quicquam per avaritiam appetisse et Fannium per bonitatem amisisse (*sim. coni.* petere *et comp.* SALL. Catil. 33, 4. or. Phil. 5 metu pacem repetentes, quo habitam amiserant. LIV. 2, 6, 4 *v. p. 1934, 24.* PHAEDR. 1, 4, 1 amittit merito proprium qui alienum adpetit. SEN. nat. 3 praef. 14 nullum bonum petere, quod ut ad te transeat, aliquis dare debet, aliquis amittere .... QVINT. inst. 6 praef. 2 FLOR. epit. 3, 5, 13 TERT. anim. 34 IVST. 6, 6, 7 VLP. dig. 49, 15, 21, 1. PANEG. 3, 17 *sq.* repetere. AVG. in Gal. 21 c. 3, 10/12 *sq.* appetere. serm. dub. 367, 1. SVLP. SEV. chron. 2, 51, 8 amissum locum [*sc. episcopatum quo se abdicaverat*] repetere. BOETH. cons. 2, 5, 54). CIC. Verr. 1, 2 reconciliare existimationem iudiciorum amissam (3, 192 in alterius impudentia sui pudoris existimationem amitterent. COD. Iust. 5, 37, 28, 1) (*sim.* reconciliare *et* amittere *collocantur*: NEP. Dion 7, 2 *p. 1923, 24* AVG. conf. 10, 41, 66/7 *p. 1923, 53*). Verr. 1, 13 classes ... amissae et perditae (6, 67. 6, 101. 106 [*cf. ibid.* 6, 60 unius civitatis firmum auxilium amissum ac venditum pretio]. nat. deor. 2, 7 tempestate. off. 1, 84 SALL. epist. Mithr. 14 VERG. Aen. 4, 375. 5, 795 TAC. ann. 2, 25. SVET. Aug. 16 reparandarum classium causa quas tempestatibus duplici naufragio ... amiserat). CIC. Verr. 2, 89 *navem* non vi tempestatis, sed hac terribili tempestate sociorum amissam (VERG. Aen. 1, 251. 5, 699. 5, 713 SIL. 10, 612. TAC. Agr. 28 amissis per inscitiam regendi navibus. ann. 2, 25. 14, 39. 15, 46 VLP. dig. 19, 2, 15, 6 PAVL. dig. 22, 2, 6 HERMOG. dig. 14, 2, 5 pr. AMM. 24, 7, 8). Verr. 4. 226 *agri cultione sublata* amissam esse populo Romano Siciliam ... nisi eam vos istius damnatione recuperatis (Piso 96). 5, 39 illud optime factum argentum amittere (5, 135). 5, 78 *Dianae statua* loco mutato religionem ... non amisit (*opp.* recuperavit; *sim.* amittere *et* recuperare *collocantur*: CIC. Verr. 5, 78 Cluent. 22 Flacc. 39 p. red. in sen. 39 de orat. 3, 110 Rab. Post. 44 epist. 6, 11, 2 div. 1, 31 Phil. 12, 4 CAES. Gall. 7, 15, 2 *v. p. 1933, 55 et quae ibi adnotavi* NEP. Att. 12, 3 LIV. 7, 22, 9. 35, 12, 17 FLOR. epit. 2, 20, 4 IVLIAN. dig. 41, 4, 7, 4 GELL. 5, 14, 13 HYG. fab. 80 p. 81, 17 TERT. anim. 24 pudic. 10 VLP. dig. 16, 3, 1, 21 MODEST. dig. 41, 1, 52 IVST. 25, 2, 10 PANEG. 10, 33 AVG. mor. eccl. 1, 34, 76. COD. Iust. 8, 21, 2, 1 dare recuperationem pignori quocumque modo possessionem amittat sive culpa sua sive non sive fortuito casu). CIC. Verr. 5, 97 ornamenta fanorum ... praeclaris nominibus amissis in instrumento atque in supellectile Verris nominabuntur (Cluent. 6 non modo auctoritatem sed etiam nomen iudicum amittetis. 12 *mater nunquam* ita de suo scelere et immanitate audiet, ut naturae nomen amittat. Flacc. 43. leg. 2, 6 *flumen* amittit nomen obscurius [*similiter* AMM. 23, 6, 73]. Deiot. 41. nat. deor. 1, 66 susceptae philosophiae nomen amittere. Phil. 12, 8 off. 3, 82. VARRO rust. 2, 4, 17 amisso nomine lactantes dicuntur nefrendes. SALL. Catil. 52, 11 vera vocabula rerum amisimus. VERG. Aen. 8, 332 amisit verum vetus Albula nomen. SIL. 10, 30 TERT. nat. 1, 3. PRISCILL. tract. 2, 47 qui sibi sectarum nomen imponunt, Christiani nomen amittunt. VLP. dig. 48, 5, 14 in concubinatum se dando matronae nomen non amisit [*sim.* PAVL. dig. 1, 9, 6. 38, 6, 4]. AMM. 14, 8, 6. HIER. epist. 122, 3 iusti vocabulum non amittit. SEDVL. praef. carm. pasch. p. 10, 8 nequeat amittere, quod vocatur. ARATOR act. 2, 1048 obstupuit Felix amisso nomine). CIC. Verr. 5, 151 *Verris* opera omnium annorum sacra deosque patrios amiserunt (dom. 35 neque patris heres neque amissis sacris paternis in haec adoptiva venisti). Caecin. 54 amitteret hereditatem (75. Flacc. 85 si quae tibi in Africa venerit hereditas, usu amittes an tuum nulla avaritia salva dignitate retinebis? Sest. 26 de orat. 2, 223. NEP. Att. 12, 3 *sq.* recuperare. SALL. Catil. 33, 1. VAL. MAX. 7, 8, 9 ne quid ex ea hereditate quam non erat aditurus, amitteret. PLIN. paneg. 38. IAVOL. dig. 29, 2, 76, 1 partem hereditatis aut amittere ... aut vindicare. IVLIAN. dig. 7, 4, 17 ius omne legati usus fructus. 38, 6, 2 culpa sua ... paternam hereditatem. GAIVS inst. 3, 212. dig. 35, 1, 63 pr. legatum. *similiter de re hereditaria apud* PAPIN. VLP. PAVL. MARCIAN. MOD. HERMOG. *cf. vocab. iurispr. Rom. s. v.* amitto p. 418, 26 *sqq.* PORPH. Hor. epist. 1, 12, 12 HIL. ad Const. 2, 7 COD. Iust. 3, 28, 36, 1. 5, 30, 5, 3 successionis emolumentum. 6, 30, 22, 4ᵃ. 6, 42, 32, 2 lucrum hereditatis. INST. Iust. 3, 1, 14 naturalium parentium successionem). CIC. Caecin. 55 utilitatem omnem ... huius interdicti, dum versati et callidi velimus esse, amissuros. 75 ius amitti non potest sine magno incommodo civitatis (*antea* retinere). (Catil. 3, 15 non modo praetoris ius, verum etiam civis amiserat. Att. 3, 24, 1 omnem vim sui iuris. Rab. Post. 18 Phil. 10, 12. LIV. 7, 22, 9 tribuni reciperaturi ius consularibus comitiis amissum. SVET. Tib. 15. VLP. dig. 25, 3, 5, 22 mercedes exigendo ius libertorum amisit [*sim. de manumissione*: PAVL. dig. 19, 1, 43. 38, 2, 49. 40, 9, 15 pr. IVVENC. 1, 535 casti iura pudoris auctore amittet mulier deserta marito. MOD. dig. 27, 14, 9. 40, 11, 5 HERMOG. dig. 37, 14, 21 pr. *cf. p. 1923, 42*]. COD. Iust. 4, 65, 35, 1 suas militias suamque opinionem amittant ex militibus pagani, ex decoratis infames constituti). CIC. Caecin. 98 quem pater patratus dedidit aut suus pater populusve vendidit, quo is iure amittit civitatem? (100 dom. 77. 78. 80 Balb. 28 de orat. 1, 182 NEP. Att. 3, 1. SEN. dial. 9, 4, 3 officia civis). Cluent. 6 auctoritatem (Flacc. 4 prov. 13. SEN. clem. 1, 22, 2 severitas quod maximum remedium habet, adsiduitate amittit, auctoritatem). 192 ne forte mater hoc sibi optatissimum spectaculum huius sordium atque luctus et tanti squaloris amitteret. Manil. 6 vectigalibus amissis (leg. agr. 1, 21 *coni.* intermissis vect-. 2, 80). Mur. 55 ne et ea, quae ⟨ei⟩ relicta, et haec, quae ab ipso parta sunt, amittat (*sim. coni.* relinquere RHET. Her. 1, 15, 25. Mil. 6. Ov. ars 2, 116 riget amissa spina relicta rosa. LIV. 5, 53, 5 SEN. dial. 6, 16, 8 *v. p. 1923, 49* PLIN. epist. 3, 7, 2 *v. p. 1922, 59.* AVG. civ. 19, 13 nisi ... bonum relictum esset, bonum amissum dolere non posset. epist. 91, 19. BOETH. cons. 4, 6, 168 *seq.* derelinquere). CIC. Sull. 66 secundas fortunas amittere (*seq.* in adversis ... permanere. *v.* GRACCH. or. frg. schol. Cic. Bob. p. 305 *coni.* restare *p. 1922, 12/4.* CIC. Att. 3, 24, 1 *v. p. 1927, 10.* POMPON. dig. 8, 6, 19 nihil iuris amitto ... manet mihi ius integrum. TERT. anim.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad amittere: *s y n o n y m a et s i m i l i a*: *ad I*: amoliri (*p. 1921, 22*), dimittere (*p. 1921, 80/1*). *ad I b*: concedere, remittere (*p. 1921, 66/7*). *ad II*: adimere (ALF. dig. 48, 22, 3), capere (LIV. 26, 15, 14), delere (LIV. 25, 37, 1), deperdere (*p. 1924, 72*), exuere (LIV. 8, 33, 19), remittere (BOETH. herm. sec. 2, 3 p. 79, 9), perdere (*p. 1924, 66/79*), tollere (CIC. epist. 9, 18, 1). *o p p o s i t a et c o n i u n c t a*: recolligere (*p. 1921, 61*), relinquere (*p. 1926, 77*), retinere, tenere (*p. 1924, 47 sqq.*). *ad II*: accipere (*p. 1931, 7*), acquirere (*p. 1929, 52*), admittere (*p. 1931, 73*), adoptare (AVG. trin. 2, 27), apisci *et comp.* (*p. 1925, 38*), appetere (*p. 1925, 78*), assequi (*p. 1927, 53*), assumere (*p. 1929, 36*), auferre (HIER. epist. 123, 17), augere (CIC. parad. 6), capere (*p. 1932, 41*), communicare (*p. 1929, 19*), consequi (*p. 1927, 52*), conservare (*p. 1931, 19*), custodire (VAL. MAX. 7, 2, 13), derelinquere (*p. 1926, 80*), deponere (AVG. in psalm. 140, 5), dimittere (*p. 1929, 22*), desiderare (*p. 1930, 12*), habere (*p. 1930, 4*), invenire, mereri (PAVL. dig. 34, 9, 5, 2 MOD. dig. 50, 11, 1), nancisci (*p. 1925, 38*), obtinere (*p. 1924, 47 sqq.*), occupare (*p. 1933, 60 sqq.*), parare, parere (*p. 1928, 62*), percipere (AVG. in psalm. 138, 19), perdere (RHET. Her. 4, 44, 57), pervenire ad aliquid (AVG. vera relig. 47, 92. 54, 106), petere (*p. 1925, 76*), possidere (*p. 1939, 51*), propagare (*p. 1924, 25*), recipere (*p. 1923, 34*), reconciliare (*p. 1926, 2*), quaerere (*p. 1927, 60*), recuperare (*p. 1926, 17*), redimere (VAL. MAX. 4, 4, 6), referre (SER. SAMM. 88), reficere (*p. 1933, 66*), reparare (*p. 1928, 62*), reperire (*p. 1929, 69*), repetere (*p. 1925, 76*), reponere (OV. met. 13, 235), restituere (*p. 1925, 46*), resumere (*p. 1929, 35*), sectari (*p. 1927, 50*), servare (*p. 1929, 19*), sumere (*p. 1929, 33*), tenere (*p. 1924, 48*), tribuere (HIER. epist. 100, 10), vindicare (IAVOL. dig. 29, 2, 76, 1).

ad amitti: *s y n o n y m a*: deperire (COD. Iust. 3, 34, 13/4 praef.), interire (CIC. nat. deor. 2, 35), perire (OV. fast. 2, 619/21 PAVL. dig. 22, 6, 6 AVG. civ. 2, 21). *o p p o s i t a*: manere, permanere, perseverare, restare (*p. 1922, 22/4*).

ad amissus: *s y n o n y m a*: extinctus (CIC. inv. 2, 78), occisus (*p. 1932, 14*). *o p p o s i t a*: incolumis (VERG. georg. 4, 213 LIV. 37, 53, 21 IVST. 5, 7, 8), integer (LIV. 26, 41, 50 *v.* POMPON. dig. 8, 6, 19), natus (renatus *v. p. 1922, 46*), praesens (SEN. benef. 6, 32, 4 *v.* epist. 98, 6), relictus (*p. 1926, 75 sqq.*), reliquus (PANEG. 12, 25), salvus (CIC. Att. 1, 18, 6 Flacc. 85 LIV. 1, 58, 7 CVRT. 4, 15, 24 GAIVS inst. 1, 181 PAVL. dig. 22, 2, 6 AVG. gen. ad litt. 8, 10 p. 247, 8), superstes (PLIN. epist. 2, 7, 5 AVSON. 158, 3).

neutr. part. perf. pass. **āmissum,** -ī: OV. trist. 5, 12, 18 veniant patriae, veniant oblivia vestri, omnis et amissi sensus abesse queat.

Amiūd *v.* Ammiud. [*B. A. Müller.*

[**amium**] *v.* ami. **Amius** *v.* 1. *et* 2. Ammius.

Amīzādāb *nom. vir. hebr.*, עַמִּיזָבָד. VVLG. I par. 27, 6.

Amizōn, -onis *opp.* CONC. Ephes. a. 431 (Mansi V p. 614^{A}) Philetus ... episcopus Amizonis. *cf.* Amyzon.

? **Amizza** *nom. vir. barbar.* CORP. VIII 2452 (*in prov. Numid.*) Iulius Victor Amizza ⟨pi⟩e vixit ...; *ubi traditur* Amizzane vixit *et* Amizzavi vixit (*cf.* 17946).

Amlacarius *nom. vir. barbar.* CONC. Cabilon. a. 639—654, p. 213, 36 Amlacarius episcopus ecclesiae Saginsis.

Amlaidina *vicus Tomis.* CORP. III 13743 (*Tomis*) ex vic(o) Am⟨l⟩aidina. *Otto.*

ab **amm-** *quae incipiunt composita cum* ad *v. sub* adm-.

1. amma, -ae *f.*, ἀμμᾶς. PALLAD. hist. mon. 1, 21 p. 300^{C} 'benedic me amma (ἀμμᾶ)' ... 'haec vestra et mea ... est amma (ἀμμᾶς)'. hoc enim nomine vocant illi (*in Thebaide Tabennenses*) spiritales matres.

2. amma, -ae *f.* [*orig. inc., fortasse cf. c.* amita. *Th.*]. ISID. orig. 12, 7, 42 haec avis (*strix*) vulgo 'amma' dicitur ab amando parvulos, unde et lac praebere fertur nascentibus. LIB. gloss. amma: avis nocturna. NOT. Tir. 101, 59 amma. *v. Heraeus, Archiv 13, 154 not.* V.

1. Amma *nom. mul. graec.*, Ἄμμη (*cf.* Ammia). CORP. VI 24358 (*periit*) Plutia Q. l. Ammae (*sic trad.*). Plutia Q. l. Má. XI 705 (*Bononiae*) Aur(elia) Amma coniugi *cum filia et socru* nationis utrisque Dardaniae. III 4316 (*in Pannon. sup., cf.* 10970) Aurel. Vindex Andautonia eq. coh. I Thrac. ... Aurelia Amma. 11563 (*in Norico*) Barbia P. l. Amma. 11922 (*in Raetia*). *v. etiam* 2. Amma.

2. Amma *nom. mul. celticum.* CORP. XIII 3620 (*in Gall. Belg.*) Acceptus Victoris ... Ammai suae coiuc. 4059 Coco Sintor⟨i⟩gis, Amma f⟨i⟩lia. 4176 Sexto et Tertinio et Amma (*sic, dativ.*). *cf.* Ammus *et* Ammillus *et* 3. Amma.

3. Am(m)a, Ame *nom. mul. hispanum.* CORP. II 880 (*in Lusitan.*) Amme Festi f. Albocolensi. 2668 (*in Hispan. Tarrac., litt. saec. III*) Val(eriae) Amme. 5694 Ama mater. 5696 Sempronia Amma. 5798 Ame (*nominat.*). INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 410 n. 133 Amma Salmio mater. IX p. 113 n. 292^{h} Iul. Ammae. *v. etiam* 1. Amma, Ammia, Amia.

4. Amma *oppida Palaestinae.* **1** *in tribu Aser*, עַמָּה, LXX Ἀρχόβ, *sed cod. Alex.* Ἀμμα. VVLG. Ios. 19, 30 HIER. nom. hebr. p. 24, 25 sit. et nom. p. 95, 15. **2** גִּבְעַת אַמָּה, *quod* VVLG. II reg. 2, 24 *vertit* collem aquae ductus. LXX τοῦ βουνοῦ Ἀμμάν (Ἀμμα *cod. Alex.*). HIER. nom. hebr. p. 37, 5 Amma (Amman *codd. opt.*). sit. et nom. p. 97, 6.

Ammaca *nom. mul. german.* CORP. XIII 3615 (*in Gall. Belg., litteris optimis*) Ammacae sive Gamaledae. INSCR. Rhen. 538 Iuliae Superi fil. Ammacae et C. Octavio Materno. **Ammacius** *nom. vir.* INSCR. Rhen. 37 Ammacius Hucdionis. *cf. s. v.* Ambacthius.

Ammadās *ex amicis Alexandri Magni.* IVST. 12, 12, 8 (Amadas *pars codd.*).

Ammador *v.* Hammoth Dor. **Ammaea** *v.* Ammaia.

Ammaedara *opp. provinciae Byzacenae, colonia Flavia, tribu Quirina, hodie* Hr. Heidra; *cf. Schmidt, PW. I 1841.* PTOL. 4, 3, 7 Ἀμμαίδαρα. *optima forma* Ammaedara, *inveniuntur etiam* Ammedara, Ammedera (*hoc in libris*) *et* (*maxime in libris*) Adm-. CORP. VIII 308 (*imperante Aurelio Maximiano*) col(onia) Fl(avia) Aug(usta) Aemerita Ammaed. (302). 2566, a, 3 Am. 2568, 28 Ammed. 2568, 70 Am. 2586, 44 (*saec. III*) A m m e d e r. 2911 Ammedara. 2975 Am. 18067, a, 12. 26 (*saec. II*). 18068, a, 44 (*saec. II*) Amm. b, 2 Ammed. 18087 Am. *octies.* VI 32536, 15, 21 Amme⟨dara⟩. III 13372 (*in Pannon. inf.*) L. Caeciius (*sic*) L. f. Quirina V⟨e⟩rus A d m e d e r a. HYG. lim. grom. p. 180, 2 Admederae. CYPR. sent. episc. 32 ab Ammedera. OROS. hist. 7, 36, 6 Ammederam (Adm- *codd. plerique*). ITIN. Anton. Aug. p. 26, 5 Admedera colonia (ad medra, almedera *duo codd.*). IVL. HON. rec. A 44 Admedera. COSMOGR. 1, 44. TAB. Peut. 4/5 ad Medera.

adi. **Ammaedarēnsis** (*et* Ammed-) *et incolarum vocabulum.* CORP. VIII 11532 (*a. 299*) coloniae Ammaedarensium. 315 ⟨A⟩mme⟨darensium⟩. 5351 (*non multo post obitum Traiani*) Ammaedarensium. 15935 Apuleia L. fil. Liciniana pia Ammaedarensis. INSCR. christ. ap. Murat. 1056, 2 (*Romae*) Victoria de regionem A d m e d e r e n s i u m. CONC. Carth. a. 411 Mansi 4 p. 101^{A} episcopus plebis Ammederensis. p. 159^{A}.

Ammaeēnsis *v.* Ammaiēnsis.

Ammaeus *v.* Ammius *p. 1939, 24.*

Ammaia, Ammaea *nom. mul. hispanum.* CORP. II 5002 (*in Lusitania*) Iulia P. f. Ammaia. 5222 Iuliae Sex. f. Maxumae ... et Terentiae L. f. Ammaeae. *sed cf.* Ammaea *sub* Ammius.

Ammaiēnsis, Ammaeēnsis *adi. ab* Ammaia (PTOL. 2, 5, 6 Ἀμμαία) *opp. Lusitaniae; cf. Hübner, PW. I 1842.* CORP. II 158 (*a. 161*) municip(es) Ammai(enses). PLIN. nat. 37, 24 (*ex Cornelio Boccho*) ⟨in⟩ Ammaeensibus iugis. CORP. II 501 Aventinus Maximae lib. Ammaiensis. RAVENN. p. 320, 18 Amneni.

Ammalech *v.* Amalec.

Amman *indecl., caput Ammonitarum,* Ἀμμᾶν. HIER. sit et nom. p. 88, 31 Amman, quae nunc Filadelfia, urbs Arabiae nobilis, in qua habitaverunt olim Rafaim gens antiqua, quam interfecerunt filii Lot, habitantes pro eis in Amman. 92, 1 Ammon trans Iordanem .... haec est Amman (Aman *B*), de qua supra diximus .... 130, 31 Amman (hoc est Filadelfiam). 138, 1 urbis Amman, quae et Filadelfia dicitur. 159, 26. in Nah. 3, 8 p. 572 A m m a n a, quae nunc vocatur Philadelphia. *pro* Naalol: ITALA iud. 1, 30 (Lugd.) inhabitantes Amman (LXX *cod. Alex.* κατοικοῦντας Ἐναμμαν. VVLG. Naalol). *cf.* Ammon.

Ammana *v.* Amman. **Ammānes** *v.* Ammon.

Ammani *v.* Manaim. **Ammanītēs, -ītis** *v.* Ammon.

Ammanticus, -a, -um. HIER. hom. Orig. in Ezech. 10 p. 967 sunt autem quaedam Aegyptia peccata, quaedam Sodomitica; sunt alia Babylonica, alia Assyria, alia Moabitica et alia Ammantica. *cf.* Ammon.

Ammānus *v.* Ammon.

[**Ammaon** *et* **Ammaus**]. AMBR. in Luc. 7, 132 Ammaus (Aemaus, Aemmaus, Emmaus, Emmaon *pars codd.*) et Cleopas. 10, 173 Ammaoni et Cleopae. PS. AMBR. apol. Dav. II 8, 43 Ammaon (Ammon, Amaon *pars codd.*) et Cleopas. MAX. TAVR. hom. 109 p. 508^{B} Amaon (*al.* Amaus) et Cleophas. *hunc igitur eum esse volunt, qui ad Emmaus cum Cleopha iter faciens Christum vidit (cf. Luc. 24, 13 sqq.), unde apparet errorem subesse ortum ex oppidi nomine.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ammap<.>s, -a *nom. gent.* CORP. III 1040 (*in Dacia, periit*) Sex. Ammap<.>s Clemens <b>f. cos.

Ammas *nom. mul. graec.*, Ἀμμάς (*cf.* Ammia). CORP. VI 22595 (*periit*) Montania Amm<...>... L. Orronio Hel<...> Ammas. NOM. mart. p. 878, 29 Ammas. *sed eadem* GREG. TVR. glor. mart. 48 Stamas.

Ammasis *cogn. mul.* CORP. XI 155 (*Ravennae, periit*) Aurel(ia) Ammasis.

Ammata *v.* Athmatha.

Ammatiācus *fundus.* CORP. XIII 2533 (*in Ambarris*) actor fundi Ammatiaci. *cf. vicum qui hodie appellatur* Ameyzien (*Ihm, PW. suppl. I 68*).

Ammattha *Syriae Euphratensis, cf. Benzinger, PW. I 1751.* NOT. dign. or. 33, 35 sub dispositione ... ducis ... Eufratensis Syriae: ... cohors prima victorum, Ammatha. *num idem* Ἀλάμαθα (PTOL. 5, 14, 19)?

Ammava *nom. mul. celticum.* INSCR. Rhen. 130 Herculi Macusano et Haevae Vlp. Lupio et Vlpia Ammava.

Ammaum (*et* Amavante) *v.* Emmaus.

Ammauru *nom. mul. barbar.* CORP. IX 289 (*Bari*) Appalenia Ammauru.

1. Ammaus, Ammaeus *v.* Ammius *p. 1939, 29.*

2. Ammaus *v.* Ammaon. **3. Ammaus** *v.* Emmaus.

Ammausius *nom. vir.* INSCR. Rhen. 211 (*cf. Bonner Jahrb. 106 p. 248*) Cessorinius Ammausius ursarius leg. XXX V. v. S. A. CORP. VIII 287 (*saec. III*) Fla(vio) Ammausio praef. eq.

o. Amme *legitur in vasculo Gallico* CORP. XIII 10010, 3261.

Amme<...> *locus in Syria.* CORP. XII 4899 add.

Ammēa *v. sub* Ammius *p. 1939, 31.*

Ammedabu *nom. barbar.* CORP. VI 19136 d. m. Hádei Ammedabu ... matri b. m.

Ammēdara (-dera) *v.* Ammaedara.

Ammedi (*genet.*) *nom. vir. hispanum.* CORP. II 5763 (*in Hispan. Tarr., a. 2 a. Chr.*) Aneni Ammedi (*filii, ut vid.*).

Ammēius *v.* Ammius *p. 1939, 32.*

Ammenemēs *rex Aegypti*, Ἀμμενέμης, *cf. Pietschmann, PW. I 1844.* HIER. chron. a. Abr. 803 Ammenemes (Ammes *F*).

Turrēs Ammeniārum *opp. Numidiae.* NOT. episc. Num. 105 Victor de Turres Ammeniarum (turris sammeriarum *cod. Hall.*).

Ammenōphis *v.* Amenophis.

Ammenopthis *rex Aegyptiorum*, Ἀμενοφθίς; *cf. Pietschmann, PW. I 1825.* HIER. chron. a. Abr. 1084 Ammenopthis (Ammenophis *AP*, Ammenofthis *F*).

ammento, ammentum *v.* ament-.

Ammeta *v.* Athmatha. **ammi** *v.* ami.

Ammi *v.* 3. Ammon.

Ammia *nom. servarum graecum*, Ἀμμία (*cf.* 1. Amma, Ammas, Ammias, Ammis *et* Ammianus *sub* Ammius). *frequentissimum in Italia.* CORP. VI 2225. 4650. 4921 Ti. Claudius Secundus, Vitruia Ammia. 5841 Ammia ἐνθ<άδε κεῖται>. 6215 (*aetate Augusti*) Statilia Ammia. 9375. 9933. 11558. 11559. 21644 Iulia Ammia M. l. 36385 Ambivia C. et (mulieris) l. Ammia. *et passim.* XIV 617. 717 Caecilia L. L. l. Ammia. 1794 Vlpiae Ammi<a>e. 2180. 2716. IX 402 Tutoria (mulieris) l. Ammia. 4226. X 2107. 2653. 3955. 5372. 7441 *al.* XI 1361. 3080 <I>ulia Tigranis regis f. (<I.> *Mommsen*) Ammia. 4851. INSCR. Notiz. degli scavi 1889 p. 111. CORP. V 559. 6023 Iuliae Ammiae. 8123, 1 (*in fibula*) Ammia. XII 5231 Tetrinia P. et (mulieris) lib. Ammía. III 819 Iul. Ammia. 2369. 3189. 13663. II 2676 Aemiliae Ammiae M. f. 3712 Mariae Ammiae. 5687? *sed v. etiam* Amia *nom. hispanum.* VIII 3342 Aeliae Ammiae. 3758? 8749 Faonia Amia. 509 Antonia Amia (? *cf.* 11669); *nisi haec barbarica sunt.* RVFIN. hist. 5, 17, 3 (*ex Miltiade*) Ammia quae in Filadelfiae ecclesia prophetavit. 5, 17, 4 Ammiam Filadelfinam (Ἀμμίαν). COD. Iust. 6, 53, 4 (*a. 208*) *impp. Severus et Antoninus AA.* Ammiae. 5, 12, 19 (*a. 294*).

Ammiānus *v.* Ammius *p. 1938, 58.*

Ammias, -adis *nom. mul. graec.*, Ἀμμιάς. CORP. VI 1600 Septimia Ammias ... C. Calpurnio Ammiano eq. R. filio. 10680 a Aelia Ammias. 10690. 13284 Aurelia Ammias. 13360 Alexander Aug. lib. et Vmbricia Ammias. 15352 Claudiae A<m>miadi. 18274. 32899 Ammias *libertina.* XIV †1891 (*Ostiae*) Caecilie Ammiadi. X 3611 (*Miseni*) Naevia Ammias. XI 142 (*Ravennae*) Ligariae Ammiadi. XII 3634 (*Nemausi*) Iulia Ammias. XIII 7335 (*in Germ. sup., a. 230*). Amias: INSCR. christ. Muratori 1825, 10 Amias Gorgonio coiugi.

[Ammiata] *cogn. mul. corrupt.* CORP. VI 11772 (*periit*) Annia T. l. Ammiat. a. Ampliata *coni. editor.*

Ammica *nom. mul., cf.* 3. Amma. CORP. II 3198 (*in Hispan. Tarrac.*) Octavia Ammica Contuci f.

Ammicar, -is *nom. vir. africum.* CORP. V 4950 (*a. 27*) <...> Ammicaris f. Agdibil *Afer.* VIII 68 (*in prov. Byzac., a. 12 a. Chr.*) Ammicar Milchatonis f. Cynasyn(ensis). 10525 (*in prov. procos., aetate Caesaris*) <...> Ammicaris f. (*bis*). INSCR. Comptes rend. de l'acad. des inscr. 1904 p. 184 (*in Africa*) Aulo Ammicaris f.

? **Ammida** *nom. mul.* CORP. III 15089 (*in Dalmatia*) Vitell(iae) Ammid<ae?> ... et <P.?> Ae<l(io)> P. f. Prisco.

Ammiēl *indecl., nom. vir. hebr.*, עַמִּיאֵל, Ἀμιήλ. VVLG. num. 13, 13 Ammiel (Ammihel *cod. Amiat.*). II reg. 9, 4 (Amihel *cod. Amiat.*). 9, 5. 17, 27 Ammihel. I par. 3, 5 (Amihel *cod. Amiat.*). 26, 5 (*item*). HIER. nom. hebr. p. 15, 20 *et* 37, 10 Amihel (Ammihel *H*) populus meus dei. ITALA num. 13, 13 (Avell. p. 761, 15) Amihel.

Ammineus *sim. v.* Aminneus.

Ammillius, -a *nom. gent., cf.* Ammillus. INSCR. ap. Willers, Die röm. Bronzeeimer von Hemmoor (1901) p. 119 Apollini Granno Ammillius Constans praef. templi ipsius. *cf. etiam* Amilius *et* Amillius (*sub* Ammius *p. 1939, 71 et 42*).

Ammillus, -a *nom. celticum, cf.* Ammus *et* 2. Amma. CORP. XIII 2960 (*in Gall. Lugud.*) Ammille Loeusi filiae. 6282 (*in Germ. sup.*) Primia Ammill<a> 4579 (*in Gall. Belg.*) Ammillo Seduli (*filio*). 4590/91 Ammil(la?). XII 4033 (*Nemausi, periit*) Ammillini? (*dativ.*). *cf. etiam* Ammillius, Amillo *et W. Schulze, Eigennamen 27, 3.*

? **Ammilusima** *nom. mul. barbar.* CORP. VII 920 (*periit*) Ael(ia) Ammilusima.

Ammin- *v.* Ammius *l. 81.*

Amminais *Indus.* EPIT. Alex. 39 regis *Mesageni* frater Amminais.

Ammingus *nom. vir. german.* LIB. pontif. p. 157, 8 (*saec. VI*) Ammigus (Amingus *plerique*) dux Francorum.

Amminneus *v.* Amin-.

Amminus *nom. vir. barbar., cf.* 2. *et* 3. Amma *et Holder, Altcelt. Sprachsch. I 130.* CORP. II 146 (*in Lusitania, periit*) Aunia Ammini f. 454 (*periit*) Amminus Andaitiae f. VII 10 Lucullus Ammini f. **Aminna** *nom. mul.* CORP. II 2726 (*in Hispan. Tarracon., periit*) Aeliáe Aminnáe. 623 (*in Lusitania, periit*) A<mi>na?

Ammiod *v.* Ammiud.

? **Ammira** *nom. mul.* CORP. II 885 (*in Lusitania, periit*).

Ammis, -idis *nom. mul. graec.*, Ἀμμίς (*cf.* Ammia). CORP. VI 20854 Iunia Ammis. 21780 Ammis Maecenatia, Ti. Iulius Nícephor. XI 3301 (*in reg. VII*) Ammid(i) coniugi. III 14216⁴ Aelia Ammis. Ammís *quod legitur* CORP. VI 27576 *potest esse dat. plur.* ab Ammius.

Ammisaddai *indecl., nom. vir. hebr.*, עַמִּישַׁדָּי, Ἀμισαδαί. VVLG. num. 1, 12. 2, 25. 7, 66. 71. 10, 25. HIER. nom. hebr. p. 15, 17 Amisaddai (Admisedai *F*, Amisedai *H*) populus meus sufficiens. ITALA num. 1, 7 (Avell. p. 761, 4) Amisadai.

ammītis *v.* ham-.

Ammiūd *indecl., nom. vir. hebr.*, עַמִּיהוּד, Ἐμιούδ, Ἀμιούδ *sim.* VVLG. num. 1, 10. 2, 18. 7, 48. 53. 10, 22. 34, 20. 28 (Ameiud *cod. Amiat.*). II reg. 13, 37 (Amiur *cod. Amiat.*). I par. 7, 26. 9, 4 (Amiud *cod. Amiat.*). HIER. nom. hebr. p. 15, 15 (num. 1, 10) Amiud (Ammiod *FH*). 37, 11 (II reg. 13, 37) Ammiod. ITALA num. 1, 10. 2, 18 *cett.* (Lugd.) Emiut *et* Emiud. 34, 28 filius Benemiob. num. 34, 28 (Monac.) filiorum Benmiut.

1. Ammius, -a *nom. gent., in titulis saepius* Amius. PLIN. epist. 9, 13, 13 Ammius Flaccus *senator. in titulis*: Amius: CORP. VI 11556 L. Amius Niger. IX 1636 (*Beneventi*) L. Amio N. f. *quaestore.* 2701 (*Aeserniae*) L. Amius L. f. Tro. Trissus. INSCR. Notiz. degli scavi 1896 p. 3 (*in Gall. cisalp.*) Q. Amius <..>enicari f(ilius). *v. etiam* 2. Ammius. II 2368? Ammius: CORP. VI 1682 *v. infra p. 1939, 8.* IX 940 (*in Daunia*) Ammiae Primigeniae. 6105 (*Brundisi*). INSCR. Notiz. degli scavi 1893 p. 385 (*in Marsis*). CORP. X 6618 (*Velitris*) Q. Ammio Q. l. Optato. 5470 (*Aquini*). V 2121 (*Tarvisi*)? XII 5701, 21 (*in fistula*). XIII 607 (*in Aquitania*). 2891 (*in prov. Lugudun.*). 4132 (*in Gall. Belg., a. 198*) L. Ammius Gamburio. III 1359 (*in Dacia*) Ammius Cresces. II 1140 Ammia Veneria. 1756. 6277a? 2649 *v. etiam* 2. Ammius, -a *nom. barbaricum.* **Ammiānus** (Amianus), -a *cogn. an graecum est* (*v.* Ammia *al.*)? *cf.* CORP. VI 1600 Septimia Ammias ... C. Calpurnio Ammiano ... filio. CORP. inscr. Graec. Sic. et It. 1381 (*Romae*) Ἀμμιανῷ ... Μενεκλῆς *al. W. Schulze, Eigennamen 121, 1. duo possunt esse nomina eiusdem formae, unum graecum, alterum latinum.* CIC. Att. 6, 1, 13 de Amiano (*fuit in Cilicia fortasse debitor Attici*). MART. 2, 4, 1 o quam blandus es, Ammiane, matri! quam blanda est tibi mater, Ammiane! 2, 17, 4. 4, 70, 1. 4. Ἀμμιανός *poeta saec. II, cf. Reitzenstein, PW. I 1845.* COD. Iust. 4, 24, 11. 5, 43, 9. 6, 58, 7 (*a. 294*) Ammiano. Ammianus Marcellinus *rerum scriptor alterius saeculi IV partis, Graecus Antiochensis, cf. Seeck, PW. I 1845*: AMM. 31 *subscr. in cod. Vat.* Amiani Marcellini. Ammianus *comes rerum privatarum*: COD. Theod. 11, 30, 41 (*a. 383*). SYMM. epist. 10, 36, 2. AMBR. epist. 15 Ambrosius Anatolio ... Ammiano ... domini sacerdotibus et omni clero et plebi Thessalonicensium. Ἀμμιανοί *alii, cf. PW. I 1845 ss.* CORP. VI 1058, 5, 109 (*a. 210*) M. Aurelius Ammianus *vigil.* IX 1207 (*Aeclani*) M. Aeprio M. f. Cor. Ammiano. XII 5766 (*Massiliae*). III 90 (*in Arabia*) Statil. Ammianus pref. alae. 9962 (*in Dalmatia*) Siscia na(tus). VIII 4054 (*in prov. Num.*) M. Aurelius Ammianus et Aurelia Ammiana filia. 19942 Q. Cornelius Q. fil. Quirin. Amianus. *in lucerna* CORP. V suppl. ital. 1079, 52 Amia. *in vasculis Gallicis* CORP. XIII 10010, 108 Amianus f. *sim. nom. gent.* CORP. XIII 6801 (*in Germ. sup., a. 204*) Ammian. Vrs<us?> *centurio.* **Amin(n)ius**, -a *sim.*, **Amnius**, -a *nom. gent. cf. etrusc.* amni (CORP. inscr. etrusc. I 584. 585 *al.*) *et* Aminneus. CORP. VI 2010 Aminn. Sabinianus *patronus sacerdotum domus Aug., saec. II ex.* XII 785 (*Arelate*) Amin<i>a Faustina. VIII 5723 (*in prov.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Num.) Aminia Estricatula. 5727 Aminiae Matronae. *cogn. mul.* CORP. III †10232 (*in Pann. inf.*) ⟨Aur⟩elia Aminia. VIII †14157 (*Carthagine*) Ammin⟨. . .⟩. *cf. etiam* CORP. V 4398 (*Brixiae*) Mestriae Amin. *gens* Amnia *cum* Anicia *et* Auchenia *posteriore aetate artissime coniuncta, cf. Seeck ad Symm. adn. 420 et PW. I 2199.* Amnius Anicius Iulianus *cos. a. 322*: SYMM. epist. 1, 2, 5 cedenti cui non praeluxerit Amnius unus. Amnius Manius Caesonius Nicomachus Anicius Paulinus Honorius *cos. a. 334*: CORP. VI 1652. 1682 (*ubi scriptum* Ammio). 1683. *cf.* VI 1754 (*a. 395*) Aniciae Faltoniae Probae Amnios Pincios Aniciosque decoranti. Amnia stirps: AVSON. 406, 32 stirpis novator Amniae (*trad.* Amm-). Amniadae: CLAVD. 1, 8 scis genus Auchenium, nec te latuere potentes Amniadae (Ann- *trad.*). PRVD. c. Symm. 1, 551 Amniadum (Ann- *trad.*) suboles. *in vasis Arretinis* CORP. XV 4952 Amni. V 5897? *adi.* **Aminiānus,** -a, -um. TAB. aliment. Vel. (Corp. XI 1147) 6, 30 fund(um) Aminianum Atilianum Propertianum. **Amniānus** *cogn.* CORP. VI 2665 (*periit*) Aur. Amnianus mil. coh. VIII pr. **Amninius,** -a *nom. gent.* CORP. IX 6315 (*Ortonae*) Q. Amninius Q. l. Philonicus. **Amnaeus,** -a *nom. gent., cf.* Amanius. *Ἀμναῖος senator aequalis Catonis minoris* PLVT. Cat. 19. ? **Amanius,** -a *nom. gent. cf. etrusc.* amanas (*W. Schulze, Eigennamen 121. 345*). CORP. VIII 17930 (*in prov. Num., periit*) Amania Sextulla Sex. ⟨f(ilia)⟩? Amatia *vel* Aminia *coni. editor.* **Ammaus,** -a *nom. gent.* CORP. IX 3312 (*Superaequi*) T. Ammaus P. f. Nerva *aedilis.* **Ammaeus,** -a (Ammēus) *nom. gent.* *Ἀμμαῖος ad quem scripsit Dionysius Halicarnaseus.* CORP. VI 21525 (*periit*) M. Lucceius Abascantus et Ammea Eutychis . . . Lucceio Ammaeo (Ammeo? *cf.* 34137a) Abascanto. 33686 Sex. Ammaeus Stepanus. 35188 Ammaea Synerusa. IX 5858 (*Auximi, periit*) Ammea Iocunda. V 398 (*in Histria*) T. Ammaeus L. f. Priscus. INSCR. Rhen. Bramb. 491 D. Ammaeus D. l. Olympus. *cogn. mul.* CORP. VI 35285 ⟨. . .⟩ae M. l. Ammea⟨e⟩? ? **Amaedius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 34378 (*Ligoriana*) L. Amaedius Rufus. **Ammēius,** -a *nom. gent.* CORP. VIII 14480 (*in prov. procos.*) Ammeia Mittia. IV 2345 Ameia. XIII 10010, 3246b (*in vasculo Gallico*) Ammeius. **Amīcius,** -a *nom. gent.* CORP. X 1403d 3, 22 (*Herculanei*) L. Amicius Fortunatus. XIII 6385 (*in Germ. sup., a. 217*) L. Amicius Donatus. VI 28147 (*periit*) Amicia. **Amīciānus** *cogn.* CORP. inscr. graec. 3665 (*Cyzici*) Ἀὐρ. Ἀντ. Οὐλπιανὸς Ἀμεικιανός. **Amelius,** -a *nom. gent.* C. Amelius *Caesaris Augusti medicus*: PLIN. nat. 19, 128 SCHOL. Hor. epist. 1, 15, 3. CORP. X 6743 (*Anti, periit*) M. Amelius ⟨T⟩halamus. VI 29766 Ameliorum. 33975? **Amilius,** -a *nom. gent.* CORP. XI 5537 (*Asisi, periit*) Amilia ⟨. . .⟩ Secunda. **Ammonius, Amonius,** -a *nom. gent., cf.* Amunius. CORP. VI 1058, 5, 40 (*a. 210*) T. Ammon. Felicissim. *vigil* (*idem* 1057, 7, 77). 11565 Q. Amonius Q. Q. l. Protophanes. X 3013 (*Puteolis*) Ammonius Sabinus. IV 2426a Amoni(um). XIII 7264 (*in Germ. sup.*) Ammon. Secundan. *miles.* INSCR. Korr.-Bl. d. Westd. Zeitschr. 1904 p. 166. CORP. VII 806 Ammonius Victorinus trib. *coh. Aeliae Dacorum.* 807 (*idem*). VIII 18084, 49 (*in prov. Num.*)? *est et aliud nom. gent.* Ammonius, *scriptum aliquotiens* Hammonius, *ductum illud quidem ab* Hammon, Hammonius, *cuius exempla cum hoc italico non confundere difficile est; quare sub* Hammon *ponentur* Ammonii *ei tantum, quorum patria hoc videtur suadere.* **Ammoniānus,** -a *cogn.* CORP. VI 228 (*a. 205*) Aur. Ammonianus. *cetera exempla omnia nomini* Hammon *subicientur.* **Amullius,** -a *nom. gent. satis frequens Puteolis et in Africa. raro scriptum* Amulius. CORP. VI 200, 7, 12 (*a. 70*) P. Amullius Tel⟨es⟩phor. 1058, 4, 59 (*a. 210*) Q. Amullius Saturninus *vigil.* 6883 Amullia (mulieris) l. Alabandis. 3884, 1, 10 (*a. 197*) Q. Amullius Q. f. Pal. Vitalis Ost(ia). 7473. 11600. X 1783 (*Puteolis*) M. Amullius Lupus (*idem* 2047 M. Amuli Lupi). 2045. 2046 (*periit*) M. Amulio Epinico . . . Amulia Maximilla. 2048. 2880. 8196. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 103 n. 388 (*Puteolis*). CORP. X 7 (*Regi Iuli, a. 79*). 8059, 35 (*in signaculo*) M. Amul. Diony. IV 2626 M. Amullio C(os)mo (*cf.* 737) *cf.* Amillius *infra l. 71.* V suppl. ital. 1080, 70 (*Aquileiae, in patella*) S. Amulius. XII 3223 (*Nemausi, periit*) Amulia Epiteuxis. VIII 501 (*in prov. Byzac., imp. Diocletiano*). 717 G. Amullius Donatianus, Amullia Victoria. 718—721. 12155? 5146 (*in prov. procos.*) M. Amullio M. fil. Pap. Optato Crementiano eq. R. (5148). 3383 (*in prov. Num.*). 3995. 4257. 4316? 6968. 8462 (*in Maur. Sitif.*). Amul(l)ius *rex Albanus eodem nomine praeditus seorsum exhibebitur.* Amillius: CORP. IV 2510. *cf. etiam* Ammillius. **Amuliānus** *cogn.* CORP. VIII 14865 M. Iulius ⟨Mu?⟩thimbal Amulianus. ? Amilliana: CORP. VI 30341 (*periit*) Amillian[a]eti (*ut videtur*). **Amullīna** *cogn. mul.* CORP. III 2549 (*in Dalm., periit*) Caetennia Amullina. 8872 Amullina. **Amulasius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 17219 M. Amulasius Cinipsus. **Amulēius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 11597 L. Amuleius Hermes. 11598 Q. Amulei Ianuari. 11599 Amuleia (mulieris) l. Eleut⟨h⟩era. 6942 Q. Amuleius Aproni libert. Pacatus. *cf. etiam* Amafinius, Amacilius, Amantius, Amatius, Ametius, Amurius *al.*

2. Ammius, -a *nom. barbaricum.* CORP. XIII 3624 (*in Gall. Belg.*) Securinio Ammio . . . Securiniae Ammiae. INSCR. Rhen. 26 Octavius Ammius. CORP. II 2675 (*in Hispan. Tarrac.*) L. Aemilio Ammi f. Q. Valenti . . . Ammia ⟨P⟩roc⟨l⟩a? *v.* 1. Ammius, -a *nom. gent.* 5763 (*in Hispan. Tarrac., a. 2 a. Chr.*) Ammi Caenecaeni (*filii*). INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 379 n. 77 (*in Lusitan.*) Firmus Ammi s(ervus). p. 377 n. 70 Irineus Ambati f., Botilla Ami f. *in instrumento*: CORP. XIII 10010, 110. VII 1334, 8. 1336, 60 Ammius. *sim. num* 10010, 109 C. Ami m. *huc pertinet?* (*cf.* XI 6700, 24. XV 4949?).

3. Ammius *nom. germanicum.* IORD. Get. 129 Sarus et Ammius *Rosmoni* . . . Hermanarici latus ferro petierunt. *de nomine* (*theotisc.* Hamadeo, *goth.* Hamathius) *cf. Muellenhoff in indice p. 154.* *Otto.*

ammochosia, -ae *f.*, ἀμμοχωσία. CASS. FEL. 76 p. 187, 5 harenae ferventis adobrutione, quam ammochosian vocant.

ammochrysos, -ī (*m.?*), *ἀμμόχρυσος *gemma.* PLIN. nat. 1, 37, 73 ammochrysos. 37, 188 in ammochryso (ha- *codd. recc.*) velut auro harenis mixto. SOL. 37, 13 (*sine* h *codd. mel.*). ISID. orig. 16, 15, 5. *V.*

Ammoda *nom. mul. barbar.* CORP. III 10949 (*in Pannon. sup.*) Teuriscu Tutiae f. . . . Ammoda mater sibi et filio.

Ammōdēs (ἀμμώδης). HYG. astr. 2, 20 p. 61, 1 Hermippus . . . dicit, quo tempore Liber Africam oppugnaverit, devenisse cum exercitu in eum locum, qui propter multitudinem pulveris Ammodes est appellatus. *cf.* Hammodes. *Otto.*

ammodo, ammodum *v.* admodum.

ammodytēs, (-a), -ae *m.*, ἀμμοδύτης *serpens.* LVCAN. 9, 716 indiscretus harenis | hammodytes (COMMENT. Bern. a latendo sub harena). SOL. 27, 33 sunt et ammodytae (ha- *pars codd.*). IVL. VAL. 3, 10 ammodytae . . . albi colore vel rufi. ISID. orig. 12, 4, 39. POL. SILV. chron. I p. 543, 34 *inter colubras* hamodita. *V.*

1. Ammon, -iacus *v.* Hamm-; *ubi etiam celtica exhibebuntur.*

2. Ammon *v.* Amnon *et* Amon.

3. Ammon (Amman) *indecl., filius Lot ex ipsius filia, auctor gentis Ammonitarum* (*filiorum Ammon*), עַמּוֹן, Ἀμμών (Ἀμμάν); *scr. etiam* Amon. VVLG. gen. 19, 38 vocavit nomen eius Ammon (בֶּן־עַמִּי, Ἀμμὰν . . . υἱὸς τοῦ γένους μου. ISID. orig. 7, 6, 28 Ammi . . . a quo dicti sunt Ammonitae, vocatur populus meus). HIER. in Nah. 3, 8 p. 574 SVLP. SEV. chron. 1, 6, 7. LIB. geneal. chron. I p. 172, 248 Ammon *et* Amman. Ammānus: CYPR. GALL. gen. 678 altera disparibus Ammanum (-onum *A*) nuncupat orsis. Ammon *populus*, filii Ammon, בְּנֵי עַמּוֹן, עַמּוֹן. VVLG. num. 21, 24 ab Arnon usque . . . filios Ammon. 22, 5 terrae filiorum Ammon. iud. 11, 14 regi Ammon. I reg. 11, 11 percussit Ammon (*accus.*). II reg. 12, 26 Rabbath filiorum Ammon. *et passim.* ITALA Ios. 12, 2 (Lugd.) filiorum Amman. 13, 10 filiorum Ammon. iud. 3, 13 filios Aamon. HIER. nom. hebr. p. 3, 4 Ammon filius populi mei vel populus maeroris (p. 15, 27. 24, 25. *cf.* in Nah. 3, 8 p. 574. in Am. 1, 14 p. 236 in filiis Ammon . . . schismaticos accipimus. AVG. quaest. hept. 7, 49. in psalm. 82, 8 Amon. CASSIOD. in psalm. 82, 8. *cf.* ISID. orig. 7, 6, 28). HIER. in Nah. 3, 8 p. 572 filiis Loth, qui vocantur Amman. NOT. Tir. 127, 59. 129, 6 Amon. *oppidum* (*cf.* Amman). HIER. sit. et nom. p. 86, 21 urbis Ammon, quae nunc Filadelfia dicitur. p. 92, 1 Ammon trans Iordanem in tribu Gad. haec est Amman. *cf.* p. 147, 1 Rabbath civitas regni Ammon, nunc Filadelfia. in Am. 1, 14 p. 236. **Ammonītēs, Ammonītae,** -ārum (*et* Amman-), עַמּוֹנִים, עַמֹּנִי, Ἀμμωνί, Ἀμμανίτης (Ἀμμων-). VVLG. gen. 19, 38 pater Ammonitarum. deut. 23, 3 Ammonites. I reg. 11, 1 Naas Ammonites. II par. 20, 1 de Ammonitis. 26, 7 contra Ammonitas. II Esdr. 2, 19. 4, 3. *et passim.* HIER. sit. et nom. p. 141, 18 (Ammanitarum *H*). in Am. 1, 14 p. 236 Rabba quae fuit metropolis Ammonitarum. SVLP. SEV. chron. 1, 26, 3. 1, 33, 2. 1, 37, 6. 2, 4, 2 ISID. orig. 7, 6, 28. 9, 2, 8. HIER. in Nah. 3, 8 p. 574 eos quicumque fuerunt de priori populo hoc est de Iudaeis, et de iuniori id est de nostris, Moabitas et Ammonitas figuraliter appellari (*cf. supra l. 43*). epist. 108, 11 cavendum esse vinum, in quo est luxuria, cuius opus Moabitae et Ammonitae. Amman-: ITALA deut. 23, 3 (Lugd. *et* Aug. quaest. hept. 5, 35). VVLG. II Esdr. 2, 10 servus Ammanites. 2, 19. 4, 3 (*et passim in cod. Amiatino, cf. Tischendorf ad I reg. 11, 1*). HIER. chron. a. Abr. 820 Ammanitae. AVG. civ. 16, 13 SVLP. SEV. chron. 1, 47, 5 LIB. gener. a. 334 chron. I p. 118, 103. CHRON. Alex. chron. I p. 118, 246 Ammanitis. *al.* *fem.* Ammanitis (Ammonitis) *adi. et subst.*, -idis, עַמֹּנִית, Ἀμμανῖτις, Ἀμμωνῖτις. VVLG. III reg. 11, 1 mulieres . . . Ammonitidas (Amman- *cod. Amiat.*). 14, 21 Naama Ammanitis. 14, 31 II par. 12, 13. 24, 26 Ammanitidis. II Esdr. 13, 23 uxores . . . Ammonitidas. II Macc. 4, 26 in Ammanitidem . . . regionem. 5, 7 in Ammaniten (εἰς τὴν Ἀμμανῖτιν). AVG. quaest. hept. 5, 35 Ammanitidas. Ammoni *i. Ammonites*: HIER. nom. hebr. p. 34, 13 Ammoni conprimens vel coangustans me (*cf.* VVLG. I reg. 11, 1 Ammonites, LXX Ἀμμανίτης). Ammonitius rex *trad. ap.* BACHIAR. repar. laps. 13 (*ex* II reg. 10 *ubi* VVLG. rex filiorum Ammon). **Ammōnes,** -um *i. Ammonitae.* CYPR. GALL. gen. 679 hic pater Ammonum (*sic G*, -orum *AC*). iud. 158 Ammones Moabique. 429 Ammones submovet hostes. Ammānes: CYPR. GALL. iud. 405 duris Ammanum pressa duellis. Ammōnus *i. Ammonitae*: CYPR. GALL. iud. 423 Ammonus bella gerebat. *v. etiam* 3. Ammoni.

Ammona *v.* Emona.

ad Ammōnem *locus in provincia Tripolitana situs; cf. Schmidt, PW. I p. 1860.* TAB. Peut. 7, 2 ad Amonem. *sed* RAVENN. p. 350, 16 Ammonia.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ammones *v.* 3. Ammon.

1. Ammoni *loci nomen esse putavit Hieronymus.* VVLG. II reg. 23, 37 Selec de Ammoni. הָעַמֹּנִי, ὁ Ἀμμανίτης. *cf.* Ammon, Ammonites.

2. Ammoni *v.* Ammon *p. 1940, 71.*

3. Ammoni *gens Arabiae, cf.* Ammonitae. PLIN. nat. 6, 159 gentes Agraei et Ammoni (Amomi *E*).

ammōniacus *v. sub* Hammon.

Ammonicus, -a *nom. barbar.* CORP. II 514 (*in Lusitan.*) Ammonik(a) Maura ... Ammonicus Maurus filiae. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 378 n. 72 (*ibid.*) nymphis Ammonicus v. l. a. s. *Otto.*

Ammonītēs, Ammonītae, Ammonitius *v.* 3. Ammon.

ammonitrum, -ī *n.*, *ἀμμόνιτρον. PLIN. nat. 36, 194 *harena alba Volturni mixta cum nitro* fit massa quae vocatur hammonitrum. *V.*

Ammonius, -a, **Ammoniānus** *v.* Ammius.

ad Ammontem *locus in Syria.* TAB. Peut. 10, 2.

1. Ammonus *nom. mul. barbaricum.* CORP. VIII 9388 (*in Mauret. Caesar.*) ⟨.⟩ Petronius Vales vet. ... Longinia Ammonus avonculo. 21259 (*eadem*).

2. Ammōnus *v.* 3. Ammon *p. 1940, 79.*

Ammossa, Ammosa *nom. mul. celt.* CORP. XIII 3995 (*in Gall. Belg.*) Grimmius Manduissa sibi et Ammossa. 7075 (*in Germ. sup.*) ⟨Aquilin⟩ia Ammosa. 7116?

Ammuda *locus in Syria; cf. Benzinger, PW. I 1868.* NOT. dign. or. 33, 30 sub dispositione ... ducis Syriae et Eufratensis Syriae: ... ala prima nova Herculia, Ammuda (Amuda *pars codd.*). *v. etiam* Arulis.

Ammudatēs, -is *cogn. dei Elagabali; cf. Tümpel, PW. I 1868.* CORP. III 4300 (*in Pannon. sup.*) deo Soli Alagabal(o) Ammudati mil(ites) leg. I ad(iutricis) bis p(iae) f(idelis). COMM. instr. 1, 18, 3 Ammudatemque (Ambuat- *C*) suum cultores more colebant, magnus erat illis, quando fuit aurum in aede .... ventum est ad summum, ut Caesar tolleret aurum: defecit numen vel fugit aut transit in ignem *eqs.* de Ammudate et deo Magno *in acrostichide.*

ammula *v.* ham-.

Ammula *nom. mul.* CORP. XIII 6184 (*in Germ. sup., litteris rudibus aevi sequioris*) Axsinia Ammula.

(**ammulo**) *v.* ambulo *p. 1873, 61.*

? **Ammunei** (*dat.*) *nom. mul.* CORP. V 6648 (*in ripa occident. lacus Verbani, periit*) ⟨...⟩ Ouf. Alban⟨u⟩s sibi et Ammunei Philargyri f. *cf.* Amunius?

Ammurium *v.* Anemurium.

Ammus *nom. vir. celt., cf.* 2. Amma *et* Amo. CORP. XIII 3261 (*Durocortori*) Ammus Avitiani Suessio.

Ammuta *nom. vir. barb.* CORP. III 15151 (*in Pannon. inf.*) Ammuta Mogetionis f. ... M. Vlpius Brogimarus gener. *cf.* Ammutius.

Ammutius, -a *nom. gent. barb.* (*an cf. c.* Ammius, Ammonius?). CORP. XIII 4159 (*in Gall. Belg.*) M. Ammutius Ollognatus sibi et Atussiae Anne ... coniugi et Ollognatio Secundo filio. *cf.* Ammuta.

? **Amna** *nom. mul. graec.*, Ἄμνα? CORP. XIV 2673 (*Tusculi, periit*) ⟨...⟩ Amnae l. ⟨...⟩. *Otto.*

amnacum *v.* amaracus. **Amnaeus** *v.* Annaeus.

amnālis, -e *ab* amnis. CORP. XIV 364 patrono corp(oris) ⟨curatorum n⟩avium marinarum ⟨et navium a⟩mnalium Ostiens(ium). *V.*

Amnamethus *insula ad oram Arabiae sita; cf. Müller, PW. I 1870.* PLIN. nat. 6, 150 Amnamethus (Amnecmethus *pars codd.*).

Amneni *v.* Ammaiensis.

[**Amnfraix**] *nom. mul. corrupt.* CORP. XII 2682 (*Albae Helvorum, periit*) Macrina Amnfraix. Amn⟨e⟩raix *coni. Hirschfeld.* *Otto.*

amnego *v.* abnego *p. 111, 2.*

amnēnsis, -e *ab* amnis. FEST. p. 17 amneses appellantur urbes sitae prope amnes ut a mari maritimae. GLOSS. Labb. amnenses περιποτάμιοι, *sed ex medii aevi usu sumpta esse videtur.* *Gudeman.*

amnestia, -ae *f.*, ἀμνηστία. VAL. MAX. 4, 1 ext. 4 plebei enim scitum interposuit, ne qua praeteritarum rerum mentio fieret. haec oblivio, quam Athenienses amnestian vocant. VOPISC. Aurelian. 39, 4 amnestia ... sub eo delictorum publicorum decreta est de exemplo Atheniensium, cuius rei etiam Tullius in Philippicis meminit (CIC. Phil. 1, 1, 1 graecum ... verbum usurpavi ... atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui). OROS. hist. 2, 17, 15 amnestiam vocaverunt, id est abolitionem malorum (GLOSS. V 341, 58). 7, 6, 5 praeclaram et famosam Atheniensium amnestiam. *v. Thalheim, PW. I 1870.* *V.*

Amnia, Amniadae, Amniānus *v.* Ammius *p. 1939, 4.*

amnicola, -ae *m. ab* amnis *et* colere. OV. met. 10, 96 amnicolaeque simul salices. AVSON. Mos. 137 amnicolam delphina.

amniculus, -i, -um *m. ab* amnis *deminutive.* LIV. 36, 22, 8 ab altero amniculo (*sic M? S*, angulo *B*) quem Melana vocant.

amnicus, -a, -um *ab* amnis. GLOSS. pelagia carina: navigium amnicum. VOPISC. Aurelian. 47, 3 *navicularios* Romae amnicos posui. AMM. 30, 3, 5 escensis amnicis lembis. EDICT. imp. Diocl. 7, 14 *naupego* in nabi amnica ([ναυπ]ηγῷ πλοίων λιμνιέω[ν τ]ρεφ(ομένω)). NOT. dign. or. 40, 36 praefectus navium amnicarum. NOVELL. Valent. 28 de naviculariis amnicis. ISID. orig. 19, 1, 27 trabariae, amnicae naves. PLIN. nat. 3, 148 *insularum.* 16, 166 *harundinibus.* SOL. 1, 91 vi. 15, 24 herbas. 37, 6 pisces (SYMM. epist. 1, 14, 4). LAMPR. Heliog. 24, 5 parasitos ad rotam aquariam ligabat ... eosque Ixiones amnicos vocavit. APVL. met. 6, 20 amnica stipe vectori (*sc. Charoni*) data. AVSON. Mos. 205 super amnica terga (*i. super dorsum fluminis*) vagantem. AMM. 22, 8, 48 mare permixtum aquis amnicis. PRVD. perist. 7, 81 liquor. SIDON. epist. 1, 5, 4 margines. 2, 10, 4 v. 27 ad Christum levat amnicum celeuma (*sc. chorus helciariorum*). CASSIOD. var. 5, 17, 5 abies quae fluentis amnicis nutrita surrexit, marinarum superare cumulos discat undarum.

amnigenus, -a, -um *ab* amnis *et* gignere. VAL. FL. 5, 602 quid si amnigenam mirere Choaspen. AVSON. Mos. 116 *perca* amnigenos inter pisces dignande marinis. *Gudeman.*

Amninius *v.* Ammius *p. 1939, 17.* **Amnion** *v.* Interamnium.

amnion, -ī *n.*, ἀμνίον. SORAN. 55 quid est amnion? membranum universo corpori infantis adhaerens. *V.*

? **amnipotēns,** -tis *ab* amnis *et* potens. TVRPIL. com. 115 amnipotens Neptune (*Woelfflin*, omn- *codd.* CIC. Tusc. 4, 34, 72).

amnis, -is *m.* [*cf. c. hibern.* aub, abann, *cambr.* afon '*fluvius*'. *Th.*]. *de origine vocis:* VARRO ling. 5, 28 amnis id flumen quod circuit aliquod, nam ab ambitu amnis ... Tiberis amnis quod ambit Martium campum et urbem. FEST. p. 16 amnis proprie dicitur a circumnando, quoniam 'am' ex Graeca praepositione sumptum, quae est ἀμφί, significat circum et nare fluere. GLOSS. V 439, 33 amnes fluvii seu rivuli ripae sed proprie dicitur quod circum (*fort add.* it) vel torrens. amnis flumen rivus seu fluvii circuitus (IV 308) ab ambitu dictus. *corrupte* 439, 32 amna flumina. ISID. orig. 13, 21, 3 amnis fluvius est nemore ac frondibus redimitus et ex ipsa amoenitate amnis vocatur. *de sensu:* GLOSS. amnis ποταμός, fluvius. fluvius grandis. DIFF. ed. Beck p. 35, 66 inter amnem et flumen et fluvium et torrentem et gurgitem et alveum: amnis circuitus aquae est et maiora flumina [naves] quoque defert; flumen vastioris [id est latioris] naturae est, fluvius exiguioris; torrens aqua imbribus aucta, gurges undae impetus, alveus canalis fluvii est. DIFF. gramm. suppl. 277 inter flumen et fluvium et amnem et torrentem hoc interest, quod flumen a fluere dicitur, fluvius temporalis aqua est, amnis ab ambitu cognominatur (*v. supra*), torrens qui hieme intumescens imbribus nivibusque completur, aestate torretur id est siccatur. PROB. app. gramm. IV 202 inter agmen et amnem hoc interest quod agmen multitudinem vel iter demonstrat, at vero amnem fluvium esse designat. *de genere:* FEST. p. 250 Petronia amnis ... amnem autem feminine antiqui enuntiabant (*cf.* p. 60. 333). NON. p. 191 amnem masculino genere appellamus ... feminino Plautus Mercatore (859) 'neque mihi ulla obstabit amnis', Naevius Lycurgo (trag. 39) 'sed quasi amnis cis' (cita *coni. Bücheler*), Accius Epinausimache (trag. 322) '... alta in amni ...', idem Epigonis (trag. 297) 'apud abundantem antiquam amnem ...', Varro periplu lib. I (Men. 415) '... praeter hos fluit amnis, quam olim Albulam dicunt vocitatam'. *quibus exemplis addendum:* VARRO rust. 3, 5, 9 altera amnis. *cf.* SERV. Aen. 9, 122 'amnis rauca sonans' licet antiquitas habuerit 'hic et haec amnis' melius tamen est accipere 'rauca sonans' pro 'rauce' quam 'rauca amnis'. 9, 469 apud maiores hic et haec amnis dicebatur. PRISC. gramm. II 160 vetustissimi quos non sequimur ut 'haec amnis' (*cf.* 169). CAPER gramm. VII 102 omnia nomina in 'nis' finita masculina erunt veluti hic finis, crinis, cinis, amnis. *de a brevi:* CHAR. gramm. I 11 (SERG. gramm. IV 478 MAR. VICTORIN. gramm. VI 29 DOSITH. gramm. VII 387). *de ablativo in -e vel -i exeunte:* CHAR. gramm. I 122 (*de formis dativi et ablativi paribus ex Plinio Caesarem laudante*) amni Maro 'secundo defluit amni' (georg. 3, 447), ubi Plinius eodem libro 'ab antiquis', inquit, 'quos Varro reprehendit, observatio omnis illa damnata est'. non quidem in totum. 'dicimus enim', inquit, 'ab hoc canali, siti, tussi, febri', maiore tamen ex parte forma mutata est, ab hoc enim carne *eqs.* PS. PALAEM. gramm. V 539 in -i vel -e mittunt (*sc. ablativum*) ... vestis, amnis, anguis, postis. *si libris in talibus rebus fides habenda est, legitur* amni *saepissime apud* LIV. 5, 37, 7. 8, 24, 3. 21, 5, 15. 21, 27, 3. 23, 14, 13. 23, 17, 10. 23, 19, 9. 23, 19, 12. 24, 10, 17. 25, 32, 9. 28, 22, 11. 28, 33, 1. 29, 7, 3. 32, 10, 8. 34, 45, 7. 37, 38, 3. 42, 39, 4. 44, 23, 7. 44, 31, 12. 44, 46, 7 (*traditur* amne: 4, 32, 9. 4, 34, 6. 23, 28, 9. 28, 39, 14). *perraro apud alios scriptores, ut* CIC. de orat. 3, 48, 186. CVRT. 4, 8, 7. 4, 9, 19. 9, 4, 14. 15. 9, 9, 8. 22 (amne: *22^ies^*). AMM. 14, 8, 3. 21, 12, 8. *apud poetas quoque* amni *non ita frequens et tantum in ultima versus sede* (amne *sic positum:* COPA 15 VAL. FL. 4, 338. 6, 336 SIL. 6, 141. 8, 180. 454. 14, 35. 16, 469): ACC. trag. 323 VERG. Aen. 8, 473. 549. 9, 469 georg. 1, 203. 3, 447 (amne: Aen. 11, 457) HOR. sat. 1, 10, 62 COLVM. 10, 136 LVCAN. 1, 475 (amne: 2, 492. 4, 366 *in quinto pede*) STAT. Theb. 4, 824 (amne *7^ies^*, *in aliis versus sedibus*) SIL. 8, 125 (amne *9^ies^*) APVL. flor. 6 p. 20 vers. 3 SER. SAMM. 837. 983 SOL. 53, 3 AVIEN. Arat. 797 ora 208. 480 orb. terr. 981. 1162 AVSON. Mos. 436 AMM. 21, 12, 8. *cf. Neue-Wagener I³ 335 sq., ubi delendum* CALP. ecl. 7, 67. *certa pluralis poetici exempla perrara sunt, plerumque enim* amnes *etiam de undis vel aquis intellegi potest, sed cf.* VERG. Aen. 6, 671 (SEN. Tro. 186) Erebi tranavimus amnes (*i. in Charontis cymba*). LYDIA 3, 37 in vastos amnes nigramque paludem. OV. met. 14, 591

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Stygios ... amnes (STAT. Ach. 1, 480 Theb. 11, 71. *cf.* SIDON. carm. 7, 254 Stygium ... amnem). SEN. Herc. O. 1208 Lethaeos ... amnes (1985 *cf.* STAT. Theb. 12, 559). Phaedr. 1180 per Styga, per amnes igneos (*i. Phlegethon*). Tro. 186 (*de Xantho*). VAL. FL. 3, 557 procumbit ad amnes. *vox ipsa imprimis poetici vel elatioris stili, adamata* VERG. (*57ies*, flumen *83ies*, fluvius *37ies*), OV. (*71ies*, flumen *100ies*, fluvius *quater*), STAT. (*88ies*, flumen *42ies*, fluvius *29ies*), SIL. (*47ies*, flumen *18ies*, fluvius *16ies*). *inter scriptores primum legitur apud* CATONEM, *frequentius apud* CIC. (*18ies*, flumen *46ies in epist. semel*, fluvius *10ies*), *saepissime apud* LIV. (*159ies*, flumen *182ies*, fluvius *33ies*), CVRT. (*111ies*, flumen *57ies*, fluvius *5ies*), MELA (*57ies*, flumen *38ies*, fluvius *20ies*), SEN. (*63ies*, flumen *plus 100ies*, fluvius *semel*), PLIN. nat. (*325ies*, flumen *265ies*, fluvius *76ies*), TAC. (*53ies*, flumen *66ies*, fluvius *quater*). *postea*, AMM. *excepto* (*54ies*, flumen *72ies*, fluvius *13ies*), *admodum rarescit. omnino deest vocabulum apud* TER. (*qui, ut* PLAVT., *neque* flumen *neque* fluvius *habet*), RHET. Her., CAES. (flumen *plus 200ies*), NEP. (flumen *7ies*), CELS. (flumen *quater*), PERS. (flumen *semel*), SVET. (flumen *15ies*, fluvius *bis*), SCRIPT. hist. Aug. (flumen *quoque et* fluvius *desunt*) *nec in schedis nostris* TERT. *invenitur. singulis locis legitur apud* SALL. (flumen *22ies*), VITR. (flumen *35ies*), VELL. (flumen *8ies*), PHAEDR., *bis* CATVLL., *ter* PETRON., *quater* VVLG. (flumen *143ies*, fluvius *80ies*), *quinquies* PLAVT., *sexies* ICTOS (flumen *plus 40ies*).

I ***generatim*: A** *de aqua fluitante*: VERG. ecl. 5, 25 non ulli pastos ... frigida, Daphni, boves ad flumina; nulla neque amnem libavit quadrupes nec graminis attigit herbam. Aen. 7, 792 caelataque amnem fundens pater Inachus urna. 12, 417 hoc (*medicamento*) fusum labris splendentibus *lebetis* amnem inficit. HOR. carm. 4, 6, 26 Xantho lavis amne crines. OV. am. 3, 12, 30 in medio Tantalus amne sitit. ars 3, 506 ut vidit vultus Pallas in amne suos. rem. 700 nec raptas ausim tinguere in amne faces. EPICED. Drusi 248 nec tu, Tiberine, ... flammas amne morare tuo. LVCAN. 10, 226 *Nilus* nec ripis alligat amnem. 10, 278 ante tamen vestros amnes, Rhodanumque Padumque, quam Nilum de fonte bibit. PLIN. nat. 31, 54 in Caria ... amnis qui fuerat ante dulcis, mutatus in salem est. VAL. FL. 3, 557 gratos avidus (*sc. bibendi*) procumbit ad amnes. 6, 336 ubi tam saevo duravimus amne progeniem natosque rudes. STAT. silv. 1, 5, 51 niveo qui margine caerulus amnis *balnei* vivit. SIL. 3, 448 ingentemque extrahit amnem (*i. magnam aquae copiam*) ... Rhodanus. SER. SAMM. 837 ex illo (*sc. carduo*) radix tepido potatur in amni. 983 cinis calido potatur in amni. MACR. sat. 5, 11, 25 amnem fumidum exuberantem squamis (*cf.* VERG. Aen. 7, 465). MEROB. carm. 2, 6 rapido proluit amne feras *nymphaeum*. *de aqua baptismi*: PS. PROSP. carm. de prov. 694 quoscunque sacro renovavit spiritus amne. PAVL. NOL. epist. 32, 5 vivum ... flumen agit. sanctus in hunc caelo descendit spiritus amnem caelestique sacras fonte maritat aquas. PS. DAMAS. epigr. 78, 9 sacro ... in amne. INSCR. christ. Rossi II p. 203, 9 (*sed sequioris aevi ut videtur*) Iohannes qui legis sacrae diffundere noverat amnes. *ex quibus exemplis nonnulla etiam ad II 1 vel III 1 trahi possunt.* **B** *de qualibet materia fluente*: AETNA 490 opes facilesque sibi induit amnis. GELL. 17, 10, 13 fluere amnes fumi et flammarum fulva et tortuosa volumina in plagas maris ferre (MACR. sat. 5, 17, 12). CLAVD. rapt. Pros. 1, 172 quo fonte ruit Vulcanius amnis. AVG. civ. 18, 23 reccidet e caelo ignisque et sulphuris amnis. SIL. 13, 577 ultimus erumpit lacrimarum fontibus amnis. SER. SAMM. 740 *miscebimus* mulsos amnes. 766 admiscere memor lymphas amnemque Falernum. SEDVL. op. pasch. 1, 2 musteo vinitor in amne tripudians. PALLAD. 11, 14, 18 condiunt primo amne musti spumantis egesto. SER. SAMM. 781 triticeaeque acido manantes amne farinae. *de sanguine*: SEN. Oed. 348. SER. SAMM. 802 nimios reserati vulneris amnis ... adstringit. DRAC. laud. dei 2, 135. 611 cruoris.

II ***speciatim*: A** *vulgariter prorsus* *idem significat atque* flumen *sine ullo magnitudinis discrimine.*

8 *probare, laudare, magni facere, libenter accipere, pati, sim.*: **a** *homines*: QVINT. inst. 12,10,21 hunc (*sc. Lysiam*) enim amplectuntur amatores istius nominis modum. PRISCILL. tract. 1,36 p. 30 si catholicae fidei consentit, amplectimur (*sc. eum*). RVFIN. Adamant. 4,2 *eos* qui refugiunt mala libenter amplectitur (*sc. deus; gr.* προσίεται). GAVDENT. serm. 8 p. 893 dominus legatos gentium gratulanter amplectens (*i. libenter recipiens*). **b** *rem incorpoream*: CIC. Phil. 10,18 *veteranorum* etiam si amplecterer virtutem, ut facio, tamen ... non possum ferre fastidium. off. 2,24 quod latissime patet ... id amplectamur. de orat. 1,110 artem. 2,292 boni quod habeat (*sc. causa*), id amplectar, exornem, exaggerem. epist. 4,8,2 favet ingeniis, nobilitatem vero et dignitates hominum ... amplectitur (*sc. Caesar*). 5,19,2 libenter amplector talem animum. 16,21,3 eius suavitatem vehementer amplector. LVCR. 5,730 aut minus hoc illo sit cur amplectier ausis. PLIN. epist. 1,20,13 suae quisque inventioni favet et quasi fortissimum amplectitur. 7,28,2 agnosco crimen, amplector etiam. FIRM. err. 8,3 hoc Deus libenter amplectitur. PRISCILL. tract. 3,59 p. 46 mendacium in veris et sacrilega amplectuntur. AVSON. 307,23 spes certa salutis hunc numerum (*sc. trinitatem*) ... amplectenti. AMM. 17,5,2 pacis nomen. RVFIN. Adamant. 1,1 servabo et amplectar sententias tuas. hist. 4,23,8ʳ sententiam consilii melioris (*sc. Dionysii*) amplectitur (θαυμάζει καὶ ἀποδέχεται τὸν Διόνυσον). CLAVD. 15,322 praecepta libens (SEDVL. carm. pasch. 1,118). AVG. civ. 18,3 *mendacia* ... libenter amplexi sunt. serm. 94,1 *verba* eo libentius amplectimini. 359,1 qui in se ipsis amplectuntur quod etiam in aliis laudare coguntur. epist. 22,1 quod orationibus meis te adiuvari credis, non solum non defugio verum etiam libenter amplector. CAEL. AVR. chron. 3,7,95 aliaque ... amplectenda (*i. accipienda*) iudicamus. SIDON. epist. 4,22,1 summo et affectu talem ... sententiam amplector. 9,3,7 et illud amplector, si ... fueris. INST. Iust. 4,11 pr. modus alius antiquitati placuit, alium novitas (*i. posterior aetas*) amplexa est. ENNOD. carm. 2,23,2 amplector sanctas quae dant bona semina fraudes. *technice apud* ICTOS *de re approbanda, admittenda, confirmanda*: COD. Iust. 6,9,9 testatio amplectendae hereditatis. 7,6,1,2 testium voces attestationem sunt amplexae. SCAEV. dig. 34,3,12 fideicommissum. PAPIN. dig. 38,2,41 hereditatem (liberti. VLP. dig. 29,2,40 *i. adire*). PAVL. dig. 5,2,19,34 iudicium defuncti (COD. Iust. 3,28,35,2). 31,1,5 unum (*sc. legatum*) repudiare, alterum vero amplecti posse. 50,16,28 optionem intra certum tempus datam non amplectitur. VLP. dig. 34,3,9 melius sensum magis quam verba. COD. Iust. 2,55,5,1 arbitri formam amplecti ... definitionem non esse amplectendam. 3,28,25.
nota ἅπ. εἰρημένα: PRVD. perist. 10,97 amplector (*i. consentio*). GAVDENT. serm. 7 *init.* cum deum verum cognoveris, amplector (*i. contentus sum, patior*) ut dicas bonum.

9 *oratione persequi, describere, explicare, pertractare*: CIC. Q. Rosc. 37 *argumentum* ego pluribus verbis amplecterer. Verr. 2,110 non iuris sed hominis causam verbis amplecteris. Caecin. 40 *actio* ... verbis causam et rationem iuris amplecteretur. inv. 2,11 omnia generatim. de orat. 3,34 quid censetis, si omnes ... oratores amplecti voluerimus? inv. 2,152 neminem posse omnes res per scripturam amplecti. VERG. georg. 2,42 non ego cuncta meis amplecti versibus opto. LIV. 29,17,17 communiter omnia amplectar. VELL. 1,16,1 intellego mihi ... magis necessaria praetereunda quam supervacanea amplectenda. VAL. MAX. 4,1,12 facta ... ac dicta ... ambitu orationis amplectar. 4,3,2 cuius testimonium non amplector. FRONTIN. strat. praef. 1 expeditis amplectar commentariis. PLIN. epist. 3,18,1 spatiosius et uberius volumine amplecti. 5,3,3 *ut* omnia ... remissionis genera breviter amplectar. ITIN. Eucher. p. 125 urbis situm ... breviter amplexus sum. PS. RVFIN. in Am. 7,9 totius voluminis prophetici propositum breviter amplectens.

B *de rebus*: *aliquid circumdare, cingere, amicire, tegere, obducere, sim. subest ubique quaedam imago*: CIC. carm. frg. 44 aether terram tenero circumiectu amplectitur (*cf.* PACVV. trag. 86 complexu continet terram. *Eurip. frg. 935* πέριξ ἔχοντα). nat. deor. 2,91 *aera* amplectitur immensus aether (AVG. civ. 4,11). Arat. 116 stirpes tellus amplexa prehendit (nat. deor. 2,83 *terra* stirpes amplexa). 239 orbes stelligeri ... amplexi terras. LVCR. 1,135 tellus amplectitur ossa (4,734). CATVLL. 64,30 Oceanusque mari totum qui amplectitur orbem [CIRIS 413 amplectitur *in versu corrupto*]. STAT. Theb. 5,289 Cycladas Aegaeoni (*i. mari Aegaeo*) amplexo. AVIEN. Arat. 1071 *Oceanus* circum amplectitur undis tellurem. LIV. 21,30,2 *gentes terrasque* duo diversa maria amplectuntur. 45,9,6 terrarum ultimos fines rubrum mare amplectitur. PLIN. nat. 5,2 mare insulam. 5,62 lacus insulas. LIV. 21,31,4 amnes agri aliquantum amplexi. 45,29,7 regionem ... amplecteretur amni. SEN. nat. 4,28 *Nilus* totam Aegyptum. MELA 1,51 *Nilus* insulam (3,1. 24. 85). 1,84 urbem (2,27. 44. 3,10). SOL. 32,1 *Nilus* spatia interamna. AMM. 24,4,8 civitates amnes amplexi faciunt insulas. VERG. georg. 2,367 *frondes* stirpibus ulmos. PLIN. nat. 12,37 *arbores* radicibus ... amplexae steriles arenas (COD. Iust. 3,32,11 pr. *plantae* radicibus terram). 12,130 quercus ... iugerum soli amplexa. 16,152 utrimque semper amplectens (*sc. hedera*). 27,71 genicula eius (*sc. dipsaci*) binis foliis amplectentibus concavo alarum sinu. 31,28 siliqua ... amplecti radicibus fontem. MART. 9,61,5 totos amplexa penates (*sc. platanus*). CARM. epigr. 1559,10 vitis ... amplesast ulmos. VERG. Aen. 5,312 quam circum amplectitur auro balteus. LIV. 30,2,12 arcus solem tenui linea amplexus est. 30,5,7 ignis proxima quaeque. LIV. 37,31,8 spatium murus. HOR. ars 209 urbis ... murus. CVRT. 5,1,25 spatium ... latitudinem murus. 7,6,10 stadia murus urbis. STAT. Theb. 5,350 portus amplexaque litus moenia. MANIL. 1,663 terram amplectitur orbis (*del. Bentleius*). SEN. nat. 7,27,6 stellarum amplexa regionem (*sc. facies cometae*). MELA 1,3 *universum* uno ambitu se cunctaque amplectitur. 1,56 labyrinthus domos mille ... perpetuo parietis ambitu amplexus. 1,99 oppidum sinus (2,107). LVCAN. 2,431 Apenninus ... Latii populos (PLIN. nat. 3,99 regio amplexa Hirpinos). 3,386 fontesque et pabula campi amplexus fossa. 4,15 *amnem* pons. PLIN. nat. 2,50 montem Idam large amplectens (*sc. sol radiis*). 4,1 Europae sinus ... amplectitur ... milia passuum (6,121 Babylon $\overline{XL}$ passuum amplexa). 5,110 Lydia meridiana parte Cariam. 6,213 *circulus mundi* Arabiam (6,217 sexta comprehensio Caspias gentes ... oceani litora). PLIN. nat. 37,117 auro amplectente (*sc. cassidem*). 37,68 *aurum* micas amplexum marmoris. STAT. silv. 4,2,24 campi multumque amplexus aperti aetheros (*sc. effusae impetus aulae*). Theb. 11,761 profugos amplectitur umbra. QVINT. inst. 1,10,43 quod amplectuntur pedes. PLIN. epist. 9,7,4 unum sinum molli curvamine amplectitur (*sc. villa*). SOL. 38,7 *specus* nemoroso orbe mediam inanitatem. VIR. ill. 7,1 flammae species caput (*sc. Servii*) amplexa est. THEOD. PRISC. log. 115 se singula in corporibus membra nexu quodam familiari amplectuntur. MART. CAP. 3,241 *L littera* utrimque ... vocales (3,245 *S littera* et CQT sequentes). CAEL. AVR. chron. 3,3,65 *medicamina* ipsum iecus late amplectuntur. 4,3,62 *lac* ulcera mitiganter amplectitur. SEDVL. carm. pasch. 2,253 caput amplectente corona. *per genuinam prosopopoeian*: VERG. Aen. 8,369 Nox ruit ... tellurem amplectitur alis. MANIL. 1,305 *Vrsas* inter fusus circumque amplexus utramque dividit *Draco*. 1,536 publica naturae domus ... amplectens pontum terrasque iacentes. 5,58 Orion magnum⟨que⟩ amplexus Olympum. SIL. 6,132 Fides mentemque (*sc. Marii et Reguli*) amplexa tenebat. STAT. Ach. 1,621 *Somnus* mutum⟨que⟩ amplectitur orbem. Theb. 1,498 *Nox* terrarum caelique amplexa labores. 5,198 morituram amplectitur urbem Somnus. 5,692 Fama ... alis amplexa tumultus. 10,627 Fama vocem amplexa. PANEG. 10,21 Segusiensium civitatem ... victoria facilis amplexa est. DRAC. Romul. 2,49 virtus dei lunares ... amplexa globos. 10,495 roseis Sol mundum amplexus habenis.

structurae notabiles: **1** *cum infinit.*: LVCIF. non parc. 28 p. 270,13 AMM. 17,12,15 GAVDENT. serm. 13 p. 940 AVELL. p. 511,11 (*v. p. 1992, 20. 23. 27. 30*). **2** *cum* ut: GAVDENT. serm. 7 init. (*p. 1993, 77*). **3** *enuntiatum obiecti vice fungitur*: AVG. epist. 22,1 serm. 359,1 SIDON. epist. 9,3,7.

ABROTONON **amplexābilis** GLOSS. II p. XII. *fortasse de hetaera.*

amplexābundus, -a, -um: IVL. VAL. 2,32 iacenti homini circumfunditur eumque amplexabundus ... solatur.

amplexātio, -ōnis *ab* amplexari. *actus amandi*: CHALC. comm.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

196 propter nimiam corporis amplexationem vitae destinabitur infeliciori (*sc. anima*). HIER. in Hab. 2, 3 p. 668 qui interpretatur amplexatio eo quod dominum amaverit. CASSIOD. var. 8, 26, 3 mutua se amplexatione consociant. ISID. orig. 7, 8, 14 Abacuc amplexans vel ex eo quod amabilis deo fuit vocatus amplexatio.

amplexio, -ōnis *ab* amplecti: *t. t. apud metricos*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 63, 12 de metrorum conexibus quas ἐπιπλοκάς Graeci appellant dicemus ... dicta autem ἐπιπλοκή, id est amplexio, a metricis eo quod copulari metra metris ... videantur (64. 94. 102).

amplexor, -ātus sum, -ārī, *prisce et vulgariter* **amplexo,** -āvī, -ātum, -āre. [*cf. c.* amplecti, amplexus. *Th.*] GLOSS. II 404, 9 amplexo περιπλέκω. IV 308, 51 fut(u)o amplexatus ab amplexor verbo passivo. GLOSS. Plac. V 6, 2. NON. p. 470 amplexa pro amplexare ACC. (trag. 70, *Ciceronis duo loci cum formis dep. ad Nonii lemma non pertinent*) PRISC. gramm. II 381. 393 (*v. p. 1989, 25*). 470, 2. *de verbo frequentativo a participio* amplexus *derivato* AVG. gramm. V 513 CAPER gramm. VII 107 DIFF. Suet. p. 313 (*v. p. 1989, 37*). *praeter* PLAVT. (*22ies*) CIC. (*17ies*) TER. LVCIL. RHET. Her. (*singulis locis*) *deest apud auctores rei publicae omnes, postea quoque, ecclesiasticis exceptis, evitatum.*

I *formae activae vel sensus passivi*: *ut* amplector *sub I A 1*: PLAVT. Poen. 1230 amplexabo (*P*, -or *A*). QVADRIG. hist. 39 conprehensare suos quisque, saviare, amplexare. HERM. Pal. sim. 9, 11, 4 me amplexatum ab illa. PS. THOM. euang. 11, 2 amplexavit eum (*i. mirabundus manus circumiecit. cf.* gr. A 13 ἐθαύμασε καὶ περιλαβὼν τὸ παιδίον κατεφίλει. gr. B 11 *tantum* ὑπερεθαύμασεν). *ut sub I A 4*: ITIN. Theod. 7 *columnam* amplexavit (Anton. 21. BREV. de Hier. p. 154, 21 manu *columnam*). *II A 1 a*: OROS. hist. 5, 7, 10 *Numantia* in ... tria milia passuum ambitu muri amplexabatur. *II A 1 b*: PS. FVLG. RVSP. serm. 8 p. 868 A *eos* magni consilii angelus amplexabat et ulnis opacantibus confovebat. *II A 2*: ACC. trag. 70 amplexa fructum quem di dant, cape. *II A 5*: CARM. poet. min. V 118, 81 nimium studiose pudoris maternos ... amplexate rigores. *II A 7*: ISID. epist. 2, 1 si non est praesens qui diligitur pro eo litterae amplexentur. orig. 7, 8, 14 (*v. supra l. 4*).

II *deponens*: *ut* amplector *sub I A 1*: PLAVT. Amph. 463 illam amplexarier (Truc. 925). Asin. 619. 647. 679. 739. 822 quid modi ... amplexando facies? Bacch. 77. Bacch. 1152 mortem (*i. senem capularem, silicernium,* τυμβογέροντα) amplexari. 1193 te amabo et te amplexabor (Poen. 1230). Cas. 471 amplexari ... osculari gestio (Mil. 245. 320. 1433 TER. Haut. 900. HIER. epist. 108, 29 deosculari oculos ... totum corpus amplexari). Poen. 1031 Pseud. 722. 1043 Truc. 933 LVCIL. ed. Marx 936 CIC. Verr. 2, 19 epist. 1, 9, 10. 19 PETRON. 63. IVST. 24, 3 corpore suo puerorum corpora amplexata protexit. HIER. epist. 130, 6. 147, 6 in oscula rueris, quod amplexatus sis (amplexus *boni codd.*). VVLG. gen. 33, 4. 45, 14 iud. 19, 4 prov. 4, 8. cant. 2, 6 dexterā (8, 3 HIER. epist. 22, 19. 66, 8). II Macc. 13, 24 AVG. serm. 116, 3. *I A 2*: RHET. Her. 4, 28, 38 pedes (HIER. adv. Pelag. 1, 38 epist. 38, 2). *I A 3*: PLAVT. Truc. 277 patulam bovem. HIER. epist. 22, 19 tempus amplexandi (107, 13 *cf. p. 1990, 35*). DON. Ter. Hec. 136 virginem. AVG. civ. 3, 13 filias in thalamis. *I A 4*: PLAVT. Rud. 695 aram. VVLG. Iob 24, 8 lapides. thren. 4, 5 stercora. *II A 2*: HIER. epist. 7, 2 cum vestris litteris fabulor, illas amplexor (*v. l.* amplector). VVLG. Is. 5, 28 et tenebit praedam et amplexabitur (*om. Hier. in Is. l. l., non in lemmate, neque concinit locus cum hebr. et gr.*). LACT. inst. 3, 25, 3 illi virtutem humano generi datam sic amplexantur ut soli omnium publico bono frui videantur. *II A 4*: CIC. fin. 4, 36 ut si ... ipsius animi ... cognitionem amplexarentur, actionem relinquerent. *II A 5*: PLAVT. Pseud. 292 pietatem ergo istam amplexator noctu pro Phoenicio. CIC. Cluent. 124 auctoritatem amplexator (dom. 81). Mur. 83 otium (Sest. 98. 104). SEN. dial. 6, 1, 5 licet et amplexeris dolorem tuum. epist. 106, 1. COLVM. 3, 3, 7 faenum suum et olera. *II A 7 a*: CIC. ad Q. fr. 2, 10, 3 Appius totum me amplexatur. HIER. epist. 89 te et sanctos fratres quasi sua viscera amplexaretur et inviseret. 98, 20 rationabilem animam quasi matrem omni studio amplexemur. ARNOB. nat. 1, 25 deum ... totis, ut ita dixerim, sensibus amplexari, amare. *II A 7 b*: CIC. de orat. 3, 62 nec voluptatem tuentur quam amplexari volunt (possunt *Nonius*). fin. 2, 28 voluptatem ... amplexari saepe vehementius. 2, 43 virtutem. SALL. Catil. 52, 5 si ista ... quae amplexamini, retinere ... voltis. SEN. epist. 71, 28 metuenda ceteris ... non tantum fert sed amplexatur. PLIN. nat. 7, 43 fortunae munera. PLIN. paneg. 69 si quid usquam stirpis antiquae ... hoc amplexatur et refovet. TERT. anim. 1, 19 si quid attigerit, ultro ambibit (*Latin.*, amabit *codd.*) et quidem viriosius amplexabitur. IORD. Get. 36, 188 nobis expetenda vel amplectenda societas. AVG. serm. 58, 9 (*v. sub* amplexus *p. 1997, 66*). *per prosopopoeian*: HIER. epist. 52, 3 Sapientia amplexabitur te (52, 4. 130, 20). *II A 8*: CIC. ad Brut. 1, 11, 2 quo magis amplexetur ac tueatur iudicium suum. Tusc. 2, 30 *honestum* recte amplexantur isti (*sc. Stoici*). rep. 1, 53 *aequabilitatem iuris*. ac. 1, 33 *species* mirifice Plato erat amplexatus. SEN. benef. 2, 35, 4 accipe beneficium, amplexare. epist. 66, 48 *bona* amplexanda et laudanda. IVL. VAL. 2, 29 uti ... quae promiserat, libentius amplexaretur. OROS. hist. 7, 30, 3 praecepti condiciones. HEGES. 1, 42, 9 iniuriam (ἀγαπήσας τὴν ὕβριν). 2, 13, 3 amplexatus est mutare condicionem (*i. passus est*). *II A 9*: IORD. Rom. 12 origo ergo regum ... nobis amplexanda est.

structurae notabiliores: 1 *cum praep.*: PLAVT. Mil. 245 cum amatore. 320 cum altero. 1433 inter se. 2 *enuntiatum obiecti loco*: TERT. anim. 1, 19 (*v. p. 1995, 74*). COD. Theod. 13, 6, 3 illis assertionibus remotis quibus nonnulli amplexantur (*i. sibi vindicant*) quae divorum principum consecuti fuere permissu.

amplexus, -ūs *m. ab* amplecti. GLOSS. amplexus περιπλοκή. συμπλοκή. περίληψις (HIER. in Hab. prol.). ἀσπασμός. FEST. p. 17 *ab 'am'* ... amplexus. *dat.* amplexu: VERG. Aen. 6, 698. *vox usque ad finem rei publicae ter nunc legitur* (LVCR. 5, 319 CIC. div. 1, 79 CAEL. RVF. *v. infra l. 17*), *postea poetis tantum* OV. (*37ies*), VAL. FL. (*14ies*), SIL. (*13ies*), STAT. (*26ies*) *frequentata, apud scriptores, praeter* PETRON. (*10ies*), APVL. (*19ies*) *maximeque* ECCL., *admodum rara.*

I *proprie*: *actus amplectendi, complexus. saepissime de concubitu (iuncturas verbales v. infra).* 1 *de hominibus*: CAEL. RVF. ap. Quint. inst. 4, 2, 124 collum amplexu petebat (SIL. 13, 648 STAT. Theb. 7, 498). PROP. 1, 12, 5 amplexu nutrit amores. 2, 15, 9 amplexu mutamus bracchia. 2, 26b, 49 deus amplexu votum persolvit. 4, 5, 33 ubi amplexu Veuerem promiseris empto (*pleonastice*). VERG. Aen. 1, 687 amplexus ... oscula (OV. epist. 17, 101 met. 9, 560 fast. 3, 509 LVCAN. 3, 745 STAT. silv. 3, 2, 57 Theb. 2, 354. 4, 21 VAL. FL. 7, 254 PS. QVINT. decl. 10, 5. 6 PLIN. paneg. 24. 86 SVET. Otho 10 APVL. met. 5, 7 TERT. idol. 2 OPTAT. 5, 8 p. 137, 18 AVSON. 354, 11. 391, 6 MART. CAP. 2, 130 DRAC. Orest. 246). VERG. Aen. 8, 388 amplexu ... fovet (LVCAN. 5, 735 SIL. 5, 21. 8, 92. 9, 43). OV. met. 4, 184 in mediis deprensi amplexibus haerent. 8, 177 amplexus et opem Liber tulit (SIL. 6, 424 STAT. silv. 2, 1, 81 PLIN. paneg. 86). SEN. contr. 1, 2, 9 contrectata es alicuius manu ... osculo ... amplexu. 1, 4, 9 amplexu ... manus meas adligavit (SEN. dial. 11, 19, 3 illi te ... iunge, illius ... amplexibus adliga. SIL. 13, 639 membra ligavit amplexus. ANTH. 22, 5 alliget amplexus. DRAC. Orest. 620 in amplexus ... membra ligare). SEN. Herc. O. 1342 bracchia [et] (*del. Richter*) amplexus (in amplexus *A*) cape. Oed. 192 amplexu frigida presso saxa fatigant (*nexus sententiae, ut videtur, deturbatus*). Tro. 761 amplexu ... dolores satio. epist. 75, 3 aliter homines amicam, aliter liberos osculantur, tamen in hoc quoque amplexu ... satis apparet adfectus. LVCAN. 3, 35. 4, 209 iunctos amplexibus (PETRON. 86 HOMER. 336 STAT. Theb. 12, 386 PS. QVINT. decl. 10, 5 APVL. met. 5, 29). 10, 362 amplexus incesto pectore passus (*v. infra l. 45* VAL. FL. 7, 186). PETRON. 79 alienis amplexibus. 91 invado pectus amplexibus. 109 non amplexum, non osculum, non coitum venĕre constrictum. 114. 126 amplexus ... in crucem mittam. VAL. FL. 3, 310 miscere amplexibus artus. 4, 325 certatim amplexibus urgent (*sc. Argonautae*). 7, 186 amplexuque petit (*locus lacunosus*, amplexumque pati *vulg.*). SIL. 9, 205 iacebant corpora in amplexu. 11, 397 amplexu multoque mero somnoque virorum profliganda acies. 13, 297 ascenditque pyram atque amplexibus haeret iungentum fata. STAT. Ach. 1, 173 gravis amplexu. silv. 1, 2, 53 Venus thalamo ... iacebat amplexu ... resoluta mariti. 3, 3, 151 hunc ... amplexu semper revocante tenebas. Theb. 3, 294 laedit in amplexu *Mars Venerem*. 5, 73 nullus in amplexu sopor. 5, 126 licet amplexu lacrimisque morentur. 9, 388 cur nunc te ... amplexu ... tumulis ... reporto? 10, 39 amplexus etiam dextrasque suorum excussere umeris. 12, 190 maestus in amplexu. MART. 6, 68, 10 amplexu sollicitata. 11, 26, 2 IVV. 6, 65. SVET. Cal. 22 lunam invitavit in amplexus atque concubitum (HIER. epist. 133, 3 inter coitum amplexusque). COD. Theod. 5, 1, 8 si torum priorem secundo non mutarit amplexu (*i. matrimonio*). APVL. met. 2, 17. 5, 6 nec suum contingat amplexum. ITALA eccles. 3, 5 (Aug. bon. coniug. 1, 3) tempus abstinendi (Aug. nupt. et conc. 1, 14 continendi) ab amplexu (VVLG. tempus longe fieri ab amplexibus. καιρὸς τοῦ μακρυνθῆναι ἀπὸ περιλήψεως). ARNOB. nat. 5, 21 Iuppiter ... ludit atque adulatur amplexibus. FIRM. err. 12, 2 delectatur amplexibus (*sc. puerorum*) (math. 4, 15, 7). HYG. fab. 104 p. 95, 17 *Laodamiam* ab amplexu (*i.* amplexu *ex prisco et vulgari usu, v. supra p. 34, 59 sqq.*) Protesilai simulacrum tenentem atque osculantem. HIER. epist. 3, 5 iidem nos nutricum sinus, iidem amplexus foverint baiulorum. 22, 12 in Dalilae mollescit amplexibus. 52, 2 calescere in amplexibus. 65, 15 in sponsi parantur amplexus. 68, 2 amplexibus fuerit inretitus. 107, 6 partem corporis sui et inlibatae animae puritatem regis amplexibus parat (*partim ad II referendum*). adv. Iovin. 1, 33 meminisse amplexuum viri. CLAVD. 14, 25 amplexu caleat. 26, 454 gaudia ... principis, amplexus alacris quis disserat aulae? rapt. Pros. 3, 277 amplexus ... promeruere. AVG. civ. 3, 13 filiabus amplexus extorquerunt. conf. 6, 11, 20 feminae privarer amplexibus. PS. AVG. serm. 121, 4 nullo humano pollutus amplexu *sc. uterus.* MART. CAP. 1, 3 delenitum suadae coniugis amplexibus. SIDON. carm. 22, 84 consurgit fratris in amplexus. ENNOD. epist. 7, 7 p. 177, 8 amantem adloquor tamquam in amplexibus constitutum (*i. esse*). HIST. Apoll. rec. A 49 mittens se in amplexus (rec. B in amplexu). VEN. FORT. carm. 1, 6, 10. PASS. Mar. Iac. 4 p. 51, 4 a nostris amplexibus miseramus. CARM. epigr. 707, 10 amplexu dulci tenuare nepotum. 1142, 24 amplexus vitae reddere post obitum. CORP. III 14406. *nota metonymiam*: PS. QVINT. decl. 2, 18 vitalibus ruptis in amplexus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tuos (*i. in te amplectentem*) effunditur cruor. *de rebus*: CYPR. GALL. iud. 716 amplexuque *columnas* tenet toto *Samson*. AVG. civ. 3, 29 Mucio ... aram ... ambienti amplexibus. **2** *de bestiis, sed praeter duos locos de serpentibus*: CIC. div. 1, 79 puerum ... circumplicatum serpentis amplexu. PLIN. nat. 10, 169 coeunt amplexu ... circumvolutae sibi ipsae. APVL. met. 5, 18 si ... serpentis amplexus delectant (*sc. te*). SOL. 26, 3 *ursi* amplexibus mutuis velut humanis coniugationibus copulantur. CAEL. AVR. chron. 4, 8, 108 amplexu mutuo vinculati (*sc. lumbrici*). SCHOL. Verg. Veron. Aen. 1, 243 Cadmi filium serpens amplexu corporis fovit. PLIN. nat. 10, 197 ut ... quae (*sc. pars ovis*) amplexu tenetur, sorbeant *serpentes*. SIL. 3, 190 robora vasto contorta amplexu. APVL. met. 1, 4 medici baculo ... serpentem ... amplexibus inhaerere.

II ***translate*** *et per imaginem*: **1** *de rebus corporeis i. q. ambitus, circuitus, tegumentum*: LVCR. 5, 319 continet amplexu terram. OV. trist. 4, 3, 1 *circulus* cingens amplexibus arcem. LIV. 36, 17, 15 Oceanus orbem terrarum amplexu finit. MANIL. 4, 596 pelagi ... cingentis ... amplexibus orbem. PLIN. nat. 5, 48 inferiorem eius partem Nilus ... amplexu suo determinat. SOL. 30, 9 insulam amplexu primo Nilus fecit (*cf.* MELA 3, 85 *p. 1994, 24*). PLIN. nat. 2, 160 *terrae* amplexus ... figuram absoluti orbis efficiat. 36, 127 *ferrum* tenetur amplexuque (*sc. magnetis*) haeret. SIL. 17, 102 *Mulciber* rapidis amplexibus arma virosque corripit. PS. QVINT. decl. 5, 17 cur ardenti non divellantur amplexu (*i. flammis ambientibus*). APVL. Plat. 1, 11 *globi* amplexu ceteros coerceri. LACT. opif. 5, 5 solidae cratis amplexu. 14, 5 iecoris officium ... ut cibos in alvo concoquat amplexu et calefactu suo. AMBR. hex. 3, 5, 21 *litora mare* velut pacificis ambit et salutat amplexibus. AMBR. hex. 3, 12, 49 *arborem vitis* velut quodam amplexu fovet ... bracchiis ligat et circumdat lacertis. 3, 13, 55 *palmam* concupiscentiae et amplexus speciem praetendentem ei arbori. AVG. serm. 205, 2 manus quae amplexibus implicabantur, orationibus (*i. precibus*) extendantur. MACR. somn. 1, 18, 5 Anguis qui inter eos (*sc. ursos*) labitur, semel circumfusum non mutat amplexum. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 194 *tegmina* quae amplexu quodam corpus cingendo vaporatione sui resolvant. CASSIOD. var. 11, 39, 2 spectaculorum distensus amplexus (*i. circuitus*). *technice apud medicos*: CAEL. AVR. acut. 2, 37, 195 amplexu atque ligatione paulo tenaci (chron. 5, 4, 68 tenaci cum amplexu ligatione). chron. 3, 2, 22 defricatio cum quodam calidarum manuum amplexu (5, 4, 73 manuum calidarum cum blando amplexu).
2 *de rebus incorporeis*: LABER. mim. 26 me vetustas amplexu annorum enecat. SEN. dial. 5, 25, 4 tenet amplexu quodam summum bonum (FAVST. REI. grat. 2, 4 p. 66, 2 bonum ... consertum ... amplexu). SIL. 7, 245 non ulla perenni amplexu Fortuna fovet. TERT. nat. 2, 9 in amplexus patriae pereuntis incubuit (*sc. Aeneas*). PANEG. 5, 20 tenet uno pacis amplexu Romana Res Publica. ARNOB. nat. 3, 35 *mundi* omnes amplexibus ambimur, tegimur ac sustinemur. HIL. trin. 1, 13 in quantum terrenae mentis amplexum (*i. captum ingenii*) potestas aeternae infinitatis excederet (*cf.* PRISCILL. tract. 6, 101 p. 75 *ubi* amplexu *ex exemplari fortasse corrigendum*). AMBR. hex. 3, 12, 51 claviculis illis et circulis quasi amplexibus caritatis proximos quosque complectitur (*cf.* PS. RVFIN. in psalm. 46, 13). HIER. in Abd. 10 p. 374 odoratus quoque, gustus et tactus, si vel ... odoribus ... cibis ... amplexibus delicatis captus fuerit. SIDON. epist. 9, 9, 12 amplexu (*sc. Philosophiae*). DRAC. Romul. 6, 60 Amplexibus haerens ... Libido coit. 10, 162 Voluptas it ... Amplexus veniunt. FAVST. REI. epist. 1 p. 163, 20 toto sincerae benignitatis amplexu. spir. 2, 4 p. 138, 21 maiestatis amplexu. *apud eccles.*: *de amore dei*: HIER. epist. 78, 27 Christi vincula vertuntur in amplexus. AVG. conf. 13, 8, 9 currat vita mea in amplexus tuos. in epist. Ioh. 9, 9 ad illum curre, eius amplexus pete. ver. rel. 35, 65 amici huius mundi ... timent ab eius amplexu separari. *saepius de concubitu spiritali*: HIER. in psalm. 127 p. 236 habeamus illam (*sc. Sapientiam uxorem*) in amplexibus nostris ... si semper fuerit in amplexu nostro ... faciemus ex ea filios non filias. AVG. civ. 10, 3. in psalm. 110, 9 veritatis. 122, 5 spiritales. serm. 58, 9 consensionis. 335, 6 anima ... dei amplexibus digna. symb. 3, 6 PS. AVG. serm. 14, 4 FAVST. REI. epist. 7 p. 205, 5.

***epitheta*:** aeternus: AVG. in psalm. 110, 9. ardens: PS. QVINT. decl. 5, 17. artus: SEN. dial. 11, 19, 3. assuetus: SIL. 13, 639. avidus: OV. met. 7, 143. blandus: CAEL. AVR. chron. 5, 4, 73. brevis: STAT. Theb. 12, 641. carus: OV. met. 9, 751. castus: AVG. in psalm. 110, 9. coniugalis: APVL. met. 5, 6. creber: OV. met. 9, 538. cupitus: VVLG. prov. 7, 18. delicatus: HIER. in Abd. 10 p. 374. densus: VAL. FL. 4, 325. desideratus: HIER. epist. 46, 12. distensus: CASSIOD. var. 11, 39, 2. dulcis: VERG. Aen. 8, 568 LVCAN. 5, 793 VAL. FL. 1, 237 PS. RVFIN. in psalm. 46, 15 CARM. epigr. 707, 10 CORP. VI 31937/8 l. 10. durus: STAT. silv. 1, 2, 53. effusus: PETRON. 139. extremus: LVCAN. 3, 745 SIL. 9, 43. femineus: HIER. epist. 55, 3. furtivus: APVL. met. 9, 24. humanus: PS. AVG. serm. 121, 4. immaturus: APVL. met. 5, 29. incestus: FIRM. math. 4, 15, 7. inlecebrosus: FAVST. REI. grat. 1, 2 p. 13, 5. indissociabilis: FAVST. REI. spir. 2, 4 p. 138, 21. inseparabilis: FAVST. REI. grat. 2, 4 p. 66, 2. licentiosus: APVL. met. 5, 29. liquidus: MANIL. 4, 596. longus: VAL. FL. 1, 316. lubricus: APVL. met. 1, 4. maritalis: PS. QVINT. decl. 4, 3. matronalis: APVL. met. 3, 19. miser: AMBR. exc. Sat. 1, 19. moderatus: SEN. epist. 75, 3. mollis: VERG. Aen. 8, 388 APVL. met. 5, 13 ARNOB. nat. 5, 21. mutuus: APVL. met. 2, 17. 5, 7. 26 CAEL. AVR. chron. 4, 8, 108. mysticus: SIDON. epist. 9, 9, 12. novus: APVL. met. 9, 20. perennis: SIL. 7, 245. pestifer: APVL. met. 8, 12. pudicus: CLAVD. rapt. Pros. 3, 277. puellaris: HIER. epist. 52, 2: regius: CLAVD. 4 (14), 25. sanctus: SEN. epist. 75, 3. secundus: COD. Theod. 5, 1, 8. spiritalis: AVG. in psalm. 122, 5. suavis: PS. AVG. serm. 14, 4. supremus: VAL. FL. 5, 32. tenax: APVL. met. 9, 5 CAEL. AVR. chron. 5, 4, 68 acut. 2, 37, 195. tumultuosus: SIDON. epist. 3, 3, 6. turpis: CLAVD. carm. min. 30, 129. ultimus: SEN. Med. 552. 848. vacuus: VAL. FL. 4, 39. varius: PROP. 2, 15, 9. vastus: SIL. 3, 189. venerius: APVL. met. 10, 34. verus: STAT. Ach. 1, 643. volens: APVL. met. 9, 16.

iuncturae verbales (*abl. plur. prae acc. plur. rarus*): *accedunt ad figuram, quae dicitur, etymologicam hi loci*: CIC. div. 1, 79 circumplicatum. AMBR. hex. 3, 12, 51 complectitur. AVG. civ. 3, 29 ambienti. ***cum dativo*:** instare: VAL. FL. 4, 39. parare: HIER. epist. 107, 6. substrahere: VERG. Aen. 6, 698 *et fortasse* divellere: Aen. 8, 568. ***cum accus.***, *ablativ. absol. hic inclusis*: accipere: OV. epist. 13, 154. adligare: ANTH. 22, 5. admovere: STAT. Ach. 1, 643. arcere: SIL. 6, 413. capere: SEN. Herc. O. 1342. congredi: HIER. in Hab. prol. contingere: APVL. met. 5, 6. dare: VERG. Aen. 1, 687. 8, 405 OV. met. 2, 42. 627. 4, 597. 9, 560. 11, 459 SEN. Med. 552 VAL. FL. 1, 333. 4, 635. 8, 11 STAT. silv. 5, 2, 11 PS. QVINT. decl. 10, 6. 14 AVSON. 13, 7. deprimere: PLIN. paneg. 24. differre: SEN. Herc. f. 638. discernere: AVSON. 391, 6. dissipare: STAT. silv. 3, 2, 57. dividere: SEN. Thy. 1024. emere: PROP. 4, 5, 33. excutere: OV. met. 9, 52 STAT. Theb. 10, 39. expediri: SEN. Thy. 1004. explere: APVL. met. 5, 26. extorqueri: AVG. civ. 3, 13. ferre: OV. met. 8, 177. 11, 328 SIL. 6, 424 STAT. silv. 2, 1, 81 PLIN. paneg. 86. fugere: TIB. 1, 9, 74 LVCAN. 3, 745 MART. 4, 22, 3. inquietare: PS. QVINT. decl. 4, 3. inquinare: OV. fast. 3, 496. iungere: LVCAN. 4, 209 PETRON. 86 STAT. Theb. 12, 386 HOMER. 336 PS. QVINT. decl. 10, 5 APVL. met. 5, 29. negare: CALP. ecl. 1, 14. obire: APVL. met. 9, 24. pati: LVCAN. 10, 362 VAL. FL. 7, 186. petere: VERG. Aen. 8, 615 OV. epist. 14, 69. 15, 266 met. 6, 605 SEN. Thy. 522 OCTAVIA 769 STAT. silv. 1, 2, 36 HEGES. 1, 44, 5 AVG. in epist. Ioh. 9, 9. praebere: PS. QVINT. decl. 3, 7. quaerere: ELEG. in Maecen. 2, 10 HIER. epist. 52, 2. 55, 3. repetere: SIDON. epist. 9, 9, 8. rumpere: VAL. FL. 5, 32. solvere: VAL. FL. 1, 351. sperare: STAT. silv. 2, 3, 56. sumere: PETRON. 127. terere: TIB. 1, 8, 32. vendere: PETRON. 126. consurgere in: SIDON. carm. 22, 84. currere in: AVG. conf. 13, 8, 9. deferri in: MART. CAP. 2, 130. effundere in: LVCAN. 4, 176 TAC. ann. 12, 47 FLOR. Verg. 183, 17. gestire in: ARNOB. nat. 4, 35 HIER. epist. 100, 15. inmittere in: PETRON. 131. invitare in: SVET. Cal. 22. ire in: OV. epist. 15, 86 ars 1, 770. 3, 732 met. 11, 228 fast. 2, 180 DRAC. Orest. 246. ire sub: OV. epist. 16, 94 met. 7, 616 fast. 6, 554. mittere se in: HIST. Apoll. rec. A 49. parare in: HIER. epist. 65, 15. properare in: OPTAT. 5, 8 p. 137, 18. ruere in: TAC. ann. 16, 32 DRAC. Orest. 644. tendere ad: VAL. FL. 1, 238. transire in: HIER. epist. 21, 13. venire in: OV. fast. 4, 171. vertere in: OV. epist. 5, 100 HIER. epist. 78, 27. volare in: HIER. epist. 22, 41. ***cum ablativo*:** adhaerere: PORPH. Hor. epod. 15, 6. ambire: STAT. Theb. 7, 498. calere: CLAVD. 14, 25. cingere: OV. trist. 4, 3, 5 CAEL. AVR. acut. 2, 37, 194. circumfundere: VELL. 2, 123, 2. circumplicare: CIC. div. 1, 79. coercere: APVL. Plat. 1, 11. complecti: AMBR. hex. 3, 12, 51. conserere: FAVST. REI. grat. 2, 4 p. 66, 2. continere: LVCR. 5, 319. contorquere: SIL. 3, 190. contrectare: SEN. contr. 1, 2, 9. copulare: ARNOB. nat. 6, 22 HIER. epist. 65, 20. degravare: STAT. Theb. 9, 274. delectari: FIRM. err. 12, 2 math. 4, 15, 7. delenire: MART. CAP. 1, 3. diripere: SIDON. epist. 3, 3, 6. divellere: VERG. Aen. 8, 568 (*fort. dat.*) PS. QVINT. decl. 5, 17. excipere: OV. epist. 17, 101. expediri: APVL. met. 9, 5. fovere: VERG. Aen. 8, 388 LVCAN. 5, 735. frui: SEN. Med. 848 VVLG. prov. 7, 18. gestare: CLAVD. carm. min. 30, 97. haerere: OV. met. 4, 184. 7, 143 OCTAVIA 743 PLIN. nat. 36, 127 VAL. FL. 1, 316. inhaerere: APVL. met. 1, 4. impedire: OV. met. 2, 433. implicare: HIER. epist. 143, 1 AVG. serm. 205, 2. inretire: HIER. epist. 68, 2. invadere: PETRON. 139. latere: STAT. Theb. 7, 320. nutrire: PROP. 1, 12, 5. occupare: OV. fast. 3, 509 VAL. FL. 7, 254 STAT. Theb. 5, 213. perfrui: APVL. met. 5, 7. petere: CAEL. RVF. ap. QVINT. inst. 4, 2, 124 SIL. 13, 648. polluere: PS. AVG. serm. 121, 4. rapere: IVV. 9, 75. satiari: STAT. silv. 1, 2, 36. separare: AVG. ver. rel. 35, 65. solari: STAT. Theb. 2, 354. sustinere: LVCAN. 5, 793. tegere: SEN. Phoen. 475. tenere: OV. epist. 15, 214 PLIN. nat. 10, 197 VAL. FL. 1, 214 STAT. silv. 3, 3, 151 TAC. ann. 12, 68. viduare: APVL. met. 4, 27. vinculare: CAEL. AVR. chron. 4, 8, 108. abstinere ab: ITALA eccl. 3, 5 (Aug. bon. coniug. 1, 5) HIER. epist. 48, 15. arcere ab: CLAVD. carm. min. 30, 129. avellere ab: HIER. epist. 46, 12. calescere in: HIER. epist. 52, 2. continere ab: ITALA eccl. 3, 5 (Aug. nupt. et conc. 1, 14). dimittere ab: SVET. Otho 10 FLOR. epit. 4, 2, 71. exire a: STAT. Theb. 11, 353. haerere in: OV. Pont. 1, 9, 19 HIER. epist. 98, 19. iacere in: OV. am. 3, 8, 12. mittere ab: PASS. Mar. Iac. 4. mollescere in: HIER. epist. 22, 12. rapere ab: QVINT. decl. 253 p. 36. refugere ab: ARNOB. nat. 5, 10. separare ab: SIDON. epist. 9, 9, 8. solvere ab: OV. epist. 13, 12.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ampliātiāna *v. sub* Ampliātus *l. 65.*

ampliātio, -ōnis *f. ab* ampliare. 1 *comperendinatio in re iuridica*: SEN. contr. 1, 3, 9 ampliata es. ea ipsa ... ampliatio quae apud iudices fieri solet, ex qua verbum in sententia petitum est, non est damnantis sed dubitantis. DON. Ter. Eun. 4, 4, 45 (713) ampliatio [delatio] (*del. Wessner*) quaestionis argumentum est nihil constitisse. PS. ASCON. div. in Caec. p. 108 *tabulas* insculptas litteras habentes ... N et L ampliationis, his enim litteris significabant non liquere. Verr. p. 164 inter comperendinationem et ampliationem hoc interest quod comperendinatio ex una tantum † repetitur, cum ante iudex non intellegeret ... ampliandi signum N. L. dabant ... unde ampliatio nascebatur (*de re cf. Wissowa, PW. I 1979*). 2 *augmentatio, incrementum*: TERT. bapt. 13 addita est ampliatio sacramento (-ti *Harnack*). orat. 6 ampliationem horreorum. resurr. 52 corpus a deo ... non abolitione sed ampliatione mutatur. RVFIN. hist. 10, 6, 19 frumenti vel vini. AVG. c. Iul. op. imperf. 6, 26 non illa ampliatio miseriarum parcimonium modi naturalis evertit. SERM. Corp. Vind. 21 p. 304, 3 (RVFIN. serm. 20 *vel* PS. AVG. serm. 13, 5) Ioseph interpretatur augmentatio sive ampliatio. FRG. Bob. gramm. VI 627, 3 hinc (*sc. ex structurarum praeceptis*) reliquas aut per ampliationem aut per solutionem nasci. CORP. VIII 14850 (= 1318) ad ampliationem templi et gradus. 3 *de ornatu orationis*: ARNOB. nat. 7, 46 ampliatio sermonis.

ampliātor, -ōris *m. ab* ampliare. AVG. serm. 109, 2 ampliator populi. INSCR. numm. Cohen II² p. 348 nr. 789 s. p. q. R. ampliatori civium (*de Anton. Pio*). CORP. VIII 5334 ampli⟨atori⟩ ⟨populi⟩ Ro⟨mani⟩ *suppl. Mommsenus, malim* orbis Romani, *vide* amplificator. *Gudeman.*

Ampliātor, -ōris *cogn.* CORP. IX 5522 Cn. Sentius Ampliátor.

Ampliātus, -a *nomen cognomenve crebrum servorum et humilium; cf. Otto, Fleck. Jahrb. Suppl. XXIV p. 756.* a *altera apicata* CORP. X 1272. XIV 3637. V 7431; *sculptum* Anpliato VI 14918; *cf.* CORP. Att. III 1892 Ἀνβλεᾶτος. *nota* CORP. IX 4124 (*periit*) Sulpiciae O. l. Ampliatae et Sulpigio Ambliato. *graecis litteris sculptum* CORP. III 436 CORP. graec. 286. 5898. *gen. fem. in* -aes CORP. X 8059, 383. II 4975, 60 *in signaculo. in usu fuit demum ab ineunte I p. Chr. saeculo, creberrimum in media Italia, multo rarius in provinciis; ex Germaniis aut Britannia nullum habemus exemplum.* CORP. VI *passim, ex. gr.* 14918. 22321. 23818. 31029 M. Vlpius Aug. lib. Ampliatus. 33695 (*columb.*) Flavia Ampliata. 34386. 34386ᵃ. 34857. 35095. 35316. 35476. 35518. 36230. 36289 *sq.* 36575. INSCR. bull. com. 1901 p. 276 CORP. XIV 246 VII 7. 255 II 31. 309. 505. 872. 985. 1210. 1650. 1655. 1661. 2887. 3357. 3637 T. Aelius Aug. líb. Ampliátus. 4255. IX 176. 424. 537. 580. 1455, 3, 66. 3, 75 (*a. 101*). 1873. 1908. 2236. 2306. 2386. 2676. 2880. 3363. 4124. 4232. 4349. 5016. 5247. 5282. 5553 INSCR. Ephem. epigr. VIII 22. 27. 125 CORP. X 63. 217. 443. 456. 504. 574. 695. 718. 748. 769 *a. 52.* 847 (*Pompeis*) N. Popidius Ampliatus (*cf.* 848. 921. IV suppl. LXXXIII, 3. IV 2658 *sq.*; *alii Pompeiani* Sextius Ampliatus, L. Popidius A., M. Clodius A., Ti. Claudius A., D. Caprasius Ampliatus *v.* CORP. IV suppl. index; *praeterea* CORP. IV 1182—4. 1363ᵇ. 1485. 1608. 1975. 2272. 2355. 2375. 2939. 2978. 8047, 6. 7 INSCR. Notiz. degli scavi 1892 p. 30. 1894 p. 383. 1897 p. 17 Röm. Mitteil. 10 p. 157). CORP. X 1272. 1289. 1403 d 2, 5. g 2, 35. g 3, 25. 1923. 2055. 2126. 2209. 2804. 2860. 3086. 3706. 3810. 4006. 4597. 5143. 6115. 6710. 8062, 5 INSCR. Notiz. degli scavi 1891 p. 235. 1893 p. 443. 1894 p. 66 CORP. XI 207. 4311. 4716. 5748. 6251. 6273. 6399. 6547. 6567. 6689, 20 (*a. 93*). 21. 30. 113. *rarum in Gallia cisalpina*: CORP. V 1068. 1069. 1192. 1344. 7385. 7431. 7558. V suppl. 4. 228. 1204, *item in provinciis*: CORP. III 436. 2197. 7938. 8143. 8831. 10512. 10135. VIII 2082. 2803. 2803ᵃ. 4110. 4153. 5240. 5835. 21125. II 1291. 3771. 4975, 60 Staiaes Ampliataes. XII 2042. 3926. 5678, 10. 5690, 109. *in libris hi*: VVLG. Rom. 16, 8 Ampliatum (Ἀμπλίαν *pars codd. graec.*) dilectissimum *Paulo* (HIER. nom. hebr. 73, 28). COD. Iust. 5, 56, 2 (*a. 224*). 6, 42, 19 (*a. 290*). 9, 20, 11 (*a. 293*). LIB. pontif. p. 152, 8 *presbyter. incertum cogn.* **Ampliātiāna.** CORP. XIV 2062 (*periit*) Terentiae Ampliatianae (-iatae *pars codd.*). *V.*

? adcommoda **amplica** apta GLOSS. V 261, 54.

? **amplicitus** κεκολλημένος GLOSS. II 16, 50. *corruptum ex* adplicitus *vel* applicatus, *vide* GLOSS. II 8, 47.

amplificātio, -ōnis *f. ab* amplificare. 1 *proprie de re augenda, incrementum*: CIC. Verr. 4, 19 cum amplificatione vectigalium. div. 2, 83 pecuniae. off. 1, 23 rei familiaris. 2, 17 nostrarum rerum. ALC. AVIT. hom. 7 p. 117, 34 divitiarum. 2 *translate de rebus incorporeis augendis, exaggerandis*: CIC. off. 2, 42 honoris et gloriae. PANEG. 10, 2 non iniuria minuendi faciunt (*sc. gesta ingentia*) quae spem amplificationis ex magnitudine sustulerunt. ARNOB. nat. 7, 13 honos omnis ... constans partibus duabus, ex concessione tribuentis et amplificatione sumentis. VEG. mil. 4 pr. 4 potentissimae nationes nullam maiorem gloriam putaverunt quam ... ab aliis conditas (*sc. civitates*) in nomen suum sub quadam amplificatione transferre. *nota*: FIRM. err. 29, 3 deus summus ... amplificationis maximae (*i. eximiae imperatorum potestatis*) augmenta decernit. 3 *technice apud rhetoricos, de re verbis vel sententiis ornata, exornatio rerum,* αὔξησις: RHET. Her. 2, 30, 47 amplificatio est res quae per locum communem instigationis auditorum causa sumitur. 3, 13, 23 amplificatio dividitur in cohortationem et conquestionem ... amplificatio est oratio quae aut in iracundiam inducit aut ad misericordiam trahit auditoris animum. CIC. part. 27 est enim amplificatio vehemens quaedam argumentatio ut illa docendi causa, sic haec commovendi. 53 est igitur amplificatio gravior quaedam adfirmatio quae motu animorum conciliet in dicendo fidem. ea et verborum genere conficitur et rerum. PS. ASCON. Verr. p. 151 argumentari est argumentis uti ad rem probandam, dicere amplificatione uti ad delectandum commovendumque auditorum oratione perpetua. QVINT. inst. 8, 4, 3 quattuor tamen maxime generibus video constare amplificationem, incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. RHET. Her. 1, 14, 24. 2, 17, 26. 2, 29, 46. 2, 30, 47. 3, 8, 15. 3, 13, 24. 3, 14, 25. 3, 15, 27 (*bis*). 4, 8, 11. 4, 28, 38. 4, 53, 67 CIC. inv. 1, 27. 47. 100. 101. 2, 48. 68. 77. 82. 114. 121. 147. part. 30 rerum autem amplificatio sumitur eisdem ex locis omnibus, e quibus illa quae dicta sunt ad fidem. 57 de orat. 3, 105. 106. orat. 102 in ea (*sc. Rabiri causa*) omni genere amplificationis exarsimus. top. 98 *amplificationis* effectus hic (*sc. in peroratione.* is *cod. A*) debet esse, ut aut perturbentur animi aut tranquillentur et, si ita iam adfecti ante sint, ut augeat eorum motus aut sedet oratio. VITR. 5 pr. 1 quod etiam vel in nostris quoque studiis res pateretur, ut amplificationibus auctoritas et in his praeceptis augeretur. QVINT. inst. 2, 5, 9. 4, 3, 15 omnis amplificatio, omnis minutio, omne adfectus genus et quae maxime iucundam et ornatam faciunt orationem. 5, 10, 99. 6, 1, 52 cum sit maxima pars epilogi amplificatio, verbis atque sententiis uti licet magnificis et ornatis. 6, 2, 23. 8, 4, 9. 12. 15 (*bis*). 17. 21. 26. 29 scio posse videri quibusdam speciem amplificationis hyperbolen quoque. 9, 4, 128. 10, 1, 49. 12, 10, 61. DON. Ter. Ad. 261 o miram amplificationem beneficii. Andr. 236 est perversa αὔξησις a maioribus descendens ad minora per amplificationem accusationis. Hec. 204 magna amplificatio criminis. 210. MART. CAP. 5, 547 amplificatione exordium concludendum.

amplificātor, -ōris *m. is qui auget aliquid*: CORP. VI 1142 urbis Romae. CIC. Tusc. 5, 10 nec vero Pythagoras nominis solum inventor sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit. epist. 2, 9, 3 dignitatis meae (10, 12, 5). CORP. VIII 1179 conditor atque amplificator totius orbis Romani sui *Constantinus Maximus.* *f.* **amplificātrīx,** -īcis. PANEG. 12, 8 amplificatrix veri vetustas.

amplifico, -āvī, -ātum, -āre [*cf. c.* amplus *et c.* facere. *Th.*]. PRISC. gramm. II 440, 18 componuntur autem verba vel cum nominibus ut amplum amplifico. GLOSS. amplifico μεγαλοποιῶ. μεγαλύνω. πληθύνω. amplificat dilatat. *legitur primum apud* PACVV. *p. 2001, 5.*

I *proprie*: *augere, dilatare, maius, longius facere, producere, augmentare, locupletare*: 1 *aliquid*: RHET. Her. 3, 11, 20 magnitudinem vocis ... nonnihil auget sed maxime amplificat adcuratio (CIC. nat. 2, 144 sonus *i. firmius, gravius reddit*). CIC. Catil. 3, 2 urbem conditam amplificatam servavit (LIV. 1, 33, 9. 1, 44, 3). dom. 23 pretium. 26 rem publicam ... servatam et amplificatam (Manil. 49 nat. deor. 2, 8 CORP. III 12326). Phil. 5, 49 opes (COD. Iust. 5, 27, 3). Rab. Post. 43 patrimonium (COLVM. 1 pr. 7). Lael. 59 spes amplificandae fortunae (*i. rei familiaris*). rep. 3, 24 augere opes, amplificare divitias. LIV. 34, 44, 5 villa ... refecta amplificataque. 37, 53, 13 spem ... amplificandi regni (39, 28, 10 amplificare et augere regnum. AMM. 25, 9, 9). DECL. in Catil. 83 facultas amplificandi imperii. VITR. 5, 7, 2 gradationes scalarum. PAVL. FEST. p. 229 'pro' ponitur etiam amplificando ac palam faciendo ut prodi, provoca (QVINT. inst. 9, 3, 28 verba geminantur vel amplificandi gratia. *i. longius facere*). VAL. MAX. 3, 2, 6 pro amplificanda et tuenda patria (PLIN. epist. 2, 5, 3 ornare patriam et amplificare). 3, 4, 2 numerum (FILASTR. 121, 6) senatus. 4, 4, 1 titulum imaginum suarum. SEN. epist. 118, 16 quaedam (*velut mel*) amplificata in suo genere ... perdurant. SVET. Iul. 66 amplificando ementiendoque (*sc. copias hostium*) confirmabat (*sc. milites Caesar*). EVTR. 8, 8 provincias. AMM. 14, 2, 12 amplificatis viribus (*sc. exercitus*). OPTAT. 5, 9 p. 139, 1 tractatus. VVLG. Sirach 50, 5 qui praevaluit amplificare civitatem (PS. RVFIN. in psalm. 47, 1) ingressum domus et atrii amplificavit. 50, 15 amplificare oblationem (ἐξέχεεν). AVELL. p. 46, 28 basilicam. CORP. V 4161 Mercurium (*i. templum*) Augustum voto suscepto amplificavit. INSCR. christ. Rossi II p. 189, 2 omnia in cumulum luminis amplificat *Christus.* 2 *aliquid aliqua re*: RHET. Her. 3, 16, 29 artificiosa (*sc. memoria*) naturae commoda ... amplificet ratione doctrinae. PLIN. nat. 37, 63 longinquo amplificantur visu (*sc. smaragdi*). ARNOB. nat. 7, 38 amplificata res publica est victoriarum frequentibus gaudiis. AVSON. 289, 4 duplici muro amplificata loci species (*i. urbs muro aucta*). SIDON. epist. 4, 14, 1 provinciae per te beneficiis amplificantur (NOVELL. Theod. 17, 2 *beneficiis* amplificavit imperium). AMM. 22, 9, 3 Nicomediam magnis principum amplificatam impensis. 23, 6, 23 *Ctesiphontem urbem* incolarum viribus amplificatam et moenibus. CORP. III 324 lavacrum thermarum amplificavit sua pecunia. V 875 (*lectio dubia*) ⟨...⟩rtunam locis ⟨a⟩mplificaverit. XIV 376 amplificavit impensa sua idem munus gladiatorium. 3 *in imagine*: HIL. in psalm. 118 phe 5 escae doctrinae caelestis nisi amplificato (*i. dilatato*) et patente corde quodam modo fuerint non adibunt. PS. RVFIN. in psalm. 54, 21 deus ultricem manum suam amplificabat

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in vindictam. MART. CAP. 6, 573 arcibus urbanis veteres tibi (*sc. Minervae*) templa sacrarunt quod ratio amplificet (*i. vis ingenii cogitando auget*) quodque est elatior urbe. *nota* AVSON. 160, 14 praeditus et vitas hominum ... porrigere et fatis amplificare moras.

hōc amplius: *i. q. insuper, praeterea, porro*: PLAVT. Rud. 279 TER. Andr. 31 CATO agr. 57. 95. 140. 142. 157 CIC. Verr. 3, 123 Tull. 44 de orat. 1, 45 fin. 5, 11 epist. 6, 6, 13. 9, 25, 1 ad Brut. 1, 5, 1 LVCR. 1, 652. NEP. Alc. 11, 2 (amplissimum *coni. Halm*). MANIL. 5, 733 amplius hoc. VITR. 2, 4, 2. 4, 3, 8 SEN. contr. 2, 5, 11 VAL. MAX. 8, 13 ext. 6 SEN. dial. 11, 19, 5 nat. 6, 7, 5 PLIN. nat. 13, 109. 14, 131. 17, 263. 18, 27. 19, 177. 21, 24. 22, 36. 132. 24, 71. 26, 137. 146. 31, 48. 101 QVINT. inst. 1, 1, 8. 1, 5, 50. 1, 5, 55. 5, 13, 36 PLIN. epist. 2, 11, 19. 3, 9, 20. 7, 25, 1 SVET. Iul. 38 Aug. 27 Claud. 11 Dom. 17 GAIVS inst. 3, 127. 4, 166^{a}. POMPON. dig. 32, 54 verius est eo verbo 'amplius' superiora repeti, sicuti dicimus ... 'Titius accepit quinque, Seius hoc amplius fundum', Seium quinque quoque accepisse intellegimus. *apud* ICTOS *plus* 80^{ies}. ARNOB. nat. 1, 46 CHALC. comm. 64. 97. 124 transl. 25. 32 (ἔτι δέ). HYG. astr. 2, 17. 22. 24 COD. Iust. 1, 3, 54, 9 CORP. VI 10229 (*quater*). X 114 (*ter*). XI 4389. XIV 2112. 2795. *nota ap.* ICTOS hoc amplius quam *i. fere atque 'praeterquam'*, AFRIC. dig. 47, 2, 62 (61) SCAEV. dig. 31, 88, 3. 32, 39 PAPIN. dig. 35, 1, 77 MARCIAN. dig. 28, 7, 18.

eō amplius: SALL. Iug. 80, 6 reges eo amplius (*sc. plures denis uxores*). PLIN. nat. 5, 114. 17, 77 SVET. Cal. 15. FRONTO p. 39 N. saepe quinquies aut eo amplius. ICTI *plus* 30^{ies}. PS. APVL. Ascl. 18 LACT. inst. 4, 15, 30 TERT. pudic. 8, 5. 19. LVCIF. reg. apost. 11 p. 61 (*i. eo rectius*). Athan. 1, 16 p. 95 LACT. inst. 4, 15, 30 VEG. mil. 2, 5 HIER. epist. 10, 1. 60, 16. 84, 8 vita Hilar. 23 VVLG. Marc. 7, 37 OROS. hist. 4, 8, 8 CASSIAN. inst. 4, 3, 1. 5, 36, 2. 10, 24 CORP. II 5439. XI 6173. XII 2522. XIII 5056. *nota*: IORD. Get. 23, 117 gens quantum velox, eo amplius superbissima (*i. quo velocior eo superbior*).

technice in re iuridica: ROMAN. Char. gramm. I 195 quod (*sc. amplius*) adeo prolixum temporis spatium significat, ut iudices quotienscumque significabant adhuc se audire velle, 'amplius' dicebant itaque negotium differebant. unde hodieque 'ampliari' iudicium differri dicitur. PS. ASCON. Verr. p. 164 'amplius' pronuntiabatur si videretur esse damnandus, cum dixissent iudices 'non liquet'. hoc est: obscura causa est. DON. Ter. Eun. 331. CIC. Brut. 86 cum consules re audita 'amplius' de consilii sententia pronuntiavissent.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fortasse huc pertinet Gaivs inst. 4, 98 de qua re quisque per cognitorem egerit, de ea non magis 'amplius' actionem habet quam si ipse egerit. hoc amplius *de adiectione testamentaria*: Afric. dig. 30, 108, 8 cum hac adiectione 'hoc amplius' aliquid testatur. Pavl. dig. 32, 27 non adiecto 'hoc amplius'. *saepissime.* hoc amplius censeo. *de senatore qui aliquid sententiae iam dictae addit*: Cic. Phil. 13, 50 de mandatis litterisque M. Lepidi ... Servilio assentior et hoc amplius censeo. *hinc translate*: Sen. dial. 7, 3, 2 fortasse et post omnes citatus nihil improbabo ex iis quae priores decreverint et dicam 'hoc amplius censeo'. nat. 3, 15, 1 quaedam ex istis sunt, quibus adsentire possimus, sed hoc amplius censeo. amplius peto: Cic. Q. Rosc. 35 quid ita satis non dedit, amplius a se neminem petiturum. Brut. 18 at ... non solvam, nisi prius a te cavero amplius eo nomine neminem petiturum. Att. 1, 8, 1 quod ille recusaret satis dare amplius abs te non peti. epist. 13, 28, 2 'amplius eo nomine non peti' cures ut satisdetur fide mea. Corp. XIV 2112 sa⟨tisdato ampli⟩us neminem petiturum.

4 amplissimē: Cato agr. praef. 3 laudari (Plin. nat. 18, 10. Svet. Cal. 15 laudato funeratoque). Cic. Verr. 2, 112 omnis honores ... amplissime ac magnificentissime gessit. Mur. 15 cum amplissime atque honestissime ex praetura triumphasset. dom. 74 amplissime ... de salute mea ... de dignitate decreverint. Phil. 5, 53 amplissime dati adsignati (*sc. agri*). 9, 16 quam amplissime supremo suo die efferri. Att. 7, 2, 6 amplissime supplicatio consecuta est. epist. 3, 10, 10 quibus ille me rebus non ornatissimum voluit amplissume. Caes. Gall. 1, 43, 4 munera amplissime missa. civ. 3, 53, 6 donis amplissime donavit. Liv. 5, 13, 6 tribus quam amplissume tum apparari potest stratis lectis. *nota adverb.* **amplissimum** (*i. summum*): Plin. nat. 12, 32 *saccharon* amplissimum nucis abellanae magnitudine. *Gudeman.*

Amplus, -ā *cogn.* Corp. IV suppl. LXXIV 6 Sex. Atti Ampli. Inscr. Röm. Mitteil. 4 p. 120 (*Pompeis*) Attium Amplu⟨m⟩. Ephem. epigr. I p. 53 n. 165 Amplum. Corp. VI 36472 Turb⟨i⟩a Ampla.

amplustria *v.* aplustria *II 241, 26.* **Ampora** *v.* Ambura.

ampotis (*desunt casus*) *f.*, ἄμπωτις, ἀνάπωσις, *quo fluctus in mari resorbetur.* Ambr. hex. 4, 7, 30 ampotis (an potis, an potes, an potest *codd. interpolati*) quoque, quae in oceano esse perhibetur. *ibid.* mare ipsum occidentale, in quo spectatur ampotis (*codd. ut supra*).

Heniochi, **Ampreutae,** Lazi ... gentes Colchorum Plin. nat. 6, 12.

Am(p)saga, -ae *m. fluvius Africae prope Cirtam; v. J. Schmidt, PW. I 1982.* Mela 1, 30 fluminis Ampsaci. Plin. nat. 5, 21 fluminis Ampsagae (-ce *Leid.*). *ibid.* flumen Ampsaga (ambaga Mart. Cap. 6, 686). 5, 22 ab Ampsaga (isaga *vel* saga Mart. Cap. 6, 669. amsiga Sol. 26, 1). 5, 29 a fluvio Ampsaga. 5, 25 ab Ampsaga (ansaga Mart. Cap. 6, 670). Vict. Vit. 2, 14 in Ansaga⟨m⟩ fluvium Cirtensem famosum. Ravenn. p. 153, 1 Masaga. Corp. VIII 5884 ⟨g⟩eni⟨o⟩ numinis caput Amsagae sacrum. 7759 (= Carm. epigr. 1327) Anspagae moles (*in eodem carmine* sumsperat).

Am(p)sanctus, -ī *m. parvus in Hirpinis lacus; v.* Serv. Aen. 7, 563; *Hülsen, PW. I 1980; Mommsen, Corp. IX p. 91.* Serv. Aen. 7, 125 amsancti valles id est undique sancti. *rectius* 7, 565 amsancti valles: loci Amsancti, id est omni parte sancti; quem dicit et silvis cinctum et fragoso fluvio torrente (Gloss.). Cic. div. 1, 79 Ampsancti. Verg. Aen. 7, 565 Ampsancti valles. Plin. nat. 2, 208 Ampsancti ad Memphitis aedem locum, quem qui intravere moriuntur. Vib. Seq. geogr. p. 153, 6 Ampsanctus Lucaniae, cuius halitus volucres necat. Clavd. rapt. Pros. 2, 350 flatumque repressit Amsanctus (Amfractus *pars codd.*). *proverbialiter*: Avg. c. Iul. op. imperf. 1, 48 p. 1069 exhalas tristius ... aliquid quam vel Amsancti vallis vel puteus Averni. Sidon. epist. 3, 13, 8 alarum specubus hircosus ... vallatus nares circumsedentum ventilata duplicis Ampsancti peste funestat. *adi.* **Ampsanctinus,** -a, -um. Mar. Merc. subnot. 4, 2 te verissime Ampsanctinae scaturiginis conregionalis tuae taeterrimus fetor, te Averni lacus nocentissimus halitus ... inflavit.

Am(p)sigura *mulier Poena.* Plavt. Poen. 1065 (ams- *AC*). 1068 (ampsag- *B*). *cf.* Amsiginus.

Am(p)sivariī, -ōrum *gens Germana; v. Ihm, PW. I 1983.* Tac. ann. 13, 55 Amsibarii. 13, 56 Ampsivariis. *ibid.* Ampsivariorum. Ivl. Hon. cosmogr. A 26 Amsivari gens. Cosmogr. 1, 26 p. 84, 19 Amsibarios. Provinc. laterc. Veron. 13, 12 Amsivari. Not. dign. 5, 40 Ampsivarii (5, 188. 7, 70). Greg. Tvr. Franc. 2, 9 p. 75, 3 Ampsivariis.

amptermini qui circa terminos provinciae manent. Pavl. Fest. p. 17. Gloss. II 16, 35 amterminus διχόθεν ὅρος. 383, 33 am[i]terminus ὅμορος. V 439, 41 amsterminio confidentia *i. fortasse* amtermina confinia. [*ab* am(b)- *et* terminus. *Th.*]

amptruo, antruo, antroo, andruo, -āre [*orig. inc. Th.*]. Fest. p. 270 redantruare dicitur in Saliorum exultationibus ⟨quod⟩ cum praesul amptruavit (ampir- *cod.*] quod est motus edidit, ei referuntur invicem idem motus. Lucilius (320 Marx) 'praesul ut amptruet (ampir- *cod.*) inde, ut (Non., *om.* Fest.) vulgus redamptruet inde (redandruet inde Non., redamplauit at Fest.). Non. p. 165, 16 redandruare: redire. Lucilius lib. IX: ut vulgus redandruet inde. Pavl. Fest. p. 9 andruare id est recurrere a graeco verbo ἀναδραμεῖν venit: hinc et 'drua' vocata est. *ibid.* antroare gratias (gradus?) referre: 'truant' moventur. 'truam' quoque vocant quo permovent coquentes exta. *male vertunt* Gloss. II 21, 20 antruare σπηλεῦσαι. 17, 38 andruare ἀνδρίζεσθαι. *etiam* V 440, 22. 561, 17 antruare: nondare *rectius puto ad nescio quam falsam originationem referri quam corrigi* (*conamina v.* Gloss. VI p. 77). *optima autem glossa licet corrupta est* V 439, 42 amtorbato: vicibus (quibus *trad.*, pedibus *Löwe*) exultato.

Ampudius, -a *nom. gent.; cf.* Ampius. Corp. I 1374 (= XI 2001 *Perusiae* = Corp. Etr. I 4191) Arsina Ampudi. X 6082 (*Formiis*) M. Ampudius N. f. q. tr. pl. aid. VI 3527. 8087. 11594—96. 34387. IX 5685. 5695. X 239. XI 6689, 19 (*in tegula*) T. Am(pudi?). 6689, 22 Inscr. Notiz. degli scavi 1900 p. 192 Corp. V 7256. [*V.*

Ampulēnae Q. f. Secundinae Corp. V 1070 (*Aquileiae*). *cf.* Ampius.

ampulla, -ae *f.* [*ab* amphora ampora *deminutive. Th*]. Papyr. Wessely Wien. Stud. p. 24, 123 ἀμπούλλιον. *ibid.* ἀμπύλλη. ampolla *cod. Flor.* Apvl. flor. 9 p. 34 *et* 36. [*ital. hisp.* ampolla. *M.-L.*] Gloss. λήκυθος, τὸ βησίον. χερνίβιν. Evcher. instr. 2 p. 148, 6 lecythum in Regnorum (Vvlg. III reg. 17, 16) ampulla olearia. Isid. orig. 20, 5, 5 (= Gloss. V 166, 14) ampulla dicta quasi ampla bulla; similis est enim rotunditate bullis quae ex spumis aquarum fiunt atque ita inflantur vento. *legitur iam inde a* Plavto.

I ***proprie:*** *vasculum describitur*: Plin. epist. 4, 30, 6 in ampullis ceterisque generis eiusdem ... quibus non hians nec statim patens exitus. Apvl. flor. 9 p. 34 *sq. Hippias praedicavit* fabricatum semet sibi ampullam (ampollam *F*) quoque oleariam, quam gestabat, lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate iuxtaque honestam strigileculam. Svlp. Sev. dial. 3, 3, 2 ampullam (ampullulam *AFv*) vitream istius modi fuisse, ut rotunda in ventrem cresceret ore producto, sed oris extantis concavum non repletum, quia ita moris sit vascula complere, ut pars summa umbonibus obstruendis libera relinquatur. **1** *generaliter*: Pavl. Fest. p. 46 calces ampullae plumbeae. Fest. p. 262 *sq.* ⟨it-⟩em scorteae ampullae vetustate rugosae, et coloris eiusdem, rubidae dici solent. Porph. Hor. sat. 1, 6, 117—118 echinum *Lucilius* sic dixit quasi scortea ampulla sit. Petron. 48 Sibyllam ... vidi in ampulla pendere. Itin. Anton. Plac. rec. A 39 unde et benedictionem dant ampullas modicas *rore caelesti seu manna impletas.* **2** *vasculum olearium*: Plavt. Persa 124 ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium *habeat parasitus* (*cf.* Cic. *l. 45*). Stich. 230 unctiones Graecas, sudatorias vendo vel alias malacas ... perieratiunculas parasiticas; robiginosam strigilem, ampullam rubidam. Merc. 927 tollo ampullam atque hinc eo. Cic. fin. 4, 30 si ad illam vitam, quae cum virtute degatur, ampulla aut strigilis accedat. 4, 31 ampulla ... sit necne sit. *ibid.* si ampullam perdidisset. Petron. 78 statim ampullam nardi aperuit omnesque nos unxit. Mart. 3, 82, 26 Cosmianis ... fusus ampullis. Apvl. flor. 9 p. 36 *fateor me* strigilem et ampullam ceteraque balnei utensilia nundinis mercari. Porph. Hor. carm. 4, 12, 21 cum ampulla unguenti. Optat. 2, 19 p. 54, 3. 6 ampullam ... chrismatis per fenestram ... iactaverunt, et ... non defuit manus angelica, quae ampullam ... deduceret. *cf.* Svlp. Sev. *l. 69.* Avg. serm. 273, 5 quomodo ampullae unguentorum, quanto magis frangebantur, tanto amplius odor diffundebatur. Epiphan. de mensur. 17 de alabastro unguenti. siquidem vocatur ampulla olei, unius autem olei in eo pensus exsistit. Hist. Apoll. rec. A 26 tolle ampullam unguenti et ... defunctae corpori puellae superfunde. at vero adulescens tulit ampullam unguenti. Itin. Anton. Plac. rec. A 20 offertur oleum ad benedicendum, ampullas medias. hora qua tetigerit lignum crucis [h]orum ampullae mediae, mox ebullescit oleum foris (*cf.* Svlp. Sev. dial. 3, 3, 2). 40 mulieres ... portantes ... ampullas cum rafanino oleo (rafanoleo *G*, rafano oleo *RBr*). Gloss. III 651, 10 deferte sabana ad balneum, strigilem, faciale, pedale, ampullam, aphronitrum. **3** *in usu medicinali*: Plin. nat. 20, 152 puleio cum surculis suis in ampullas vitreas aceti utrisque deiectis. Scrib. Larg. 41 reponitur medicamentum ampulla vitrea. Chiron 918 vini albi ampullam I. Svlp. Sev. dial. 3, 5 p. 201, 12 puer ... incautior linteum ampullam (-ullulam *A*) ibi esse ignorans adtraxit. *ibid.* ampulla (-ullula *AF*) ... incolumis est reperta. Marcell. med. 8, 22 in ampulla vitrea repones. 8, 23 repones in ampulla vel vitrea vel cyprea. Cass. Fel. 29 p. 58, 18 ovi album et tenue in ampulla adicies. 61 p. 151, 2. 67 p. 166 in ampulla (-am *p*) rediges et dabis. 68 p. 167, 15 *stellio* in ampulla ... fuerit suspensus. Plin. Val. 1, 18 mittes in ampullam, signabis et in fumo suspendes. *et passim apud eundem.* **4** *vasculum potorium*: Mart. 6, 35, 4 ampullis potas semisupinus aquam. 14, 110 ampulla potoria (*cf. tamen v. 1* gemma, servat quae nomina Cosmi *et l. 47*). Svet. Dom. 21 ut ... in ampulla potiunculam sumeret. Porph. Hor. sat. 1, 6, 117 *ad v.* echinus: vitream ampullam intellegere debemus. Corp. VI 1785 de ampullis placuit ut post degustationem possessori reddantur. Qverol. p. 38, 5 urceolum contusum et infractum, oenophorum exauriculatum et sordidum, ampullam truncam rimosamque (limosam ω, *correxit Peiper*) depstis (densis ω, *correxit Peiper*) fultam cerulis non simpliciter intuetur. Hist. Apoll. rec. A 30 ferens ampullam *inveheret coronas.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

31 fudit (tollit *B*) ampullam vini et ... posuit coronas supra. GREG. TVR. Franc. 4, 9 serpens ampullam vino plenam repperit.

II ***translate:*** *i. q. verba turgida*: VERG. catal. 5, 1 ite hinc, inanes, ite rhetorum ampullae. HOR. ars 97 *tragicus saepe* proicit ampullas et sesquipedalia verba. *cf.* ampullor *l. 23.*

ampullāceus, -a, -um *ab* ampulla. COLVM. 8, 2, 15 impedienda est ... procacitas eius (*sc. galli*) ampullaceo corio (*cf. ampulla I 1*). PLIN. nat. 15, 55 *pira quaedam nominantur* a collo ampullacea. 15, 58 ampullacea *pira*. *subst. f. herba* **ampullācea,** -ae. DIOSC. graec. I 120 ἄλυμος· Ῥωμαῖοι ἀλβούκιουμ, οἱ δὲ ἀμπουλάκιαμ. Vind. Const. 35, 2 ἀμπουλλακια. *cf. Stadler, Archiv 10 (1898) 89; 11 (1890) 108.* *subst. neutr.* **ampullāceum,** -ī. PS. APVL. herb. 5 *hyoscyamos est* balanos generans, ut est mali Punici ampullaceum (ampullagium *Koebert*) appellatum. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 52 decoctio mali punici, vel eius caduci, quod Graeci κύτινον ῥοάς appellant, nos ampullagium. 5, 2, 44 mali punici foliis viridibus vel eius caduco, quod Latini ambulacium vocant.

ampullārius, -ī *m. ab* ampulla. GLOSS. II 360, 16 ληκυθοποιός. II 566, 24 ampullarum factor. PLAVT. Rud. 756 ut quivis dicat ampullarius optimum esse operi faciundo corium et sincerissimum. CORP. XII 4455 Philomusus ampullarius frugi heic est sepultus.

ampullor, -ārī *ab* ampulla. *i. q.* ληκυθίζω. HOR. epist. 1, 3, 14 an tragica desaevit et ampullatur in arte? *cf.* ampulla *l. 5.*

ampullula, -ae *f. ab* ampulla *deminutive.* [SVLP. SEV. dial. 3, 3, 2 *et* 3, 3, 5 *ter* ampullulam *substituere codices recentiores pro* ampulla *quod tuentur antiquissimi.*] GREG. TVR. Franc. 9, 6 crucem ferens, de qua dependebant ampullulae (ampullae *B 1 ante s. VIII ex., B 2 aev. merov.*). glor. conf. 9 plenam ampullulam olei ... abstulit. 10 *uvam* in ampullulam (ampullam *3 s. X*) recondidit. *ibid.* infusa ... aqua de ampulla (ampullula *1 a s. IX, 1 b s. IX/X*) uvae. VEN. FORT. vita Germ. 2 temperatam potionem in ampullulam (ampulla *G s. X*) condidit. *ibid.* ignorans ministra ampullulam mutat et pocula. VITA Caes. Arel. 51 ampullulam (ampullam *1 a s. XI*) oleo plenam ... domum deferens. *ibid.* ampullam (ampullulam *1 c s. XI*) ad caput suum petiit debere suspendi. *F. X. Burger.*

Ampur *et* **Ampurasi** valatais (?) *scarifatum Pompeis* INSCR. Notiz. degli scavi 1902 p. 205. *V.*

amputātio, -ōnis *f. ab* amputare. GLOSS. II 350, 2 κλάδευσις. 403, 13 περικοπή. *ex hoc graeco versa* 566, 25 amputatio una lectio fiit (*anglos.*). *cf. Goetz, Ind. schol. hibern. in univ. litt. Ien. 1888/89 hab. p. VI. inde a* CIC., *nusquam apud poetas.*

I *proprie*: *desectio*: **1** *ramorum*: CIC. Cato 53 sarmentorum ea, quam dixi, aliorum amputatio, aliorum inmissio *me delectat.* PLIN. nat. 16, 141 utraque *cupressus* ... immittitur in perticas asseresve amputatione ramorum. 17, 247 cupressus ... circumfossuram amputationemque ... odit. *i. q. res amputatae*: PLIN. nat. 12, 118 *balsami frutex* deputatur et sarmenta quoque in merce sunt. DCCC HS amputatio ipsa surculusque veniere. **2** *corporis partium*: VAL. MAX. 3, 3, 4 ext. amputationem linguae minitanti. CALL. dig. 38, 19, 28 capitis. COD. Theod. 7, 13, 4 (*a. 367*) eos qui amputatione digitorum castra fugiunt (*ibid.* qui se sponte truncaverunt). 7, 13, 10 (*a. 381*) digiti. AVG. civ. 19, 4 membrorum. 22, 22 *idem.* serm. ed. Mai 101, 2 capitis. *speciatim*: *partium genitalium*: ARNOB. nat. 5, 14 amputationes virilium veretrorum. *cf.* AVG. civ. 7, 24 membrorum. *sensu medicinali*: CAEL. AVR. acut. 3, 4, 32 dehinc tumens uva laxatione indiget, non amputatione. *cf.* SCRIB. LARG. 230 *v. sub* amputo *p. 2022, 11.* CASS. FEL. 64 hanc passionem syncopen appellaverunt, id est amputationem. **II** *translate*: *i. q. abolitio*: TERT. cult. fem. 2, 9 erga vestitum ... vobis curanda est amputatio et decussio redundantioris nitoris. pudic. 15 de aversatione (adversatione *codd.*) immunditiarum, de amputatione macularum, de exhortatione sanctimoniarum. ARNOB. nat. 1, 27 ab omni nos labe delictorum omnium amputatione purgemus. CASSIAN. conl. 12, 3, 3 stultiloquium, scurrilitatem, ebrietatem ac furta, quorum facilis amputatio est. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 174 defectio aut virium amputatio sequuntur immodicam sanguinis detractationem. 2, 1, 4 partes corporis, quae nunc omnium, nunc certorum officiorum amputatione vexantur. CAEL. AVR. acut. 1, 5, 19 vocis (*cf.* 2, 10, 69. 3, 2, 8. 3, 5, 49 chron. 2, 6, 91 [*cf.* GLOSS. III 606, 49]. 3, 2, 16. 23. 4, 8, 109. 110. CASS. FEL. 77 vocis amputatio, ut obmutescant. ISID. orig. 4, 7, 14 raucedo amputatio vocis *est* [*cf.* GLOSS. V 577, 30 *idem.* 604, 16 raucitudo amputatio vocis est]). CAEL. AVR. chron. 4, 3, 40 pulsus parvitas vel amputatio, quam Graeci ἀσφυξίαν vocant.

syn.: decussio: TERT. cult. fem. 2, 9. *opp.*: immissio: CIC. Cato 55.

amputātīvus, -a, -um *ab* amputare. ORIBAS. eup. 2, 1 S 14 scilla miticis id est amputativa (anp- *Aa*) nimis est virtute (scylla ampotativa est virtutem *La*; *gr.* τμητικῆς ἱκανῶς ἐστι δυνάμεως). *cf.* syn. 6, 33 *et* 8, 39 *sub* amputo *p. 2023, 76 sqq. et* amputatorius.

amputātor praecisor ramusculorum sive vineae GLOSS. II 566, 26.

f. **amputātrīx,** -icis. AMBR. Iob 3, 2, 3 quasi bonus agricola ... hic stirpat quadam falce virtutum amputatrice (-cem *PB*) vitiorum.

amputātōrius, -a, -um. *ab* amputare amputator. *i. q.* amputativus. ORIBAS. eup. 2, 1 E 10 eupatorius herba extenuatoria bel amputatoria (*Aa*, ampotatoriam *La*) est birtute et proiectoria (*gr.* τμητικῆς ... δυνάμεως). 2, 1 O 5 origani omnes amputatoriam et extenuatoriam ... virtute sunt (*gr.* τμητικῆς ... δυνάμεως; *cf.* PS. THEOD. PRISC. diaet. 10 origanum est amputatorium ... et extenuatorium). 2, 1 S 7 *cucumis* proiectoriam et amputatoriam (*Aa*, amputatoriam *La*) habet virtutem (*gr.* τμητικῆς ... δυνάμεως). *cf.* syn. 6, 33 *et* 8, 39 *sub* amputo *p. 2023, 77 et* amputativus.

amputo, -āvī, -ātum, -āre [*ab* am(b)- *et* putare. *Th.*]. *scribitur* anputo: SEN. epist. 114, 17 *BP* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 178 LACT. inst. 5, 4, 2 *P* ira 10, 8 *B* ORIBAS. syn. 5, 24. 6, 33. 34. 7, 14. ampotaverit: LEX Sal. 29, 1 *1 gm. 2.* *rarissimae formae contractae*: amputarat: AVG. serm. ed. Mai 2, 2; amputasset: SVET. Aug. 24 APVL. met. 9, 38; amputassent: VVLG. I par. 10, 9; amputasse: HIER. adv. Rufin. 3, 36 CANON. Migne 56, 448[b]. PAVL. FEST. p. 24 amputata, id est circumputata, dicuntur ab eo, quod antiqui putum pro puro dicebant, unde deducuntur pudor et pudicus. DIFF. ed. Beck p. 36, 73 inter amputare et decidere et abscidere: amputamus circumfusa, tamquam sarmenta; decidimus ex parte, tamquam ramos; abscidimus universa. GLOSS. ἀφαιρῶ, περιαιρῶ, ἐκτέμνω, περικόπτω, περιτέμνω, κλαδεύει, καθαίρει. *invenitur inde a* LVCILIO, *frequentant* COLVM. PLIN. nat. *frustra quaeres apud* CATONEM VARRONEM VERG. *rei rusticae scriptores,* CELS. SER. SAMM. THEOD. PRISC. *medicos,* CAES. SALL. NEP. LIV. VELL. VAL. MAX. AMPEL. GRAN. LIC. *historicos,* CATVLL. PVBLIL. LVCR. VERG. TIB. PROP. GRATT. MANIL. PERS. PETR. CALP. VAL. FL. MART. IVV. COMM. *poetas, alios.*

A ***proprie:*** *circumseco, circumcīdo* (*raro i. q. disseco, v. p. 2021, 75 sqq.*). **I** *arborum partes*: CIC. Tusc. 3, 13 (*in imag.*) nos ... audeamus non solum ramos amputare miseriarum, sed omnis radicum fibras evellere. HOR. epod. 2, 13 inutilisque falce ramos amputans (SCHOL. putatorem significans arborum). COLVM. 3, 15, 3 si quae etiam radices ... laboraverint eas amputare. 3, 16, 1 id ... quod de cacumine superest, duabus gemmis tantum supra terram relictis amputatur. 4, 8, 2 quicquid intra sesquipedem natum est ... recidendum est. sed huius non eadem ratio est amputandi. 4, 11, 1 cum viviradix recidenda erat, omnem superficiem amputabant. 4, 11, 2 ut totam superficiem amputemus. 4, 15, 4 tempus ... idoneum hunc mergum amputandi. 4, 21, 3 amputanda erunt superiora duramenta. *ibid. iterum.* 4, 22, 6 cum est utique vinea recidenda, ... paulum infra terram convenit amputare. 4, 24, 7 arida et vetera falce amputato. ungues ... resecato. 4, 24, 10 palmitem. 4, 24, 11 amputatis veteribus et submissis novis palmis. 4, 29, 10 radices ... summas vel soboles amputari. 5, 6, 14 *robusti ramuli* ita ferro amputentur, ut exiguam stirpem prominentem trunco relinquas. 5, 6, 16 ex amputatis virgis. 5, 6, 17 quicquid frondis enatum fuerit, ... ferro amputare. 5, 6, 26 putationis ratio talis est, ut veteres palmites ... omnes recidantur: novi circumcisis undique capreolis et nepotibus, qui ex his nati sunt, amputatis, committuntur. 5, 6, 30 easque (*traduces*) ... amputare ... convenit. 5, 9, 6. 15. 5, 10, 10 cacumina fici ferro summa prodest amputare. 5, 11, 14 (*cf.* arb. 27, 3). 11, 2, 19 summas ... radices amputare. 11, 3, 31 ut ... omnes radiculas amputes et fibrarum summas partes intondeas. 12, 44, 4 alii cum legerunt uvam, si qua sunt in ea vitiosa grana forficibus amputant (*cf.* 12, 45, 2). arb. 3, 4 *virgae* imam partem ... acutissima falce ... rotunda plaga amputato. 5, 2. 6, 5 *vineae* pars ima sic amputetur. 10, 2 arida et vetera, falce quae amputari non possunt, acuta dolabra abradito. 16, 3 supervacuos ramos amputabis, alterna brachia ... putabis. 21, 2 cacumina fici acutissimo ferramento summa amputare prodest. SEN. epist. 86, 17 amputatis radicibus. PLIN. nat. 12, 115 *eutheristos* ferro laedi vitalia odit, ... eodem amputari supervacua patiens. 16, 131. 132 postquam ... cacumen amputatum erat. 16, 182 *alburnum* semper amputabitur. 17, 97 ramo ... depresso in scrobem ... et post biennium amputato. 17, 118. 183 palmites. 17, 238. 248 amygdalae ... amputari sibi volunt onerosa ac supervacua, sicut nos ungues et capillum. reciduntur veteres totae. QVINT. inst. 10, 7, 28 sicut rustici proximas vitis radices amputant ..., ut inferiores penitus descendendo firmentur. GELL. 19, 12, 7 videt ... vicinum ... fraxinus deputantem, stolones in pomis ... proceros atque derectos amputantem. LACT. epit. 55, 5 omnibus stirpium radicibus amputatis arva purganda. *in imagine*: CIC. *v. l. 26.* PAVL. NOL. epist. 24, 1 non arescimus viventes suco radicis aeternae nec ad ignem amputabimur ira, sed ad fructum putabimur disciplina purgante nos euangelicae falcis acie. PS. RVFIN. in psalm. 65, 3 ramos naturales amputari (*ibid.* qui ramos naturales abscidit). *vitem ipsam*: CIC. Cato 52 quam (*vitem*) ferro amputans coercet ars agricolarum. COLVM. arb. 5, 3 *vitem* optime amputabis, sed ita ne codicem laedas, sed potius instar digiti unius a matre relinquas et ita radicem reseces. FRONTO p. 145 N. Lycurgus quid tandem mali facinoris admisit, quom vites amputavit? *absolute*: CIC. fin. 5, 39 quae sit scientia atque ars agricolarum, quae circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculet.

II *carnea*: **1** *corporum membra*: (*semel corpus ipsum*: SEN. epist. 9, 4 imminuto corpore et amputato). VAL. MAX. 5, 3, 4 (*in imag.*): *Ciceronem* caput Romanae eloquentiae et pacis clarissimam dexteram ... amputavit. SEN. contr. 7, 2, 1 abscidit caput, amputavit manum (*cf.* CVRT. 3, 8, 16. 4, 6, 16. 5, 5, 6 pedibus ... manibus auribusque. 8, 1, 20 SEN. dial. 5, 18, 1. LVCAN. 3, 612 gravis ... ictus. 6, 176

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Qvint. decl. 349 p. 375, 4 Frontin. strat. 3, 16, 4 Flor. epit. 4, 12, 37. Svet. Galba 9 nummulario. Dom. 10 nonnullis. Tert. idol. 7 Gallican. Avid. 5, 2 multis. *al.*). Sen. contr. 7, 2, 2 caedit cervices tanti viri et umero tenus recisum amputat (*corr. Bursian*, amputa *codd.*) caput (*cf.* Sen. Ag. 902 Stat. Theb. 10, 315 Tac. hist. 2, 49 ann. 14, 64. 15, 67 duobus ictibus. Svet. Cal. 32 decollandi artifex. Galba 20 Apvl. met. 9, 38 Cael. Avr. chron. 4, 1, 12). Sen. contr. 10, 4, 2 alterius bracchia amputat, alterius enervat. Cvrt. 8, 14, 28 securibus ... *elephantorum* pedes amputare coeperunt. 9, 1, 32 canis leoni ... inhaerentis crus avellere et ... ferro amputare coepit (*cf.* Porph. Hor. carm. 2, 19, 16 crura ... falce). Sen. Thy. 727 colla (*cf.* Drac. Orest. 145 bipennis). 761 umeros ... et lacertorum moras (*cf.* Stat. Theb. 9, 268 umeros. Vvlg. II Macc. 12, 35). 763 denudat artus duros atque ossa amputat. dial. 1, 3, 2 membra (*cf.* Hier. adv. Rufin. 3, 15 *al.*). 5, 18, 1 Sulla ... *M. Marii* amputari linguam, manus iussit (*cf.* Plin. nat. 35, 165 linguam. Firm. math. 1, 7, 31 Zeno 2, 18, 30 Ambr. Iac. 2 11, 48. Hier. epist. 92, 1 linguae partem. Vvlg. II Macc. 7, 4 Cod. Theod. 10, 10, 2 *a. 319*). Lvcan. 2, 183 hic aures, alius spiramina naris aduncae amputat (*cf.* Tac. hist. 3, 84 aurem. Ps. Origen. tract. 10 p. 114, 12. Hil. in Matth. 32, 2 auricula. Vvlg. lev. 22, 23. Matth. 26, 51 auriculam). Plin. nat. 8, 18 proboscidem. 11, 264 caudae (*cf.* Sol. 12, 4 caudis amputatis delphinum; *v.* Plin. nat. 9, 22 praecisa. Arnob. nat. 7, 24 Avien. Arat. 985 columina caudae. Cael. Avr. chron. 4, 1, 12 capite et cauda). Plin. nat. 29, 70 fiunt ex vipera pastilli ... ternis digitis mensura utrimque amputatis exemptis interaneis. Sil. 2, 202 virginis ora. 15, 470 cervicem gladio (*cf.* Qvint. decl. 349 p. 375, 4 Vvlg. Iudith 16, 11. Iord. Rom. 351 non cervices, sed aurem). Plin. epist. 7, 27, 12 admoventem capiti suo cultros adque ... amputantem capillos (*cf.* Canon. Migne 56, 448^{B} tonsas ... comas penitus. Rvfin. apol. adv. Hier. 2, 5 crinem. Hier. epist. 22, 27. Prob. Verg. ecl. 6, 74 crinem). Flor. epit. 4, 12, 37 aliis oculos, aliis manus amputabant. Svet. Aug. 24 filiis ... pollices. Apvl. met. 4, 5 destricto gladio poplites *eius* (*asini*) totos amputavit (*cf.* 8, 5). Lact. epit. 46, 3 partem corporis (*cf.* Firm. math. 3, 4, 39. Rvfin. apol. ad Anast. 4. Cod. Theod. 7, 4, 2 *a. 355*) ungulas orisque tantummodo summitatem praecidi amputarique praecipimus. Amm. 30, 8, 4 tiaras ad vicem capitum noxiis amputabat. Hier. epist. 70, 2 ungues. 120, 12 nares. Vvlg. lev. 22, 23 aure et cauda. iud. 1, 7 manuum ac pedum summitatibus. Coripp. Ioh. 6, 664 femur. **2** *speciatim: genitalia*: Lvcil. ed. Marx 281 praecidit caulem testisque una amputat ambo. Pavl. Fest. p. 46 est ... cantherius equus, cui testiculi amputantur. Val. Max. 7, 7, 6 amputatis sui (sua *Heraeus*) ipsius sponte genitalibus corporis partibus. Sen. frg. 34 ille viriles sibi partes amputat, ille lacertos secat. Plin. nat. 8, 109 *v. infra l. 79.* 11, 262 genitalia citra perniciem amputantibus Matris deūm Gallis. 35, 165 virilitatem (*v. supra l. 16*). 32, 26 *v. infra l. 80.* Porph. Hor. sat. 1, 2, 44—45 ut virilibus amputatis dimitterentur. Arnob. nat. 5, 12 obscenitas amputata. *ibid.* ex genitalibus amputatis. Lact. inst. 1, 31, 1 hominem ab homine abscisum. *ibid.* non patris genitalia debuerit amputare, sed propria. 1, 21, 16 amputato sexu. epit. 18, 4. Firm. math. 3, 5, 24 virilia propriis sibi amputat manibus. err. 8, 2. Vvlg. deut. 23, 1 attritis vel amputatis testiculis. *praeputium in circumcisione Iudaeorum*: Hier. adv. Iovin. 1, 11 numquid qui semel amputatum habet praeputium, potest si velit rursus illud adducere? *inde i. q. castrare*: Sen. contr. 10, 4, 17 exoletos suos ... amputant. contr. exc. 10, 4 *idem.* Tert. nat. 2, 7 cur Idaeae masculus amputatur, si nullus illi fastidiosior adulescens libidinis frustratae dolore castratus est? Hier. epist. 130, 13 (*in imag.*) sunt, qui amputari nisi Christi timore non possunt.

3 *sensu medicinali*: Cic. off. 3, 32 ut membra quaedam amputantur, ... sic ... feritas segreganda est. Phil. 8, 15 sic in reipublicae corpore ... quicquid est pestiferum, amputetur. Colvm. 6, 32, 3 saepe etiam scalpello usque ad vivum resecare et amputare scabiem profuit. 7, 5, 13 tuberculum, cui subest vermiculus, ferro quam cautissime circumsecari oportet, ne, dum amputatur, etiam, quod infra est, animal vulneretur. *ibid.* ut totus pes amputandus sit. Plin. nat. 8, 85 nullo ictus *serpentis* remedio, praeterquam si confestim partes contactae amputentur. Amm. 17, 5, 7 partes corporum. Hier. in Soph. 1, 12 p. 689 scalpellus medici ... resecat vulnera et putidas amputat carnes. Canon. Migne 56, 460^{A} *medicus* ferro amputat quod nocebat (*ibid.* praecidendum id ergo est).

III *alias res*: Cvrt. 4, 9, 5 falces ..., quidquid obvium concitatis equis fuisset, amputaturae. Plin. nat. 13, 77 resigminibus utrimque amputatis. Lact. epit. 31, 5 hami ... et anguli extant et possunt amputari. *eadem fere* ira 10, 8.

nota: *i. q. disseco*: Sen. Thy. 1059 artus, corpora exanima amputans, in parva carpsi frusta. Tac. Germ. 10 virgam in surculos amputant; *cf.* Zeno 2, 27, 5 mensura servata amputatur (amputatus *Giuliari*) in surculum, palmes in scrobem demittitur.

B ***translate*:** **1** *i. q. mordicus aufero*: Plin. nat. 8, 109 easdem partes (*testiculos*) sibi ipsi Pontici amputant fibri (*cf.* 32, 26 amputari hos [*testes*] ab ipsis [*fibris*] ... negat Sextius). 9, 185 Nigidius auctor est praerodere caudam mugili lupum. *ibid.* omnes autem vivere, quibus caudae sic amputentur. 11, 72 vespae muscas ... venantur ... amputatoque iis capite reliquum corpus auferunt. Hier. vita Hilar. 17 multorum nasus et aures morsibus amputaverat.

decīdo: Tac. ann. 1, 74 alia in statua amputato capite Augusti effigiem Tiberii inditam. Vvlg. Am. 3, 14 amputabuntur cornua altaris. Avg. civ. 22, 19 artifex ... si quid in illa figura priore (*statua*) indecenter extabat ..., non de toto, unde fecerat, amputare atque separare *potest.* Ennod. epist. 1, 5, 4 p. 10, 18 *securibus* annosas ... splendidissimi itineris obices amputares (*in imag.*). Plin. nat. 10, 197 *serpentes* amputata parte *ovorum* ceu ferro, e reliqua *parte*, quae amplexu tenetur, sorbeant. Sil. 3, 553 abscissa relinquunt membra gelu, fractosque asper rigor amputat artus. *sensu medicinali*: Scrib. Larg. 230 *tryphera* uvam nimis iacentem sine periculo per auriscalpium lana involutum peruncta m ex parte, qua tollenda est, amputat. *cf.* Cael. Avr. acut. 3, 4, 32 *sub* amputatio *p. 2019, 55 et* Oribas. *p. 2023, 54 et 2023, 76.* **2** *tollere, delere, abolere*: Cic. leg. agr. 2, 79 quae est ista ... contumelia, ut populi pars amputetur, ordo tribuum neglegatur? Cael. 76 amputanda plura sunt illi aetati ... quam inserenda. de orat. 1, 65 si cuipiam nimis infinitum videtur, quod ita posui ...: licet hinc quantum cuique videbitur circumcidat atque amputet. 2, 88 volo esse in adulescente, unde aliquid amputem. rep. 6, 22 quis in reliquis orientis aut obeuntis solis partibus tuum nomen audiet? quibus amputatis cernis quantis in angustiis vestra se gloria dilatari velit. fin. 1, 44 amputata circumcisaque omni inanitate et errore (*cf.* Ambrosiast. in Rom. 2, 29 amputato errore. Gal. 6, 17. Phil. 3, 3—4 amputata erroris nebula. Avg. c. Iul. 3, 1, 4 *errorem* gladio detruncavit. *ibid.* quod tu dedignaris vos ... hereticos dici ... iam vobis Pelagius amputavit). Sen. Med. 530 suspecta ne sint, longa colloquia amputa. benef. 3, 14, 4 resistamus et quaerenti occasiones amputemus (*cf.* Favstin. trin. 2, 5 amputavit sensus impii occasionem. Vvlg. II Cor. 11, 12 ut amputem occasionem eorum). Plin. nat. 7, 90 *memoria* somno quoque serpente amputatur, ut inanis mens quaerat, ubi sit loci. Qvint. decl. 268 p. 95, 16 *a medico dicitur: philosophi* quid civitati possunt? amputant vitia? *cf.* Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 8 Schol. Hor. epist. 1, 3, 25. Bened. reg. 33 radicitus (55). 64 cum caritate ea amputet *vitia.* Bened. reg. 2 radicitus ea *peccata* ... amputet. Zeno 2, 27, 13 peccata ... baptismate amputantur). Qvint. decl. 333 p. 311, 25 si mihi exuere hanc partem persuasionis liceret, amputare vocem et velut omnem usum dicendi perdidisse malim. Plin. paneg. 51, 2 reicere aliquid et amputare ex iis, quae princeps tamquam necessaria reliquit. Flor. epit. 2, 18, 10 scorta calones sarcinae nisi ad usum necessariae amputantur. Venvl. dig. 41, 2, 52 nam neque impediri possessionem, si alius fruatur, neque alterius fructum (usum fructum $Z^{b}M$) amputari (computari F^{1}), si alter possideat. Gell. 7, 5, 8 decisis amputatisque falsis opinionibus (*cf.* Avg. c. Iul. 4, 16, 83). 19, 12, 10 omnibus vehementioris animi officiis amputatis in torpore ... consenescunt. Tert. spect. 1 amputatis quasi retinaculis *vitae.* test. anim. 4 mortem ... commodum vitae amputantem. pudic. 1 qui meram et veram integritatem carnis obtruncant amputantes (obtruncatam putantes *codd.*) non summam superficiem, sed intimam effigiem pudoris ipsius. Barnab. 15, 5 amputabit tempus iniquitatis (*gr.* καταργήσει τὸν καιρὸν τοῦτον). Porph. Hor. epist. 2, 2, 123 tollet: aut 'amputabit' aut 'extollet' (extolletur *ed. Mediol.*) et ornabit. Cypr. zel. 10 amputabit omnem aemulationem responso suo. Fort. praef. 4 amputandas esse verborum moras (*cf.* Ivst. 24, 7, 2 Sev. Minor. p. 743^{C}). Ivl. Val. 2, 25 ignaviae intempestivo reditu amputato. Lact. inst. 4, 24, 7 amputare debet omnium excusationum vias (*cf.* epit. 62, 2 viam vitae). 4, 24, 8 quomodo ... poterit amputari excusatio? (Ps. Ambr. serm. Sess. 1, 1 Avell. p. 72, 23. Hier. epist. 55, 3 omnes ... causationes ... amputans. 77, 23 nubendi universa causatio ... feminis amputatur). Lact. inst. 5, 4, 2 futuris omnem facultatem ... amputarem (anputare *P*). 6, 6, 14 (*in imag.*) gradus, per quos ascenderunt, amputant. epit. 26, 6 philosophia radicitus amputatur. 33, 6 misericordiam ... tamquam morbum animi. 56, 2 adfectus (*cf.* ira 4, 10. Hier. epist. 130, 14 affectus et perturbationes). 64, 6 amputatis ... mediis. Canon. Migne 56 p. 392^{A} omnibus simultatibus amputatis. p. 398^{C} haec omnia amputentur. p. 447^{C} amputare universa quae ... mala (male *2 codd. Veron.*) commissa sunt (*cf.* Firm. err. 16, 9 radicitus. 20, 5 Hier. epist. 130, 14 Avg. c. Iul. 6, 18, 56 Ps. Hil. libell. 1). Firm. err. 16, 4 amputanda sunt haec ... penitus atque delenda et ... corrigenda. Diom. gramm. I 441, 23 aut littera amputatur aut syllaba aufertur. 511, 1. 514, 4 (*cf.* Hier. vir. ill. 5 nominis titulum in principio salutationis amputaverat. in Ier. 23, 5—6 p. 997 adv. Rufin. 2, 18. 3, 14. 36. Rvfin. apol. adv. Hier. 2, 27^{A} *syn.* auferre). Zeno 2, 18, 17 amputatis radicibus saeculi. Hil. op. hist. frg. 2, 1 ut omnis ... dissensio amputaretur, iniqua autem doctrina penitus expulsa. Ps. Hil. libell. 8 amputato interventu temporariae dissolutionis. Ambr. Noe 15, 55 amputatis corporalibus passionibus. 17, 59 causae aegritudinis debuerunt amputari (*cf.* Hier. epist. 60, 17 causas morbi. Sidon. epist. 2, 14, 2 causae morarum. Oribas. syn. 7, 35). Hymn. Ambros. 1, 9, 14 noxas. Ambrosiast. in Rom. 10, 15 omni amputata discordia. 15, 33 *idem.* I Cor. 10, 12 superbiam (*cf.* Vvlg. Iudith 2, 19). 15, 18. II Cor. 6, 3 fide et vigilantia sua omnem offensionem neglegentibus amputat. Gal. prol. amputata caligine (*cf.* Phil. 3, 3—4 erroris nebula). Hier. in Agg. 2, 21 *sqq.* p. 772 unus-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quisque in gladio (quem ego puto sermonem esse ... perversa quaeque resecantem) consurget ... amputans omne contrarium. in Eph. 3, 5—7 p. 591 omnis penitus diversitas. quaest. hebr. in gen. p. 12, 18 XX annorum spatiis amputatis. in Matth. 10, 9—10 p. 58 qui divitias detruncarat (detruncat *al.*) propemodum et necessaria vitae amputat (*cf.* VINCENT. LER. 23, 32). 18, 8 —9 p. 139 omnis truncatur affectus et universa propinquitas amputatur. 10—11 p. 139 per manum et pedem et oculum omnes propinquitates et necessitudines ... amputandas. epist. 79, 11 non tam viros datos, quam adulteros amputatos. 123, 5 ethnicorum coniugia. ITALA exod. 17, 14 (Barnab. 12, 9) amputabit a radicibus omnem domum Amalech (*gr.* ἐκκόψει ἐκ ῥιζῶν; VVLG. delebo). II par. 17, 6 (Lucif. Athan. 1, 22 p. 104, 24) et adhuc amputavit (*gr.* ἐξῆρε; VVLG. abstulit) et lucos a Iuda. VVLG. psalm. 118, 39 opprobrium meum. sap. 18, 23 impetum. Bar. 4, 34 exultatio. OPTAT. 5, 10 spem ... futurorum (*cf.* PAVL. NOL. epist. 17, 1 spe praesentiae invicem nostrae amputata [amputabitur $F^1 L O r \chi$]. AVG. civ. 16, 15). AMM. 30, 2, 3 semina radicitus amputari discordiarum (*cf.* AVELL. p. 717, 16 perfidiae seminibus amputatis). VIGIL. TRID. ad Ioh. 2 praetermissis ambagibus et longis anfractibus amputatis. GAVDENT. serm. praef. p. 830ᵃ vere ... moritur apud deum ... cui Christus deus ... amputatur, dum aeternae trinitatis homoousion deneganti subtrahitur. PS. RVFIN. in Os. 2, 14—17 cunctis regni et urbium munitionibus amputatis. AVG. doctr. christ. 2, 25, 38 quibus amputatis atque eradicatis ab animo Christiano *superstitionibus* (*cf.* PASS. Crispin. 1). in epist. Ioh. 4, 6 quantum desideria nostra amputaverimus ab amore saeculi (civ. 16, 15 spes et desiderium. BENED. reg. 7 desideria carnis *interpol.*). serm. ed. Mai 2, 2 carnis curam in luxu, non in sanitatibus amputarat *Christus* (*cf.* SCHOL. Hor. epist. 1, 3, 25). 161, 1 omne prorsus dubium de nostris cordibus amputavit (*cf.* AVELL. p. 716, 5 amputatis dubitationibus. COD. Iust. 5, 37, 28, 4 dubitationem. 5, 59, 5 *id.* 6, 20, 19, 3 *id.*). EXVP. 7 si adversae partes essent amputatae, penitus ad Sertorium ... se applicarunt (amputatae penitus, ad *malim, v. infra p. 2024, 33*). GROM. p. 269, 15 cunctis molitionibus et machinis amputatis. CASSIAN. inst. 1, 4 amputatos habere eos actus et opera mundi huius suggerat abscisio manicarum. 5, 20 mentis ... lasciviae. 6, 20 quas (*concretiones obscenas*) abscidere per omnia et in perpetuum amputare supra naturam est. conl. 21, 25, 1 huius rei ... quaestionem. *al.* COD. Theod. 2, 5, 1 (*a. 362*) amputata constitutione Constantini. 8, 18, 8, 1 (*a. 407*) cretionum scrupulosam sollemnitatem emendari penitus amputarique decernimus (penitus amputari COD. Iust. 6, 30, 17). 9, 3, 6 (*a. 380*) praedandi ... segetem de neglegentia iudicum ... ministris feralibus amputamus. 15, 1, 16 (*a. 365*) censura tua hanc iudicibus licentiam penitus amputabit (*cf.* FERREOL. reg. 4 feminis ... accedendi licentiam). CAEL. AVR. chron. 1, 5, 167 timorem vel moestitudinem aut iracundiam suis amputant dictis (*cf.* PS. MATTH. euang. 19, 1 timorem. COD. Iust. 2, 55, 4, 7 formidinem). 2, 8, 115 *tussiculae* motum (*cf.* CASS. FEL. 54 difficilis motus aut ex toto amputatus). 3, 5, 70 passionis genus (*cf.* ORIBAS. syn. 5, 17. 6, 33. 34). 4, 1, 2 ea quae serpere per corpus viderimus. SIDON. epist. 9, 9, 12 vestium rugis. VICT. VIT. 3, 5 quod a mille pontificibus ... amputatum est. CORP. VI 1171 (*a. 488*) fraudes molendinariorum. HERACL. Alc. Avit. epist. 54 p. 83, 10 amputato aequore prolixitatis. EVGIPP. Sev. 18, 2 imber desperatae messis amputavit incommoda. ORIBAS. syn. 1, 17 ventositatem. 1, 19 mordicationes (*gr.* ἀντιβαίνει). 5, 24 livoris seu maculas (*gr.* κωλύειν). 7, 14 plagas et livores (*gr.* θεραπεύει). 7, 30 callositatem (*gr.* ἀφαιρεῖ). 7, 43 myrmicias et thymos (*gr.* ἐκβάλλουσιν). 9, 24 dolorem. COD. Iust. 2, 55, 4, 7 nocendi artes. 2, 57, 1 iuris formulae ... radicitus amputentur. 3, 10, 3. 4, 30, 14, 1 potestatem in certis quidem casibus prorsus amputare, in aliis vero brevi tempore concludere. 4, 35, 23, 1. 5, 4, 23, 7 a nefarios coitus omnibus modis. 6, 23, 26 formalem observationem (*cf.* 8, 33 praef.). 7, 62, 28 iustae paenitudinis humanitas. 7, 63, 5, 4 iniquitatem (*cf.* 8, 58, 2 iniuriam). 8, 37, 11 inquisitionem. 9, 19, 6. 9, 47, 13. 11, 28, 2 nomen. CASSIOD. var. 7, 3, 1 inter duos Gothos litem. *al.* BENED. reg. 55 superfluum. SACR. Leon. p. 337 mortiferis oblectationibus. LIB. gener. a. 334 chron. I p. 90, 20 amputantes ... contentiones ignorantium (*cf.* p. 90, 21 abscidentes). IOH. BICL. chron. II p. 219, 18, 590, 1 perfidia. *occīdere*: QVINT. inst. 8, 3, 75 ut medici abalienata corporis membra praecidant, ita turpes ac perniciosos ... amputandos. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 178 *si* metit Orcus: anputat. PS. RVFIN. in Am. 2, 9—10 quicquid ... roboris fuerant, stirpitus amputavi. VICT. VIT. 2, 17 amputatis igitur ... omnibus. DRAC. laud. dei 3, 288 obtruncat socium, carum prosternit amicum, amputat ignarus fratrem iugulatque propinquum. Romul. 8, 158 vos ... Achilles amputat. Orest. 22 criminis ultorem dum criminis amputat auctor et thalami vindex thalamo spectante necatur. *absolute*: ORIBAS. syn. 6, 33 odoramenta ... quae amputare et suptiliare possint (τμητικὴν ἔχοντα δύναμιν). 8, 39 nardinus qui conroborare et confortare possit vel amputare (ναρδίνῳ πρὸς ἀποκατάστασιν καὶ τόνωσιν). *v. supra l. 54 sqq. et sub* amputativus *p. 2019, 75*). **3** *deminuere*: CIC. orat. 170 ipsi infracta et amputata loquuntur et eos vituperant, qui apta et finita pronuntiant. part. 15 narrationes aut amputandae, quae laedunt, aut relinquendae, si totae sunt molestae. ac. 2, 138 circumcidit et amputat multitudinem sententiarum. Tusc. 4, 57 quae evellenda et extrahenda penitus, non circumcidenda nec amputanda sunt. SEN. epist. 114, 17 Sallustio vigente anputatae sententiae et ... obscura brevitas fuere pro cultu. TAC. dial. 32 *eloquentia* circumcisa et amputata. hist. 2, 69 amputari legionum auxiliorumque numeros iubet. PLIN. epist. 1, 20, 19 non enim amputata oratio et abscisa sed lata et magnifica et excelsa tonat. paneg. 39, 5 neminem hoc necessitudinis abruptum velut truncum amputatumque destituet. FORTVN. rhet. 3, 8 p. 125 translationibus vel longius tractis vel nimis amputatis. IVL. VICT. rhet. 27 p. 448 neque dum amputatae brevitati studes, dimidiatae sententiae sit intellegentia requirenda. AVIEN. Arat. 1040 *si obtutus* procul ... locorum defessos longo spatio tener amputat aer. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 128 eunuchismus vires amputat. 5, 2, 51 cum vinolentia nervos amputet.

